



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>











534

878

M3


S87

1767

N° 3781.







*Qui negat esse Deum, spectet modo Sidera Coeli—  
Sidera qui spectat, non negat esse Deum—*

*Manilius, Marcus*

# M. MANILII ASTRONOMICON

EX RECENSIONE

RICHARDI BENTLEJI

CUM

SELECTIS VARIORUM AC PROPRIIS  
NOTIS

PRÆFATIONI SUBJUNCTA

*Varia de Manilio Judicia*

ET

JULII PONTEDERÆ

EPISTOLA

*De Manilii Astronomia & Anno cælesti*

CURA ET STUDIO

**M. E. L. A. E. S. T. Æ. B. E. R.**



ARGENTORATI


Sumptibus AMANDI KÖNIG Bibliopolæ.

MDCCLXVII

*Cum permissu Superiorum.*







534




878  
M3  
S87  
1767

N<sup>o</sup> 3781.







*Qui negat esse Deum, spectet modo Sidera Coeli—  
Sidera qui spectat, non negat esse Deum—*

*Manilius, Marcus*

# M. MANILII ASTRONOMICON

EX RECENSIONE

RICHARDI BENTLEJI

CUM

SELECTIS VARIORUM AC PROPRIIS  
NOTIS

PRÆFATIONI SUBJUNCTA

*Varia de Manilio Judicia*

ET

JULII PONTEDERÆ

EPISTOLA

*De Manilii Astronomia & Anno cælesti*

CURA ET STUDIO

*M. ELIAE STÆBER.*



ARGENTORATI

Sumptibus AMANDI KÖNIG Bibliopolæ.

MDCCLXVII

*Cum permissu Superiorum.*

John S. Lawrence Estate

+ - 1 - 925

**ILLUSTRISSIMO**  
**COMITI AC DOMINO**  
**DOMINO**  
**ROCHO FRIDERICO**

**S. R. I. COMITI DE LYNAR**

**DOMINO LUBBENAVIÆ Cet.**  
**S. M. R. DANIÆ ET NÖRVEGIÆ**  
**A CONSIL. SANCTOR. CONFERENT.**  
**ORDINIS REGII ELEPHANTINI**  
**ET RELIQUOR. EQUITI AURATO.**  
**CUBICULARIO REGIO. COMITATUS**  
**OLDENBURG. ET DELMENHORST.**  
**GUBERNATORI SUPREMO &c.**

**HEROTOGATO**  
**REI PUBLICÆ PRIVATEQUE JURA**  
**SAPIENTER REGENTI**  
**QUEM**

*Litteræ pariter ac Litterati*  
**SUSPICIUNT TUTELARE SIDUS**  
*eximio Doctrina ac Virtutis splendore coruscans*

**DOMINO MEO**  
**INDULGENTISSIMO**

U T  
CONCEPTUM OLIM CORAM  
AMORIS VENERATIONIS ADMIRATIONIS  
S E N S U M  
*PUBLICO DOCUMENTO*

PROBARET  
HANC QUALEM CUNQUE  
In restaurandum magni Poëtæ Carmen  
A SE COLLATAM OPERAM  
*SACRAM COMMENDATAM ESSE CUPIT*


*ILLUSTRIS SIMX*  
*NOMINIS ILLIUS*

CULTOR


*Pietate assiduitate nulli secundus*

M. ELIAS STOEBER.





## PRÆFATIO EDITORIS.



Uem dudum sibi civem exquisivit, adlegit Argentina Litterata, MANILIUS, politissimi ingenii Poëta, tersissimusque Scriptor; idem ille nunc iterum ex Alma nostra in Litteratorum manus exit, non nostra magis opera, quam beneficiis aliorum multo ac ante ornatior.

Duo enim ultra sæculum effluxere lustra, ex quo BOECLERUS ille, sui decus ævi præcipuum, *Maniliana* seu potius *divinae rationis* opus, *Astronomicon*, tertiis *magni* SCALIGERI curis exornatum prelo nostro emisit.

In quo cum plurima sibi vindicavit utriusque Editoris summum ingenii acumen, eximiaque doctrina & industria, magna cum ipsorum auctoritate conjuncta: tum vero pervulgata BOECLERI celebritate factum, ut in augendi splendoris societatem concederent *non dissimulandi*

*nominis Viri* BULLIALDUS atque REINESIUS, qui quæ ad expoliendum MANILIUM ipsorum erant lucubratione paratæ, ea cum illius patrono, suoque amico præcipuo, communicarent.

Equidem vero dignitate licet illis multo inferior, ausim tamen affirmare, me in adornada hac altera *Argentoratensi* fatis usum esse longe illustrioribus. Hoc quam vere ac iuste mihi prædicetur, Tu non aliunde pulchrius intelliges, STUDIOSE LECTOR, quam ex ipsa huius Editionis historia, qua quid a Viris doctis, quid a nobis in hoc opere præstitum sit, equidem præfandi officio defuncturus exponam.

Nempe tribus ante propemodum annis ad hoc scribendi genus invitatus ab AMANBO KOENIGIO *Bibliopola florentissimo*, ut vidi Virum honestissimum, non suo magis ac Litterarum commodo assidue invigilantem, exhibere mihi *Bentlejanam Astronomici recensionem* ad verbum recusam, quam, suo quidem iudicio, habebat omnium præstantissimam: equidem illi auctor fui, ut absque selectis Eruditorum, qua illius Architecti qua aliorum Interpretum, adnotatis Carmen ne emitteret. Placuit consilium. Ille me in operæ vadimonium vocare; ego placide obire.

Concepta stipulatione nil equidem magis cavendum putavi, nisi ne eadem olim mihi querela conveniat, quam illa nundinarum & nundinantium importunitas aliis bene multis expressit. *Cl. LOEHNERI* mōitus sum exemplo, qui in calce *Nerii*, seu *Rhododaphnes* hæc mihi legere verba dedit: *Ceterum cum fato singulari quodam nihil*  
fere

*fere incontaminatum a Typographis nunt prodeat, hoc quoque opusculum erratis deturpatum esse, maxime cum instantes premerent Francofurtenses nundinae, haud ambigo. Quin etiam multo me cautiorem fecit doctiss. DRAKENBORCH, cui tota merito indolet res Litteraria querenti ad Silium suum Lib. XVII, 633. his verbis: Atque hac sunt, quæ nos inter operas typographicas ad Silium effudimus — tertiam vero partem pene notarum mearum propter nundinas Francofurtenses, quæ instant, omittere necesse habui.*

Quanquam vero lubens prudensque parui sapientissimo illi monito, *Vin' rem bene habere? Lente fac, & sæpe corrige*: equidem tamen illorum nolui tarditatem imitari, qui moras neſcentes æternas, ultimo tandem fato suis & Poëtæ rebus abrepti, præter ingens sui desiderium foetum ingenii reliquerunt immaturi Bacchi cunabula quærentem. Quo quidem nomine recensendi ne nobis, an magis dolendi? SUSIUS 1), CREECHIUS 2), COTESIUS, CROJUS, GEVARTIUS 3), VIERSCHROTUS 4), RICHTERUS 5) & horum Coryphæus, ipse BENTLEJUS 6).

1) JACOBUS SUSIUS insignem proſus MANILIÒ navavit operam. Cui fidem faciunt ERUDITI BRITANNI, qui in *Obſerv. Miscell.* excerptas ad Noſtrum ex illius libro lectiones, veras pariter ac conjectaneas, paſſim prodiderunt. Quæ quam eximio fuerint pretio LUD. CARRIONI, lubet ipſius, primi forte teſtis ἀντίπτει, verbis declarare: is enim *Emendat. Lib. II. Cap. VII.* honorifica ſui amici mentione facta, ſic pergit: *cujus longe doctiſſimus in hunc Poëtam commentarius ſi, quod omnes deſideramus, aliquando edetur in lucem:*

A 4.

ab

ab omnium reprehensione omnium suffragiis Manilius absolvetur.

2) De hoc Cl. FABRICIUS in *memoria Manilii* paucissimis: *Anglica* THOMÆ CREECH *Metaphrasi tristia Viri fata intercesserunt*. Sic equidem puto V. C. scripsisse; non autem, uti perperam impressum in *Biblioth. Lat. Vol. I. pag. 295. reculum quoque in Præmissis Edit. Manil. Patavinae 1743. 8. cujus Conditor hæc cum ceteris Vulgatæ Scaligero. Fayane παρὰ τὴν αὐτὴν, Bentlejana penitus neglecta, descripsit. Altera Astronomici anglica Versio, EDUARDE SHERBURNI, tacta FABRICIO l. c. plenius recensetur in *Catal. Biblioth. Leidenf.* (quo *ἔκδοξ* revolve τὴν τὰν HEMSTERHUSII) *pag. 187. & in Catal. Biblioth. (quondam) Jesuit. Paris. pag. 224. num. 3651.* ex qua ille liber in Bibliophylacium Regis Parisinum, nostro cum maxime commodo, concessit. Nec Gallicum idioma divinum MANILII epos intentatum reliquit. Ex enim GUIDO FABRICIUS RODERIANUS Gallicis versibus illud olim exprimere cœpit. Opus autem non ultra primi Libri argumenta productum, quod ex *Epist. Gall. ad Scalig. L. I. Ep. 17* refert MORHOF. *Polyb. Tom. I. pag. 875.**

3) De hoc quoque FABRICIUS *Vol. II. pag. 411. sq. &*, qui ante illum de COTESII *Manilium* restaurandi conatu ex Ephemeridibus retulerat, FALSTERUS in *Cogitat. Philol. p. m. 127.*

4) JUSTINUS VIERSCHROT, vir elegantiorum Litterarum plenissimus, Matheleos juxta Legumque consultissimus, SERENISS. DUCIS SAXO. GOTHANI Secretarius heu! quondam & Archivarius, anno superiore præmature defunctus fato, reliquit *Adparatum locupletissimum novæ quam molitus est Manilii & ceterorum hujus familia Poëtarum editionis*: præterque hunc *Observationum Criticarum Libros tres*, uno modicoque volumine comprehensos, quos placuit ipsi inscribere *Noctes Gothanæ*. His quidem, prelo jam aptatis, varia veteris Græciæ Latiniue Scriptorum loca, MANILII non pauca,

pauca, five difficiliora illa five ab aliis sinistre accepta, vel a *Dictatore Britanno* proscripta, emendantur, vindicantur, illustrantur. *Adparatus* autem adversaria continet e politioris eruditionis fontibus hausta & suo quæque in *Vulgata Scaligero-Bæcleriana* loco digesta; collecta magis ac selecta, nec dum iudicio Critico vel, quo uti satius, Logico subacta; commodissima tamen, propter uberrimam locorum parallelorum copiam, quibus vel locutiones Manilianæ Latinitati probæ asseruntur, vel Auctoris aut veterum ac recentiorum Interpretum aut sua denique ipsius sententia proposita expendi ac probari vel, si qua minus adæquata, refelli possit. Variantes quoque in *Codice MS. Lipsiensis* lectiones sedulo & si quisquam alius, accurate Cl. VIERSCHROTUS adnotavit. Qua quidem opera insignem in modum me sublevavit in lapide hoc movendo sudantem.

Utrumque illum fecundissimi pariter ac felicissimi ingenii fœtum acceptum, devota mente, referimus efficacissimo non minus ac propensissimo in bonarum artium doctarumque Litterarum studia amoris & patrocinio summo, maximeque eminenti inter mores illos vere Augustæos, REGIÆ BORBONIDARUM GENTI hereditarios, quibus quidem, ad instar *gloriosæ memoriæ* PATRIS Sui, animatus SERENISSIMUS DUX PARMENSIS hodiernum, utinam diutissime! regnans, & interprete usus Sux benignissimæ voluntatis integerrimo, *summe Reverendo, Doctissimo, mibique*, quod addere licet, *amicissimo* P. PACIAUDI, gratiose permisit iussitque facerem, ut *Vierschrotiana* doctrinæ & industriæ, & si qua sunt alia alibi nobis exquisita, monumenta, ad amplificandum exornandumque opus facientia, sumptibus SERENISSIMI coëmerem, & quoadusque lubet usurparem, aut tandem excussa publicosque in usus collata Parmam curarem, *Optimi MÆCENATIS* illustri Bibliothecæ inferenda. Horum quidem indicium simul & copiam fecit, eoque maiorem in modum sibi nos obstrinxit *Inlustris SCHLÆGERUS*, Vir in promovendis Litteris, eruditæ præsertim & remotioris Antiquitatis, ingenio, doctrina solertiaque indefessa, uti ad præstanda humanitatis offi-

cia morum facilitate nulli secundus, ex utroque capite mihi, inde a perceptis *Litteratissimi Viri* in MORRIN ATTICISTAM exquisitis lucubrationibus, enumerare non est, quam multis meritis nominibusque celebrandus. Hoc autem relatu mihi non minus jucundum, quam auditu mirabile, Virum Inlustrem illo nobis præstito officio, sane quam eximio, eam quæ cum *Celeb. PACIAU-PIO* Ipsi intercedit amicitiam, suavissima animorum & studiorum conjunctione fundatam, litterarum vero vel maxime invita intermissione non nihil languentem ita refovisse, recreasse; ut, quod utriusque amicissimi Viri litteræ ad nos datæ testantur, restaurati litterarum commercii sui epocham cum hac ipsa *Operis Maniliani* restitutione sint auspicaturi.

§ ) GOTTFRIDUS RICHTERUS *Bernsbacensis*, ingenii culturam capturus inter liberaliores ad Salam Ienenses Musas versatus juvenis, *Cel. BUDDER*, quo non alterius certiore standum pede, judicio, *doctissimus*, *elegantioribusque Litteris præclare excultus & perpolitus*, rarissimo, sui quidem ævi, exemplo variis Auctoribus Græcis & Latinis emendandis ac illustrandis, interque illos MANILIO quoque, operam dedit. Extat illius *Specimen observationum Criticarum* Ienæ 1713 typis expressum. Hoc me munere nuper admodum beavit *Cl. HARLESIIUS*. Cui quidem maximas, pro eo ac par est, ago habeoque gratias, quod ex utilissimo libello cum multa alia didici scitu non injucunda, tum vero & hoc, quod doctus ille Juvenis in parato habebat nonnullas in MANILIUM Animadversiones, ad normam *Codicis Lipsiensis* compositas, cujus excerptas Lectionum varietates ipsi BENTLEJO *V. C.* quadriennio ante permisit quam ipse *Specimen* suarum *Observationum* in lucem emitteret. Longa ibi, inde à pag. 39 ad 43, eleganterque perscripta legitur BENTLEJI ad RICHTERUM epistola, qua suum de recudendo MANILIO consilium exponit, atque illum impenſe rogat, ut ipsi varias illas lectiones, accuratius consignatas transmitteret. RICHTERUS de se *Transmisi*, inquit, *& sic quod debui ac potui, feci*. Itaque post FELLERUM, quem solum de

Cl.

Cl. BENTLEJO Variantibus illis meruisse dicit FABRICIUS *Bibl. Lat. Vol. II. pag. 410 fin.* sua quoque ornandus laude RICHTERUS, idque vel ipse BENTLEJI junioris verbis in *Præfat. ad patrum sui editionem Carminis Maniliani* pag. XIV.

6) Omnium, quos novi, diutissime in elaborando vere novo MANILII *Astronomico* versatus est *Vir ad ævum doctus* RICH. BENTLEJUS. Nimirum ille rem quasi cunctando restitutus, editionem anno superioris seculi fere nonagesimo primo susceptam non, juxta illud Poëtæ, *nonum pressit in annum*, sed anno demum 1739 in lucem prodire jussit, ejusque curandæ, senio jam confectus, suo ex fratre Pronepoti negotium dedit. Tum demum adparuit præstantissimum MANILII exemplum, illa tam diu desiderata omniumque votis expetita editio. De hac RICHTERUS l. c. *Unum modo restat vovendum, ut illa tandem prodeat expectata tam diu editio, quam fore adcuratissimam absolutissimamque, omnis nunc sibi persuadet orbis eruditus.* Hujus autem suffragia collegit & tribus fere post annis quam in hominum manibus versabatur, publicavit Cl. MENCKENIUS, post fata quoque fautoris & amici nomine mihi colendus, qui in *Miscell. novis Lips. vol. I. Pars. II. pag. 258.* epistolæ CAVEI ad d. 5 Non. Mart. 169½ perscriptæ, qua avo suo OTTONI inter alia significat, RICH. BENTLEJUM, *virum haud vulgariter doctum, MANILIUM longe correctiorem Latine daturum*, hanc subjecit adnotationem: *Vides, Lector, annos fere quadraginta a BENTLEJO in edendo MANILIO desudatum, ut hinc spem conceperint Eruditi, opus tandem proditurum tale esse, quale adhuc Orbis Criticus non viderit. Iam, cum manibus nostris expectatus diu liber tenetur, haud pauci sunt, qui, vix centesimam spei sua impletam esse partem, conqueruntur.*

Enimvero jam aliquid profecisse mihi videbar in componendis disceptationibus SCALIGERI, PETAVII, SALMASII, HUETII, BENTLEJI: rebus, inquam

inquam, illis optimi Poëtæ honestati prope funestis, cum Cel. SCHWARZIUS, *Altorfinus*, interveniente Cl. SCHEUBERO, mihi liberalius permetteret oculis usurpandum primum illud MANILII exemplar REGIOMONTANI. Quo quidem beneficio dubium, an quisquam majore MANILIUM vel REGIOMONTANUM vel omnes harum litterarum cupidos ornare potuerit. Hoc certum, maximam apud me gratiam iniisse Virum humanissimum, qui aurei illius libelli usu tantum mihi fecit otii MANILIUM interpretanti, quantum hic aliis, REGIOMONTANO non prælucente, molestissimi laboris creavit. Quo magis mirandum, tot oculatos Viros, MANILII interpretes se professos, infinitis in carmine locis coecutire maluisse, quam primi & præstantissimi illius Editoris luminibus videre, quod rectum, verum, sanum est, & ab ipsius Poëtæ manu profectum. Hoc enim mihi omnino persuasum, omnium primam esse REGIOMONTANI editionem, ad annum scilicet 1472 referendam, quod evidentissimis argumentis evicit inter paucos dignissimus ejus possessor in Commentatione, *de prima Manilii Astronomicarum editione a JOANNE REGIOMONTANO Norimbergæ vulgata*, pag. 7. Corrigendus itaque FABRICIUS, qui annum 1473 eidem adsignat in *Bibl. Lat. Vol. IV.* pag. 356. Eandem non ambigo laudare ceterarum præstantissimam, tanquam ab eo adornatam Viro, qui Mathematicarum & in his Astronomicarum peritia vel ipso MANILIO major, in describendo ejus Carmine usus videtur exemplo scripto pervetusto, lectione sincera, nec locis adeo multis ab Editore correctâ, quod

ex



ex illius comparatione cum *Codice Parisiensi* colligo, qui fere ubivis eandem servat lectionem.

Hunc *Codicem* vere Regium, *Parisinum* puta, *Cel* CAPPERONNERIUS, quo est erga nos favore prorsus singulari, ut tot tantisque in rem Litterarum publicam meritis suis hoc adderet, eodemque sibi nos majorem in modum devinceret, per utriusque nostri amicissimum BÆRIUM ad me curavit. Quo perlustrato ut vidi, bonæ eum esse frugi, tametsi vix trecentis plus abhinc annis sit calamo exaratus elegantissimo, mirari primum mox indignari subiit, quod BENTLEJUS silentio sane quam pervicaci sprexit varias ejus lectiones, a *Cel*. MONTEFALCONIO, quod e Præfatione constat, ipsi suppeditatas. Sed noluit Vir ille acutissimus nisi obsequentibus sibi libris uti. Itaque negligendum putavit hunc, cujus lucidissima scripturæ veritate ipsius in corrigendo temeritatem infractum iri pulchre intellexit. Nos equidem eo impensius gratulamur et libro MS. & nobis. Illi quidem, quod ejus lectiones non tam male sunt habitæ ab *Aristarcho Britanno*, quemadmodum ceteris e libris excerptæ, cujus rei specimina passim leges in annotatione nostra: nobis autem, quod prima hujus Codicis collatione pensiculatius facta pristinum MANILIO reddere splendorem, novum addere commentationi nostræ, potuimus.

Hos igitur Manilianæ rei Statores secuti, eosdem nonnisi summa urgente necessitate deseruimus. Neque magis apud nos valuit Codicis

dicis MSti sinceritas, quam summa REGIOMONTANI auctoritas cum probitate conjuncta.

Etenim Codex ille manu Itali cujusdam exaratus tam religiose servat archetypi longe vetustioris scriptionem, ut vitia quoque illius referat, ab eadem manu rasura notata, nobis germanum in modum indicata & nostri, si quid est, ingenii ope emendata. Cujus quidem rei specimen habes in adnotatione ad *Lib. IV*, 298.

In recensendo autem editorum principe libro REGIOMONTANI eadem cum accuratione & integritate versati videmur.

Quocirca nobis magno præsidio fuit alter variantum in *Cod. MSto Lipsiensi* lectionum index, ad marginem *Scaligero - Boecleriana* luculento, quo maxime nobis se probavit, stilo conscriptus. Illum, quod gratiæ referendæ cupidissimi profitemur, *Celeb. ERNESTI* nobis subministravit. In cujus beneficii augmentum, pro sua morum facilitate, vel non rogatus, addidit *V. C.* editionem *MANILII Romæ* recusam, ab altera, folii formæ impressa, non nihil diversam. Quam vellemus Viro prodigiose docto per occupationes licuisset hactenus, exactam *MSti Codicis* notitiam & suum de illo judicium nobis communicare! Quod quidem solo primarioque nobis standum esset, quod a Viro summe litterato pariter ac in vetustate & probitate librorum dignoscenda exercitatissimo, non nisi æquissimam verissimamque ferri sententiam posse judicamus. Quod ut tandem aliquando vel publice vel privatim faciat, equidem ab Ipsius humanitate, quibus deçet formulis, enixe contendo.

Interea

Interea , ne plane dubium dimittamus Lectorem nostrum , eundem de illo toties laudato *Codice Collegii Paulini Lipsiensis* , unde etiam *Paulinus* nonnunquam audit , quid sentiant alii , quæque nostra sit de illius ingenio conjectura , par est , ut hoc loci exponamus.

Nempe CL. VIERSCHROTUS , quo nemo Codicem illum attentius legisse videtur , eundem magis superstitiose quam considerate & expense secutus est. 7 )

7) Argumento sit locus ille MANIL. *Lib. IV* , 732 , ubi vulgatum , *descripta* , Libri omnes agnoscunt. Solus Lipsiensis heic *discr.* VIERSCHROTI quidem iudicio , *optime*. Denotat enim , sic addit , *distributionem ac divisionem*. Vide GRUTER. ad CICERON. de Senect. cap. II. Sed ibi METELLII libri tenent *diffcr.* quod ex his GUIELMIUS restituit. Perperam hoc , GRUTERI iudicio , qui addit : *ita* designare , diffinire , alia , *passim corrupta in libro*. Hic itaque , ni fallit nos animus , corruptis adnumerat illud *discripta*. quanto majori jure vox cum simplici elemento s̄ expressa ? Occurrit hoc *describitur* ut alibi sæpius , ita quoque *Astronom. Lib. V* , 733 ; ubi non variat *Lipsiensis* , neque adeo VIERSCHROTUS noster. Adnotat autem , *Describere eleganter pro ordinare , distribuere ; ut observat GRÆV. ad Cic. offic. I* , 34. Vides adeo , B. L. quali sit inconstantia lectio Codicis & opinio Recensentis. Quid ? quod GUIELMIUS ad priorem Ciceronis locum longe aliud hoc *discribere* tradit esse , quam *describere*. Siccine a Criticis , suorum Librorum vitia & corruptelas excusantibus , nos seduci patiamur ? Absit ! Quin multo consultius nos fecisse putamus , qui ejusmodi lectiones , sane palam vitiosas , nequidem judicavimus recensendas ; nisi ubi vel sub errore Librariorum aliqua saltem veritatis vestigia latere cognovimus. Alia est ratio vocum *deducere* &

B

*diducere*

*diducere*, quarum confusione *Codex Paris.* rarius, *Lips.* vero sæpissime peccavit. Qua de re Tibi præcepimus ad *Lib. I.* 3.

De ætate Codicis Lipsienfis *Cl. VIERSCHROTUS* nihil aliud, quod video, scriptum reliquit, nisi quod *folio minore nitidissime scriptus rubro colore, litteras unicales habet initio versuum a secunda manu adpictas, quod patet ex appendice Lib. I.* ubi per dimidium pagina initiales desunt; *BENTLEJUS* eum *Gemblacensi* uno facit anno recentior, adeo ut annos ille ageret *DCC.* Quicquid sit, equidem ex luculentis indiciis collegisse mihi videor, eum a manu minime docta, verum ad superstitionem usque religiosa profectum, a Glossatoribus vario tentatum modo, & ad aliorum Codicum normam exactum, horumque lectionum varietate oneratum magis ac ornatum esse. Hinc innumerabiles prope litterarum & vocum rasuræ, superscriptiones; emendandæ, nec tamen adhuc correctæ, lectionis signa a Veteribus addita & a *Cl. VIERSCHROTO* curatius annotata. Denique recentiorum illius Codicis Lectorum, plus minusve peritorum excerptis factum, ut quid ille tueatur respuatve multo simus incertiores. Adde, quod Editores *MANILII* excerpta illa, modo minus distincte consignata, sinistre legerunt, modo suis præconceptis opinionibus adversas lectiones suppresserunt subinde, aut ad suæ, non Auctoris, sententiæ habitum, artificio parum honesto, aptaverunt. Quæ quidem ne contumeliose magis ac vere prodidisse videamur, conferas, si vacat, commentationem *BENTLEJI* ac nostram ad *Astronom. Lib. IV.* 422. iterum nostram ad *Lib. I.* 811.



§ IV, 434. 542. 550. præ ceteris autem, quæ notavimus l. c. post. vs. 689 sub signo \* pag. 440 sq. Ultimo demum loco Cl. VIERSCHROTUS litem movit doct. BENTLEJO ad *Lib. V, vs. 740.* ubi ille nullam affirmat esse in MS. hujus *priore* variam lectionem, quæ maxime strenuo Poëtæ Correctori videtur recipienda. Codex Paris. ibi *juncta priorem.* Regiom. & Molin. *juncta priori.* Quæ quidem in pertexenda notationum serie omisimus, ut alia ejusmodi multa, non quod sana esse vulgata existimemus, sed quod sano ferri sensu possint. Præter ea vero multa sunt in illo *Cod. Lips.* quam optime constituta, adeo quidem ut absque illius ope locos insigniter intricatos enodare & sano Auctoris sensui conformare nullo pacto potuissimus. Exemplo sint & veritatis argumento, præ multis aliis, restitutæ nobis lectiones *Lib. I, 705* § *Lib. IV, 686,* nobis recensitus pag. 440 sq.

Scriptis his & principi, REGIOMONTANI, Libris insigni cum fructu comparavi ceteras editiones *Scaligero - Bæcleriana* vetustiores, ALDI, 8) PRUCKNERI 9) & MOLINII 10) juxta cum ROMANA 11)

8) Quæ prodiit A. 1499 fol. Eam liberaliore permisso Cel. P. PACIAUDI emendam curavi e *Bibliotheca* quondam *Soc. Jes. Parisiensis*, in cujus *Catalogo* pag. 224. num. 3647, recensetur tanquam *editio antiqua sine loci* § *anni indicatione.* Quo quidem minime falsum se nobis probavit Concinnator, sed parum oculatum; quod non vidit, hanc & chartæ & typorum habitu geminam esse num. præced. nisi quod additamenti caret, quorum ad extremum ALDUS subscripsit. annum MLD. Hanc a paucissimis Interpretum vidi usur;

B 2

patam

patam; neque ALDUS REGIOMONTANUS Librum, nedum probæ notæ scriptum expressisse videtur; sed veterem Editionem, forte *Bouoniensem*, vel *Romanam*, cui fere adamussim respondet. Quod amplius suspicor, illa quidem in ædibus ALDI, ejusque prelo recusa; non autem ipsius accurratione, quæ quidem remissior aliquando fuit in Latinis auctoribus quam Græcis. De SILIO certe Aldi haud injuste videtur judicasse CARRIO *Emend. Lib. II. cap. XI. ubi Nunquam*, inquit, *Silium lego, quem ille cum suis auctiorem & meliorem de veteribus libris edidisse profitetur, quin & Poëtæ vicem doleam, & de boni illius viri fide dubitare incipiam. quam multa sunt in illorum editione & priore Lugdunense deteriora & a librorum veterum scriptura prorsus abhorrentia!*

9) Est illa, quam FABRICIUS *Bibl. Lat. Vol. I. pag. 294*, dicit prodiisse in *Germania* cum FIRMICO (adde, cum PTOLEMÆI quoque & aliorum commentis quibusdam *Astrologicis*, latine redditis) *fol. Basil. 1551*. Huic in plerisque locis convenit cum *Aldina & Romana*; sæpius tamen sensum probum scite disposita interpunctione vel levi correctione, monstravit. Hoc volumen penes alia beneficentiæ & amicitiae documenta apud me reposuit Ill. BRUNKIUS, *Consiliar. Reg. cet.* Vir ad alendas augendasque litteratas Litteras fidere sane quam dextro natus. Ille etiam, meo potissimum rogatu, comparavit sibi *Opera Poëtarum* a MAITTAIRIO collecta; & *Londini 1713* typis expressa. Quibus equidem putavi me MANILII, Tomo I inserti, correctius exemplar assecuturum. Hanc vero spem *Scaligero-Bæcleriana*, prorsus intentata, fefellit.

10) Apud TORNÆSIUM *Lugd. 1566*. Quo me munere nuper demum *γίλιος χάρις* ornavit Cel. SACHSIUS, illustri Caroli. Hefychei Rector, eximiae doctrinæ & virtutis laude conspicuus. Hæc quidem editio licet ætate ceteris inferior, & formæ habitu omnium minina; longe tamen illis præstantior accurratione & ingenio sui Auctoris,

Auctoris, quem se profitetur esse *MOLINIUS Matifconensis*, qui & *vitam MANILII* a *Petro CRINITO* succincte expositam Carminis recensione, ad vetusti Codicis instar compositæ & ab ipso limatius expolitæ, præmisit. Quantum nos ex illa profecerimus, postremis demum plagulis, quod plurimæ jam erant impressæ, plus tamen uno alterove loco demonstravimus.

11) Forma folii quadripartita, cujus annus natalis jam non subit, nec consignatus *MORHOFIO Polyhist. Tom. 1. pag. 874.* Repete sis quæ de hac memoravimus supra *pag. 15.* Alteram, anno 1484 folio impressam, in præfatione recensuit, & per totum opus neglexit *suo libris ingenio major BENTLEJUS.* Utraque tamen editio, si quidem ab exquirendi difficultate judicium capere licet, perrara; neque hanc vidit *FABRICIUS* neque alteram *MORHOFIUS.* Uterque *V. C.* his quoque augendus, quas nobis indicavit omnis eruditæ Antiquitatis promus condus, mihiq; nunquam satis celebrandus *P. PACIAUDI.* Prodierunt enim *Astronomicorum Libri V. STEPH. DULCINIO* emendante, *Mediolani 1489 fol.* Per *ZAVOTUM PARMENSEM* & per *BUNDEM ibid. 1499.* Quam vero *FABRICIUS* dicit *Commelianam 1590. 8.* ea operæ *Sanctandree* adscribitur inter libros *PERIZONII*, quos legati titulo servat Bibliotheca *Leidenfis*, cujus vide *Catal. pag. 493.* Adde sis illam quæ excusa est *Patzavii 1743. 8.<sup>o</sup>* de qua nos incidenter supra *pag. 10.*

His adeo ducibus in restituendo *MANILII* carmine usi, nihil equidem curatius egisse videmur, quam ut locutionem Auctoris nostri puram, tersam, elegantem, non nunquam vero metri legibus nonnimis adstrictam & contortam, vel argumenti, ad eam quæ hodie viget Astronomiæ regulam minime exigendi, ratione obscuram, caste integreque redderemus, eamque aliorum Latinæ Linguæ conditorum, vel hos pensiculate imitantium, exemplis probaremus & interpreta-

tatione, non e nostro vel aliorum sensu petita, sed e verborum contextu vel sponte nata vel cogitatione eruta, dilucidaremus. In quo quantum pro ingenii modulo præstiterimus, tuum erit, B. L. judicare. Quod si quando nos ab illustrium in arte Critica Virorum sententia dissonantes errasse videamur, cogites velim, non nos Interpretes, sed Auctorem esse secutos, & lubentius quidem cum hoc quam cum illis errare voluisse. *Errabat enim in multis antiquitas: quam vel usu jam vel doctrina, vel vetustate immutatam videmus.* Hæc de suo ævo divinus TULLIUS *Lib. II. de Divinat. sect. 33.*

Neque vero nobis id datum esse putavimus, ut ipsius Auctoris verba, optimorum Codicum constanti fide probata, specioso correctionis vel emendationis titulo mutata, interpolata & ultro citroque transposita interpretis sensui vel potius præjudicatæ opinioni se accommodare cogeremus. Quod quidem non absque indignationis sensu cognovi factum ab aliis; qui præpostero consilio, nostrique Auctoris rebus infensissimo, verissima ipsius verba, & vel sanissimis saniora, tanquam ægra, hiulca, misere corrupta, barbara, sensu cassa repudiarunt, ejecerunt, vel sua prius substituerunt, alteris subinde multo pejora, quam de sano priscae & genuinæ lectioni sensu reddendo cogitarent. Itaque illi chirurgiam in Nostro exercentes non tetigisse magis quam injecisse videntur ulcera, non manu sed unguibus sananda, quos nescio quomodo in ipsis sæpe ulceribus reliquerunt; nisi eo forte consilio, ut dignoscas ex ungue leonem.

Quam



Quam ob rem cum sæpius , pro eo ac debui, misertus sim optimi Auctoris, ubi acerbissimas de corrupta ejus lectione querelas, Interpretum commenta legendo, percepi; tum vero ad lucidam priscorum librorum veritatem intente respiciens, equidem facile intellexi, falsas esse plurimorum criminationes, & vel ideo a Criticorum principibus intentas, ut suæ temeritati causam prætexentes ad liberiolem & non raro licentiosam emendandi vel immutandi rationem sibi viam præmunirent. Quocirca ne illis inhonesto quodam obsequio morem gereremus, neve illorum placita, quæ pro delphicis oraculis stupenda subinde confidentia jactant, cæco quodam assensu prosequeremur, monitu suo effecit *Cl. BESTIUS*, cujus quædam verba obsecundatu dignissima recitavit *doctiss. D'ORVILLIUS* ad Charitonem pag. 591: quibus omnino jungenda, quæ nos ejusdem *BESTII* verbis disleruimus in adnot. *ad Astronom. Lib. V.* 520 & ea quæ ab ipso *D'ORVILLIO* ex animi sententia sunt prodita *l. c. pag. 778.* Hunc animum mirifice confirmavit *MARCELL. PALINGENIUS*, cujus verum ajunt esse nomen *ANGELUS MANZOLLI*, qui quam vere tam ingenue suam quæ in illos Criticæ rei Dictatores aptissime quadrat sententiam his concepit versibus in *Zodiaco vitæ* sub *Aquario*:

*O quot morosophos tellus parit & philodoxos!  
 Quare non tutum est facile omnia credere cunctis.  
 Ille licet magni sit nominis, innumerasque  
 Scribendo implevit nigra loligine chartas:  
 Magni sæpe viri mendacia magna loquuntur,  
 Et nemo est adeo prudens, quin sæpius erret.*

B 4

*Est*

*Est igitur ratio in primis quærenda, fidesque  
Major in ambiguis rationi est semper habenda,  
Quam dictis hominum: nam hæc sunt falsa fre-  
quenter.*

Hac mente, hoc consilio equidem multa e  
commentariis *clarissimorum Virorum* SCALIGERI,  
PETAVII, SALMASII, HUETII, FAYI, BENTLEJI  
nostra in scrinia retulimus, quæ & ordinandæ  
verborum structuræ, qua sæpius ab aliis peccatum,  
& sententiæ Manilianæ convenire, sana rectaque  
ratione cognovimus. Nec nisi eadem prælucente  
selegimus observationes, stricturas, animadver-  
siones eorum, qui vel data MANILIO opera,  
vel occasione aliunde oblata, loca quædam  
emendare & illustrare conati sunt. Adscivimus  
enim in operæ societatem Viros artis Criticæ  
consultissimos, CARRIONES, BARTHIOS, TUR-  
NEBOS, GRONOVIOS, juxtaque hos HERINGAM  
quoque, amicissimum nomen nobis, RHOERIUM  
ceterosque *eruditos Batavos & Britannos* Obser-  
vatorum familiam, non nimis hodie fecundam,  
ducentes. Adeundos quoque putavimus princi-  
pum Latine Lingue Auctorum *Commentatores*  
& *Interpretes*. Horum æque ac illorum copiam,  
nostra quidem suppellectile deficiente, fecerunt  
instructissimæ Bibliothecæ cum *Inlustrium Viro-  
rum* SCHOEFFLINI & BRUNKII, tum *Almæ no-  
stræ*. Magno, fatemur, illorum ingenii monu-  
menta nobis usui fuisse; nonnunquam & senio  
longe majori. Quapropter selecta tantum rerum  
capita dare visum, modo ipsis Auctorum verbis,  
modo nostris concepta. Itaque non omnes &  
singulas aliorum adnotationes in nostro com-  
mentario

mentario requiras, sed exquisitas; neque has omnino integras, siquidem verborum profusione vel conjectandi temeritate non raro molestas; sed enucleatas, nonnullas quoque pressius penficulatusque discussas, easque juxta cum nostris in liberæ castæque rationis incude bis terve recusas. Quocirca ut volumen ne pateretur, neve ad cognoscendam veritatem longo foret tibi sententiarum anfractu eundum, in primis cavisse mihi videor. Siquidem non omnium super eundem locum opiniones, neque uno vel altero plures ejusdem sententiæ testes cumulavi; eo quod, uti PLINIUS ait, *sententiæ non numerandæ sed ponderandæ sunt*. Auctorum nomina suis quæque notationibus adscribere visum non est: tum ne gloriolam captare videamur nostris; tum vero ut, quod dudum MURETUS scite præcepit, *eius quod dicitur potius, quam qui dicit, ratio babeatur*. ne videlicet adolescentes parum cauti tantorum virorum auctoritate moveantur, nullumque discrimen faciant; neque, ut ait LUCILIUS, signent alba linea, præsertim cum videamus cottidie homines natura & usu prudentes, & qui in istis meliorum disciplinarum studiis familias creduntur ducere, ita sæpe quid humanum pati, ut sui penitus obliti esse & illorum potius temeritatis, quam imperitiæ scribenda dica videatur. Hæc verissima sunt CARRIONIS verba, quibus illud MURETI monitum egregie confirmat.

Propria vero luce radiant inter adnotationes quædam ad difficillima Libri I. loca, quas suo acutissimo politissimoque ingenio elaboratas bene-

vole nobis subministravit *celeberrimus in Alma nostra Mathematicum Professor* BRACKENOFFERUS, qui præterea consilio luminibusque suis nos sæpius adjuvit. quod cum intentiore gratitudinis sensu prædicamus.

Quod superest, unum tuæ B. L. in inquirendo sedulitati commendo versum, his conceptum verbis:

*Et propter vitam vivendi perdere causas*

Quem quidem diligentissimus BARTHIUS *ad Grat. Cyneg. vs. 308.* MANILIO adscripsit; equidem vero in his *Astronomicorum* libris non memini legisse. Poterit ille quidem ad Libri IV prologum referri; at citra Codicum fidem eum carmini inferere mihi certe religioni foret. Itaque tuam nostræ velim operam conjungas, ut iste versus suæ aliquando familiæ restituatur.

Nunc vero ne Te amplius in hoc operis vestibulo moremur, equidem Te bene valere, nostraque opera tuoque judicio probe uti cupimus. Quod ubi nostris conatibus favere, sic ut est in votis, intellexerimus; ad majora olim enitenda, si Deus vitam viresque concesserit, Tu dabis animum. Vale.

Dabam Argentorati Pridie Kal. Nov.

A. R. S. MDCCLVI.

SELECTA

# SELECTA VARIORUM DE M. MANILIO EJUSQUE CARMINE TESTIMONIA AC JUDICIA.

CUM multi sunt qui de MANILIO memoriæ prodiderunt, in quorum, de illius ætate & dictione, sententiis sanum & æquum judicium desideramus: tum vero nostri parciores otii, his exscribendis superfedemus. Adeas, si vacat & lubet, GYRALD. *de Poët. Hist. Dial. IV. p. m. 161. sq.* SCIOPP. GEVART. *ad Statii III Silvar. pag. 355 sq.* & BENTLEJUM in *Præfat. ad suum, non nostrum, Manilium.* Quorum argumenta satis solide FAYUS in sua ad *Manil. præfatione* refutavit. Neque illorum huc transferre verba visum, qui de diversis aliorum opinionibus judicium ferentes, pro nostri quidem instituti ratione nimis prolixè, vel etiam parum curate hoc argumentum exposuere. Quo loco referendi nobis POPE BLOUNT in *Censura Celeb. Auct. pag. 77 sq.* MORHOF. *Polyhist. Tom. I. Lib. IV. cap. XII.* FABRIC. *Biblioth. Lat. Vol. I. § II. Lib. I. cap. XVIII.* GOTEFR. EPHR. MULLER in *Introduct. ad Auctores Lat.* quæ dubium, an ad linguæ vernaculæ, quam ad Historiæ critico-litterariæ majorem sit amplitudinem conscripta, *Part. IV. pag. 421. sqq.* HIERON. FREYER *Fascic. Poëm. Lat. pag. 376 sq.* GUALTER in *append. Auct. ad Latinit. restit. pag. 82.* BUHCNER *de commut. rat. dic. pag. 326.* Quibus, si qui sunt, alios nobis hætenus ignotos, ex tua *Lector*, harum rerum conscientia junges. Nos extantiora & relatu digniora de MANILIO judicia & testimonia hic subjungimus eorum, qui suis, non aliorum, oculis opus perlustrantes, de Auctoris ingenio doctrinaque statuerunt. Quibus equidem ipsis rerum argumentis edocti, lubentes subscribimus.

PETRUS

## PETRUS CRINITUS

*De Poëtis Latinis Cap. XLI.*

M. MANILIUS ex illustri familia natus creditur. iisdem temporibus in Urbe floruit, quibus divus Augustus imperium Romanæ urbis felicissime gubernavit. Neque dubitandum est, fuisse illi tanto principi gratissimum, propter egregiam disciplinarum cognitionem & ingenii excellentiam. *Fabius Quintilianus* nullam mentionem de Poëta MANILIO fecit. quocirca mirantur quidam, cur illum prætermiserit, præcipue cum de *T. Lucretio* & *Æmilio Macro* iudicium fecerit. Studium suum atque industriam collocavit in Mathematicis artibus, tantumque in his profecit, ut maximas ingenii sui laudes tulerit. Scripsit libros quinque de Astronomicis, carmine hexametro, in quibus magna ex parte Hipparchum, Eudoxum atque Aratum secutus traditur. Idem MANILIUS se ipsum excusat, parum sibi licere in suo carmine propter difficultatem operis omnia verbis latinis exequi: & in eo maxime laborare, ut magis instruere ac docere videatur, quam delectare, quoniam *ornari res ipsa negat, contenta doceri*. Neque desunt, qui existiment, *C. Plinium* de hoc ipso MANILIO intellexisse, quo loco de obeliscis differit. Is enim suo ingenio pilam auratam in obelisci apice constituit, ex cujus umbra horarum momenta observarentur: qua in re maximam commendationem accepit. De obitu illius nihil a nobis comperitum est.

## J. O. REGIONONTANUS

*Præstantissimam Manilii editionem suam obsignavit his:*

Ridetur merito sciorum infana caterva

Vulgo qui Vatum nomina furripiunt.

Hæus quicunque velis latia perdiscere Musa

Sydereos nutus fallere difficiles:

*Manilium* sectare gravem, qui tempore divi

Floruit Augusti. Lector amice vale.

Ex officina Joannis de Regiomonte  
habitantis in Nuremberga, oppido  
Germaniæ celebratissimo.

ALDUS

## A L D U S M A N U T I U S

*Ad calcem Editionis suæ MID (1499)*

MARCUS MANILIUS Mathematicus, cujus extat opus elegantissimum heroico carmine de matheseos disciplina compositum, & tam motum quam apotelesma, id est effectum stellarum continens, floruit Augusti temporibus, quod ipse in principio hujus operis indicat, & *Plinius* testatur, cum refert trigésimo sexto libro naturalis historiæ, cujusdam obelisci cacumini per *Manilium* Mathematicum auratam pilam fuisse additam ad dignoscendum horarum rationes. Et primus omnium latinorum de astris carmine scripsit. Et ideo non immerito, cum in pluribus hujus operis locis de hoc maxime gloriatur, ferendus est. Non est enim parvi laboris & ingenii, res ita difficiles carmine adeo apte, latine, dilucide explicuisse, ut noster hic MANILIUS fecit, cum enim ista non assecutis, voluisse tamen, abunde pulchrum atque magnificum sit.

## J O H. B A P T. P I U S

*Annot. Poster. Syllog. III. Cap. XVII.*

MANILIUS scientiæ fideralis & Astronomicæ maximus professor & antistes multa nitide scripsit & erudite, inter quæ hoc relatu dignum judicavimus, quod libro quinto Matheseos invenies in hæc propemodum verba :

*Quin etiam ille pater tali de fidere cretus &c.*

## L U D O V. C A R R I O

*Lecl. Antiq. Lib. I. Cap. XX.*

Loxiæ oracula mihi audire videor, quotiens MANILIUM lego. Ita multa sunt in eo turpiter conturbata, lacera, mutila, prodigiose obscura, & quæ nemo, nisi artem hariolandi noverit, recte interpretari potest.

## I D E M

*Emendat. Lib. II. Cap. II.*

Venio ad MANILIUM, quem neque natalem Augusti ignorasse (quid enim minus est verisimile, quam Poëtam, qui eo vixerit tempore, quo hæc vel pueris fuerunt nota : & Mathe-



Matheſeos , ſi quod iſti volunt , non nimium peritus. at certe quod negari non poteſt , fuerit ſtudioſus , cum hiſ de rebus ad Auguſtum cogitaret ſcribere , hæc ignorare potuiſſe ) nec igitur ignoraviſſe , nec a ſe ipſo adulandi cauſa diſſenſiſſe , facile probavero.

## JOSEPH SCALIGER

*Prolegom. in Manil. pag. 20 ſq.*

De MANILIO nondum ſtatui , magis optandum ne fuerit , illum publice in ſcholis legi , an dolendum , quod hæcenus neglectus jacuerit. Poëta ingenioliſſimus , nitidiſſimus Scriptor , qui obſcuras res tam luculento ſermone , materiam moroſiſſimam tam jucundo charactere exornare potuerit. *Ovidio* ſuavitate par , & ( quod tam falſo quam immerito *Ovidio* obiectum olim ) nunquam ſcit deſinere. In quo peccat , non iudicio , ſed fertilitate , indulgentia ſtili , qua in re non iudicium ſed animum *Ovidio* deſuiſſe *Quintilianus* animadvertit. Et eſt aliud non leve vitium in noſtro , quod nimius in verborum iteratione , quum poſſet aut parcius eadem aut alia pro illis uſurpare. Itaque criticæ aures offendunt illa toties totieſque inculcata , *Sidera* , *Calum* , *Mundus* , *per Tempia* , *per Sidera* & alia non pauca , quæ ter quater trinis quaternis continuiſſis verſibus infarcit. Hoc non mediocri vitium eſt in nitido ſcriptore , ita puri ſunt ab hac labe principes Poëtæ , *Virgilius* & *Ovidius*. Hoc uno excepto , nihil ad perfectionem abſoluti operis in hoc Auctore requiras. Inprimis omnia ejus procemia & *παραφράσεις* extra omnem aleam poſita ſunt. Nihil illis divinius , nihil copioſius , gravius & jucundius dici poteſt.

## JO. LUDOV. VIVES

*De tradendis Diſciplinis Lib. III. p. 55.*

MANILII *Aſtronomicon* multa habet de Chaldaica ſuperſtitione ac vanitate inſperſa. Adeundum igitur non ſine iudicio & duce , qui , quæ devitanda ſint , admoneat.

OLAUS

## OLAUS BORRICHIVS

*De Poët. Lat. Dissert. I. §. 26. p. 54 sq.*

Opus MANILII *Astronomicum* est & *Genethliacum* libris V. versu epico expressum, & ab Ægyptiorum Disciplinis magnam partem decerptum. Dictio tersa, genus dicendi mediocre, judicium exquisitum, promptum & facile eloquium in argumento latinis versibus antea intentato. Quin & philosophatur identidem non sinistre.

## I D E M

*Cogitat. de Ætat. Ling. Lat. pag. 10.*

In MANILIUM paullo obliquior mihi videtur *Scioppius*, quod in argenteæ ætatis classem eum retulerit, quum in aureæ locum mereatur. Etenim & argumentum difficillimorum culto meditatoque expressit carmine, & scripsit aliquot annis ante excessum Oct. Augusti, recenti nimirum adhuc vulnere Varinæ cladis, ut ex libro ejus primo notamus.

## CASP. BARTHIUS

*Adversar. Lib. X. Cap. XXVI pr.*

Si quisquam Auctor rerum materiæque, quas tractat, gratia difficilis & obscurus ad nos venit; is est MANILIUS, si principibus Poëtis non adnumerandus, ornatissimus tamen vates & multis ex tumidis buccinatoribus ingenio prior; quorum si quis tale quid ausus fuisset, sane mirifice eum affectandis acuminibus & sententiolis a perspicuitate recessurum fuisse arbitror.

IDEM *Adversariorum* Lib. VIII. cap. VIII. Et ad *Stadium* suum *Tom. II. pag. 555* & alibi sæpius.

## GERH. JO. VOSSIUS.

*De Poëtis Latinis.*

MANILIUS sive, ut in variis est libris, *Manlius*, cujus *Astronomicum* habemus, extrema Augusti ætate vixisse creditur. Sane meminit Varianæ cladis, quæ quinquenniis contigit ante excessum Augusti. Antiquior igitur esse Augusto non possit. Verum si *Ovidio* fuerit æqualis, mirum, ejus

ejus *Ovidium* ultima Ponticorum elegia non meminisse. Et si non ignorem ipsum dicere, quosdam a se præteriri. Præterea dictio suadere videtur potius vixisse senioris Theodosii temporibus. Imo clarissimo viro *Gervasio* videtur esse is *Manlius Theodorus*, quem ab siderali scientia prædicat *Claudiamus* in Panegyrico ad eum scripto. . . . Si ævi sit Augustæi, eum sibi imitandum proposuerit *Julius Firmicus*, qui sub Constantino M. vixit. Sin Theodosiana vixerit ætate, *MANILIUS Firmicum* carmine expresse- rit. Quæ opinio nobis placuit *Lib. 2 de arte Grammat. cap. 26*. Nunc in alteram magis sententiam propendo. Legenti enim *MANILIUM* iterum iterumque Augusti temporibus videtur convenire.



JULII

# JULII PONTEDERÆ

*In Gymnasio Patavino Rei Botanica Professoris*

## EPISTOLA

DE MANILII ASTRONOMIA,  
*EJUSQUE ANNO COELESTI.*

---

JULIUS PONTEDERA

ANDREÆ MARANO

A M I C O S U O S. D.

**M**AGNA in expectatione cum essem, quam ratione acciperes, quæ de solari anno Chaldaico ad te proxime miseram, ecce tabellarii mihi jam ex Horto egredienti obviam facti tuas literas, quas avide expectabam, traderunt. Quibus in ipso Horti vestibulo perlustratis, non mediocriter sum perturbatus illa clausula: *te de commentariis meis nuperrime redditis tunc responsurum, cum de Manilio quæ subduxeram, accepisses.* Quid enim de Manilio tibi debeo; aut quid significem, cujus ratio a paucis percipitur, negligitur ab omnibus? Sane non inficior ad hunc scriptorem sæpe eo consilio manum admovisse, ut quid ad Latinam cœlestem scientiam illustrandam decernerem. Sed inutili cura: omnia ferme dissimillima deprendi. Quis enim, ut summatim attingam, stellarum ortus & occasus ita digessit, ut Manilius? Quis ex illis qui ex astrorum motibus tempora descripserunt, tanto intervallo a communi sede deduxit, ut dimidiatis signis Piscium, Geminorum, Virginis, Sagittarii eadem assignaret, hoc uno excepto scriptore? Hæc cum mihi ante oculos versarentur, studium, & operam in id quod ab omni stellarum disciplina abhorrebat, conferre posthabui, præsertim quod conquerere ac scire nihil attineret. Quid ergo? De ipsane arte ad te scribam, qua nihil magis inane, aut inconditum, aut claudicans fingi potest? Non puto hoc a te mihi imponi; id enim semper curavi ut in potestem haberem, De anni natura partibusque quid abs te

C

expeti

expeti interpretor, quod superioribus ad te scriptis hæc finitima sunt. Id nunc agere instituat, non tamen ad extrema, verum usque eo quo opus arbitror, persequar, ut morem tuæ voluntati geram.

§. I. Sed quando in hoc vate multæ latebræ sunt, & multi recessus, quem ducem adhibebo Latinumne Græcumve, an barbarum? Nemo inventus est qui Manilii doctrinam ad Latinos aut Græcos referret. Omnes fatentur barbaricam esse ab Ægyptiis vel Chaldæis informatam atque excultam. Neque de Ægyptiis nonnulli ambigunt; quoniam Manilius hinc annum suum adumbraverit, partibus CCCCLX. contexens, ut hoc carmen ostendit:

*Nam cum sint partes orbis per signa trecenta  
Et ter vicena: quas Phæbi circuit ardor,*

in quibus

— *ubi summam feceris unam,  
Tricenas dabis ex illa per singula signa.*

Hanc esse anni Ægyptii figuram opinantur, quo promensibus signa, pro diebus signiferi orbis partes comprehenduntur; cum antiquitus in Ægypto annum in dies CCCCLX. contractum argumento sint dies v. quos absoluto anno apponebant, atque *ἐπαγομένας* vocabant. Qui ista tanti habent, nihili sunt habendi. Viguit quondam apud Ægyptios annus quem diximus, sed aliis gentibus communis, ut Græcis. Talem nihilominus a Manilio repetere insipientis est, qui signiferum orbem, cujus ambitu annus intelligitur, haud secus distribuit, ac cæteri cœlestium rerum periti, ceu Ægyptii, Chaldæi, Græci, Romanique. Quid igitur cœlestem annum, qui apud tot gentes in sermone ac consuetudine fere quotidiana versatur, ab Ægypto deposcunt? At Ægyptii primi id invenerunt? Hoc etiam ubique confessum non est, ac probatum. Utrum hi an Chaldæi astronomiam invenerint, ambigitur, & pari momento disceptatur. Sed nihil ad rem. Quod a multis peti potest, nemini attribues proprium. Quare dum Ægyptia in Manilio isti rimantur, eos dimittamus.

§. II.

§. II. Accedit altera de Chaldæis opinio, quæ apud paucos nunc fovetur, antiquis temporibus apud omnes ferebatur, nemine hanc artem Babylonii negante, qui, ut ait M. Tullius, de summis Caucasii jugis signa cœli servantes numeris & motibus stellarum cursus persequiebantur. Ideoque, cum ea quæ divino carmine exsequitur Manilius, a Chaldæis inventa, culta, diuque retenta sint, quid prohibet vatis annum ad Chaldæos referre? Profecto apud Manilium quædam nactus sum, quæ ad Chaldæorum annum propria similitudine spectant. Ver enim, si a Chaldaico principio in signa solem revoces, calendis Martiis proximum existit; autumnus inter calendas Septembris ac nonas inchoatur. Neque æstas a calendis Majis distaret, si in dimidiato Tauro, non inter Geminos collocaretur. Incipit IV. non. Jun., exoriente Chaldæis Aquila vesperi, Ovidioque Sucularum sidere. Haud secus hiems ex calendis Decembribus notatur, quo die Canis occidit Chaldæis, atque aer per dies XXXVII. ad mediam hiemem exasperatur. Jam vero Vergiliæ a. d. XI. cal. Maj. Chaldæis mane se attollere non incipiunt? Nonne sexta Tauri pars, à qua idem astrum Manilius producit, ad Palilia pertinet, si cum Chaldæis XVI. cal. Maji Tauro initium in signifero orbe dabis?

*At Procyon oriens quum jam vicesima Cancrī  
Septimaque ex undis pars se se emergit in astra,*

ad quos auctores referri potest, nisi ad Chaldæos? Hi enim primi hoc prodiderunt, cum Ægyptiis de nona Cancrī parte exoriatur. Jam cernimus non minima societate Manilii, & Chaldæorum annum inter se conjungi; nullusque dubito, quin omnia in utroque similia concurrerent, si naturalis anni modus ea quæ ad inanem disciplinam exornandam perquirebant, discrimina subiret. Hoc enim solum intuentes, patrii anni similitudine retenta, cætera in id quod formas quasunque vellent, fusciperet, immutarunt. Ab hoc fonte ars effluxit, quæ imbecilles hominum animos aucuparetur, ac cœlestium rerum specie mentis aciem obtunderet. Adhuc tamen antiquæ imaginis vestigia, ut dicebam, supersunt: neque difficile est diligentius intuenti Chaldæos agnoscere utriusque anni inventores.

§. III. Refert nunc statuere a quo signo Manilii annus inchoetur. Non ab alio crediderim quam ab Ariete, cui primas semper vates attribuit;

*Nobile lanigeri fidus quod cuncta sequuntur.*

Quare hoc signum a Chaldæorum sede ex a. d. XVII. cal. Apr. promovemus. At æquinoctium vernum a qua? Ternas affert de cardinibus sententias; quoniam

*Has quidam vires octava in parte reponunt;  
Sunt quibus esse placet decimas, nec defuit auctor  
Qui prima momenta daret, frænosque dierum:*

Primam, quam item Latini amplexi sunt, a Chaldæis emanasse, ex superioribus literis haud ignoras: tertiam ab Ægyptiis, cui Græcorum solertissimus quique adhæsit, originem ducere, notum tibi exploratumque opinor. At secundam cui attribuemus? Nullus auctor superat, ad quem referatur. Quin, ut mea est opinio, nullus extitit, ut mox aperiā. Interea quamnam secutus fuerit Manilius, videndum. Ab octavis non recessisse, argumentum præbent quæ de bruma canit:

*Hic (sol) cum per gelidas hiemis summotus in astra  
Fulget in octava Capricorni parte biformis,  
Tunc angusta dies vernalis vertit in horas  
Dimidiam atque novem, sed nox oblita diei  
Bis septem, apposita, numerus ne claudicet, hora  
Dimidia.*

Si recto ad definito ordine gubernat ac moderatur omnia, quod in uno cardine constituit, in reliquis, ut temporum spatia constent, non videtur mutasse. Peragetur itaque Manilio cum Chaldæis æquinoctium vernale X. cal. April. quod Atticis IX., Ovidioque VIII. cal. easdem; illis quidem in octava Arietis parte; huic, retento eodem signi principio, in decima. Hinc in Manilii laudibus non fero, quod decimæ signorum parti cardines attributos esse canebat. Chaldæorum consuetudo, & peculiare anni exordium, tanquam commune Romanis, aliisque populis, ipsum fefellit. Etenim si summo vitio dabant illis qui anni momenta octavis signorum partibus ea tempestate attribuebant, quid de iis factum existimes qui in tanta astronomiæ solertia ad



ad decimas traduxissent? Haec de re quod mihi rationi consentaneum videretur, inveniebam. Sequitur ut de reliquis scribam. Cum ad Cancrum ex Chaldaeorum placito ascendat sol XIV. cal. Quint. solstitium conficiet VII. cal. ejusdem, quod Atticis V., decimo nimirum signi die peragetur: alterum autem æquinoctium VII. cal. Oct., quod Libram sol adit XIV. cal. Octob., habetur. Id Atticis tertio hinc die servatur. Pari intervallo bruma Chaldaeis & Manilio procedit in octava Capricorni parte X. cal. Jan. Plinio vero, Ovidioque a Chaldaico initio in decima, qui brumalem cardinem VIII. cal. Jan. adnotant.

§. IV. Nunc de temporibus est inquirendum. Æstatem inter Geminos collocari diximus, quod

*Ex Geminis alter florentia tempora veris  
Sufficit, æstatem sitientem procehit alter.  
Nudus uterque tamen, sentit quia uterque calorem:  
Ille senescentis veris, subeuntis at ille  
Æstatis pars est, prima fors ultima parti.*

Sol in Geminos introitum facit XV. cal. Jun. afficitque signum per dies XXXI.; quare Geminorum alteri dies XV. horæ XII. competunt, totidemque alteri. Æstas igitur incipit IV. non. Jun. diebus ab æquinoctio verno LXXI., & XXIII. ante solstitium, Aquila Chaldaeis vesperi oriente.

*Quin etiam Erigone binis numeratur in astris,  
Nec facie ratio duplex; nam desinit æstas,  
Incipit autumnus media sub Virgine utrinque.*

Ad Virginem transit Sol XIV. cal. Septembr., Virginiq; immoratur diebus XXX.; ex quibus si XV. priori signi parti dabis ad æstatem attinentes, reliquos XV. secunda sibi assumit, quæ autumnum præbet ex a. d. III. non. Sept. diebus LXX. horisque XII. a solstitio remotum. Sunt propterea æstivi temporis dies XCII. horæ XII.

*Nec non Arcitenens, qui te, Capricorne, sub ipso  
Præmittit, duplici formatus imagine fertur.  
Mitior autumnus molles sibi vindicat artus,  
Materiamque oris: fera tergo membra rigentem  
Excipiunt biememque.*

C 3

Adeuntē

Adeunte Sagittarium sole XVI. cal. Decembr. hiems subdimidiato Sagittario initium habet ex cal. Decembr.; dum Chaldæis Canis delabatur mane, intenditurque frigus. Autumnalis igitur temporis colliguntur dies XXXIX. Quorum termino annexa hiems in alterum e Piscibus dies XC. producit.

*Quosque Aries præ se mittit duo, tempora Pisces  
Bina ferunt, biemem claudit, ver inchoat alter.*

Permeat Pisces sol, ut Chaldæi determinant, ex a. d. XVI. cal. Mart. in a. d. XVII. cal. Apr., quo spatio bifariam diviso cal. Martiis vernum tempus inchoatur, & cessat hibernum. Longissimum itaque omnium vernum, quod diebus XCIII. horis XII. æstatem attingit.

§. V. De Manilii anno ejusque partibus primis, non puto fore ut quid amplius desideres. Quare de astrorum disciplina nonnulla sufficiam.

*Nunc Cancro vicina canam, cui parte sinistra  
Consurgunt Jugula.*

Quo Latini scriptoris præsidio Julius Firmicus Jugulas Afellos interpretabatur, intelligere nequeo; apud Latinos certe Jugulam vel Jugulas fuisse Orionem nemo ignorat. Certe Orionem, quem egregium venatorem inter fabulas extulit Græcia, venandi animos, prædæque cupiditatem aspirare nascentibus magis valebit, ut Manilius pollicetur, quam tardus imbellisque Afellus. Adde Orionem tam Chaldæis quam Romanis solstitiali die exoriri, quod tempus a cordatioribus astronomis, ut jam notum feci, in prima Cancri portione collocatur.

*Quum vero in vastos surgit Nemeus biatus,  
Exoriturque Canis, latratque Canicula flammæ.*

XIV. cal. Sextil. tam Chaldæis quam Manilio prodire Caniculam, sole primam partem Leonis ingressa, notabis.

*Jam subit Erigone quæ cum ter quinque feretur  
Partibus ereptis ponto, tolletur ab undis  
Clara Ariadnæ quondam moxumenta Corona.*

Corona Firmico, quintam Virginis partem collustrante sole, prodit, & Spica quæ post Coronam emergit,  
Manilio

Manilio decimam; quapropter carmen vitii reprehenditur jure. Nota tibi Josephi Scaligeri emendatio :

*Quæ quando quinque feretur.*

Quod iste fortasse perfecit, ego conatus sum ad hanc sententiam componere:

*Quæ quum de quinque feretur  
Partibus.*

Attollitur igitur Manilio Corona X. cal. Sept. & Spica V. cal. ejusdem.

*At quum secretis improvidus Hædus in astris,  
Erranti similis, fratrum vestigia quærit.*

Plures invenies qui ista reprehendunt, quam vitio libent. Scaliger totus in hunc locum exarsit: ultima emendandi cura subsedit. Cum Firmico oriatur Hædus in XV. Libræ parte, nec vates tempus, ut solet, definiat, id ipsum a Firmico repetam; quamvis veram carminis speciem ex fucatis non pollicear.

*At quum ter quinis in partibus Hædus in astris.*

Si res conjectura penditur, nascetur Hædus VI. non. Octobr. cujus grex nonis procedit Chaldæis, ac Cæsari postridie.

§. VI. *Nunc surgente Lyra, testudinis enatat undis  
Forma per bæredem tantum prælata sonantis.*

Deinde multis interpositis:

*Hinc distante Lyra, cum pars vigesima sexta  
Cbelarum surget, quæ cornua ducit ad astra  
Quid regione pari vix partes oculo trahentis  
Æra ferens thuris, stellis imitantibus ignem.*

Nihil hoc carmine in Manilio fœdus plane contendere, verum Scaligeri editione nihil magis lacerum magisque divulsam sine ulla dubitatione affirmabo. Primum carmen XI. versibus a secundo separatum cum secundo miscet, eodemque reparat ac farcit.

*Nunc surgente Lyra testudinis enatat undis  
Forma per bæredem tantum præfata sonantis,  
Cbelarum surget cum pars trigesima sexta*      Quid

Quid hominis tibi videtur dilaniare membra, ex detruncatis unum corpus conglutinare, & longe a sua sede traducere, tum discerptas partes ita compositas literis tradere memoriæque mandare tamquam germana, & de optimis exemplaribus deprompta? En iterum:

*Hinc distante Lyra, quæ cornua ducit ad astra.*

Hiccinne est interpres? Hiccinne afflictæ vetustatis reparator? Cuinam pædagogo in vernas tantum licuit, quantum in nobilissimum vatem sibi licere Scaliger opinabatur? Non tamen Scaligero eripiam multa in melius restituta, ceu istud ex *parsi nepæ*; cui nihilominus præcinerat Firmicus. Verumtamen de Scaligero videant alii Nos omnia membra inter articulos suos retinebimus, versa primi carminis vovula *quum* in *cui*. Siquidem vates cum primo carmine Lyræ in Libra exoriri proposuisset, nec definisset diem, locumve, tandem id adjecit:

*Hinc distante Lyra, cui pars vicesima sexta  
Cbelarum, surget quæ cornua ducit in astra  
Quid regione Nepæ vix partes octo trabentis  
Ara ferens thuris, stellis imitantibus ignem.*

Ita a Fidicula III. id. Octobr. prodeunte ad Aram transit Manilius in octava Scorpionis parte exorientem VIII. cal. Novembr. ferentemque quid thuris. Neque anguli in ara a Latinis improprie cornua dicuntur qui in tribunali a Tito Livio, a Valerio Maximo, a Tacito simili nomine vocantur, sacrarum literarum interpretibus aræ etiam attribuentibus, utrunque cum sit angulatum corpus.

Jam nihil superest quod nostra industria melius tibi reddam; ideo epistolam complicabo. Vale.

D. Patavio VI. Cal. April. M DCC XXXIII.

# M. MANILII ASTRONOMICON LIBER PRIMUS.

CARMINE divinas artes, & conscia fati  
Sidera diversos hominum vāriantia casus,  
Cælestis rationis opus, deducere mundo  
Aggredior ; primusque novis Heliconæ  
movere

Cantibus, ad viridi nutantes vertice silvas 5  
Hospita sacra ferens nulli memorata priorum.  
Tu mihi, tu, Cæsar, patriæ princepsque paterque,  
Qui regis augustis parentem legibus orbem,  
Concessumque patri mundum deus ipse mereris,  
Das animos, viresque facis ad tanta canenda. 10  
Jamque favet mundus propius scrutantibus ipsum,  
Et cupit æthereos per carmina pandere census.  
Hoc sub pace vacat. jam nunc juvat ire per altum  
Aëra, & immenso spatiantem vivere cælo,  
Signaque & adversos stellarum noscere cursus. 15  
Quod solum novisse parum est. impensius ipsa  
Scire juvat magni penitus præcordia mundi:  
Quaque regat terrena suis animalia signis  
Cernere, & in numerum Phoebo modulante referre.  
Bina mihi positis lucent altaria flammis: 20  
Ad duo templa precor, duplici circumdatus æstu,  
Carminis & rerum: certa cum lege canentem  
Mundus & immenso vatem circumstrepit orbe,

A

Vix.

Vulg. v. 5. ET. 7. HUNC mihi. 10. ANIMUM. 11. JAM  
PROPIUSQUE. 12. RAPIT. 13. TANTUM.—IPSUM. 18. GE-  
NERETQUE. 22. TUM.

Vixque soluta suis inmittit verba figuris.  
 Quem primum interius licuit cognoscere cælum, 25  
 Munere cælestum? quis enim, nolentibus illis,  
 Cepisset furto mundum, quo cuncta reguntur?  
 Quis foret humano conatus pectore tantum,  
 Invitis ut diis cuperet deus ipse videri?  
 Tu princeps auctorque sacri, Cyllenie, tanti: 30  
*Per te jam cælum interius, jam sidera nota,  
 Sublimes aperire vias, inumque sub orbem,  
 Et per inane suis parentia finibus astra,  
 Mominaque, & cursus signorum, pondera, vires.  
 Major uti facies mundi foret, & veneranda 35  
 Non species tantum, sed & ipsa potentia rerum:  
 Sentirentque deum gentes, quam maximus esset,  
 Quis sua disposuit per tempora, cognita ut essent  
 Omnibus & mundi facies, cælumque supernum.  
 Et natura dedit vires, seque ipsa reclusit; 40  
 Regales animos primum dignata movere,  
 Proxima tangentes rerum fastigia cælo:  
 Qui domuere feras gentes oriente sub ipso,  
 Quas secatur Euphrates; in quas & Nilus inundat,  
 Qua mundus redit, & nigras superevolat urbes. 45  
 Tum qui templa sacris coluerunt omne per ævum,  
 Delectique sacerdotes in publica vota  
 Officio vinxere Deum; quibus ipsa potentis  
 Numinis accendit castam præsentia mentem,  
 Inque deum deus ipse tulit patuitque ministris. 50  
 Hi tantum movere decus; primique per artem  
 Sideribus videre vagis pendentia fata.  
 Singula nam proprio signarunt tempora casu,  
 Longa per assiduas complexi sæcula curas:  
 Nascenti quæ cuique dies, quæ vita fuisset: 55  
 In*

Vulg. v. 25. INFERNIS — TERRIS. 26. MUNERA. —  
 CONDENTIBUS. 27. CLEPSISSET. 55. NASCENDI.

In quas fortunæ leges quæque hora valeret :  
 Quantaque quam parvi facerent discrimina motus.  
 Postquam omnis cæli species , redeuntibus astris,  
 Descripta in proprias sedes , & reddita certis  
 Fatorum ordinibus sua cuique potentia formæ ; 60  
 Per varios usus artem experientia fecit ,  
 Exemplo monstrante viam ; speculataque longe  
 Deprendit tacitis dominantia legibus astra ,  
 Et totum alterna mundum ratione moveri ,  
 Fatorumque vices certis discurrere signis. 65  
 Nam rudis ante illos nullo discrimine vita  
 In speciem conversa , operum ratione carebat,  
 Et stupefacta novo pendebat lumine mundi :  
 Tum velut amissis moerens , tum læta renatis  
 Sideribus ; variosque dies incertaque noctis 70  
 Tempora nec similes umbras , jam sole regresso ,  
 Jam propiore , suis impar discernere caufis.  
 Necdum etiam doctas solertia fecerat artes,  
 Terraque sub rudibus cessabat vasta colonis.  
 Tumque in desertis habitabat montibus aurum, 75  
 Immotusque novos pontus subduxerat orbes.  
 Nec vitam pelago , nec ventis credere vota  
 Audebant , se quisque satis novisse putabant.  
 Sed cum longa dies acuit mortalia corda,  
 Et labor ingenium miseris dedit , & sua quemque 80  
 Advigilare sibi jussit fortuna premendo :  
 Seducta in varias certarunt pectora curas,  
 Et quodcumque sagax tentando repperit usus,  
 In commune novum commentum læta dederunt.  
 Tunc & lingua suas accepit barbara leges, 85  
 Et fera diversis exercita frugibus arva,  
 Et vagus in cæcum penetravit navita pontum ,  
Fecit

A 2

Vulg. v. 59. PERCEPTA. 72. POTERAT. 78. SED — SE-  
 NOSSE PUTABAT. 84. BONUM — DEDERE.

Fecit & ignotis iter in commercia terris.  
 Tum belli pacisque artes commenta vetustas.  
 Semper enim ex aliis alia profeminat usus. 90  
 Ne vulgata canam; linguas didicere volucrum,  
 Consultare fibras, & rumpere vocibus angues,  
 Sollicitare umbras, inumque Acheronta movere,  
 In noctemque dies, in lucem vertere noctes:  
 Omnia conando docilis solertia vicit: 95  
 Nec prius imposuit rebus finemque manumque,  
 Quam cælum ascendit ratio, cepitque profundis  
 Naturam rerum claustris, viditque quod usquam est.  
 Nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore;  
 Hiberna æstiva nix grandine mollior esset, 100  
 Arderent terræ, solidusque tremisceret orbis,  
 Cur imbres ruerent, ventos quæ causa moveret,  
 Pervidit; solvitque animis miracula rerum:  
 Eripuitque Jovi fulmen viresque tonandi,  
 Et sonitum ventis concessit, nubibus ignem. 105  
 Quæ postquam in proprias deduxit singula causas,  
 Vicinam ex alto mundi cognoscere molem  
 Intendit, totumque animo comprehendere cælum:  
 Attribuitque suas formas, sua nomina signis;  
 Quasque vices agerent, certa sub sorte notavit: 110  
 Omniaque ad numen mundi faciemque moveri,  
 Sideribus vario mutantibus ordine fata.  
 Hoc mihi surgit opus, non ullis ante sacratum  
 Carminibus. faveat magno fortuna labori,  
 Annosa & molli contingat vita senecta; 115  
 Ut possim rerum tantas evincere moles,  
 Magnaque cum parvis simili percurrere cura.  
 Ac quoniam cælo descendit carmen ab alto,  
 Et

Vulg. v. 88. ITINER. 90. ALIAS. 91. NEC. 96. MODUM-  
 QUE. 97. PROFUNDUM. 98. CAUSIS. 104. TONANTIS.  
 116. EMERGERE. 118. ET.



Et venit in terras fatorum conditus ordo ,

Ipsa mihi primum naturæ forma canenda est, 120

Ponendusque sua totus sub imagine mundus :

Quem sive ex nullis repetentem femina rebus

Natali quoque egere placet , semperque fuisse

Et fore , principio pariter fatoque carentem :

Seu permixta chaos rerum primordia quondam 125

Discrevit partu , mundumque enixa nitentem

Fugit in infernas caligo pulsa tenebras :

*Sive individuus , in idem reditura soluta ,*

*Principiis natura manet , post sæcula mille ;*

*Et pæne ex nihilo sumptum est nihilumque futurum ,* 130

*Cacaque materies calum perfecit & orbem :*

Sive ignis fabricavit opus , flammæque micantes ,

Quæ mundi fecere oculos , habitantque per omne

Corpus , & in cælo vibrantia fulmina fingunt :

Seu liquor hoc peperit , sine quo riget arida rerum

135

Materies , ipsumque creat , quo solvitur , ignem :

Aut neque terra patrem novit , nec flamma , nec aër ,

Aut humor ; faciuntque deum per quattuor artus ,

Et mundi struxere globum , prohibentque requiri

Ultra se quicquam : cum per se cuncta creentur ;

140

Frigida nec calidis desint , aut humida ficcis ,

Spiritus aut solidis ; sitque hæc discordia concors ,

Quæ nexus habiles & opus generabile fingit ,

Atque omnis partus elementa capacia reddit.

Semper erit genus in pugna ; dubiumque manebit ,

145

Quod latet , & tantum supra est hominemque

deumque.

A 3

Sed

Vulg. v. 136. VORAT. 140. TUM — CREANTUR. 141.

NE. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150.

Sed facies quacumque tamen sub origine rerum  
 Convenit, & certo digestum est ordine corpus.  
 Ignis in æthereas volucer se sustulit oras;  
 Summaque complexus stellantis culmina cæli, 150  
 Flammarum vallo naturæ moenia fecit.  
 Proximus in tenues secessit spiritus auras,  
 Aëraque extendit medium per inania mundi:  
 Ignem ut flatus alat vicinis subditus astris.  
 Tertia fors undas stravit fluctusque natantes, 155  
 Æquoraque effudit toto nascentia ponto:  
 Ut liquor exhalet, tenues atque evomat auras,  
 Aëraque ex ipso ducentem semina pascit.  
 Ultima subfedit glomerato pondere tellus,  
 Convenitque vagis permixtus limus arenis, 160  
 Paulatim ad summum tenui fugiente liquore.  
 Quoque magis puras humor secessit in auras,  
 Et siccata magis strinxerunt æquora terræ,  
 Adjacuitque cavis fluidum convallibus æquor;  
 Emergere fretis montes, orbisque per undas 165  
 Exiliit, vasto clausus tamen undique ponto.  
*Imaque de cunctis mediam tenet undique sedem.*  
 Idcircoque manet stabilis, quia totus ab illo  
 Tantundem refugit mundus: fecitque cadendo  
 Undique ne caderet. medium totius & imum est. 170  
*Illaque contractis consistunt corpora plagis,  
 Et concurrento prohibent in longius ire.*  
 Quod nisi librato penderet pondere tellus,  
 Non ageret currus, mundi subeuntibus astris,  
 Phoebus ab occasu, & numquam remearet ad ortus:  
*Lunave submersos regeret per inania cursus:* 176  
 Nec

Vulg. v. 149. AURAS. 152. DESCENDIT. 154. ignem flatus  
 ALIT. 156. Æquora PERFUDIT. 162. UNDAS. 164. TER-  
 RAS. 168. ILLA. 174. CURSUS. 175. AD OCCASUM.

Nec matutinis fulgeret Lucifer horis,  
 Hesperos emenso dederat qui lumen olympto.  
 Nunc quia non imo tellus dejecta profundo,  
 Sed medio suspensa manet, sunt pervia cuncta; 180  
 Qua cadat, & subeat cælum, rursusque resurgat.  
 Nam neque fortuitos ortus surgentibus astris,  
 Nec toties possum nascentem credere mundum,  
 Solisve assiduos partus & fata diurna:  
 Cum facies eadem signis per sæcula constet; 185  
 Idem Phoebus eat cæli de partibus iisdem;  
 Lunaque per totidem luces mutetur, & orbes;  
 Et natura vias fervet, quas fecerat ipsa,  
 Nec tirocinio peccet; circumque feratur  
 Æterna cum luce dies, qui tempora monstrat 190  
 Nunc his, nunc illis eadem regionibus orbis.  
 Semper & ulterior videntibus ortus ad ortum  
 Occasumve obitus cælum cum sole pererret.

Nec vero tibi natura admiranda videri  
 Pendentis terræ debet. cum pendeat ipse 195  
 Mundus & in nullo ponat vestigia fundo:

*Quod patet ex ipso motu, cursuque volantis:*

Cum suspensus eat Phoebus, currusque reflectat  
 Huc illuc agiles, & fervet in æthere metas:  
 Cum luna & stellæ volitent per inania mundi: 200  
 Terra quoque ærias leges imitata pependit.  
 Est igitur mediam tellus fortita cavernam  
 Aëris, e toto pariter sublata profundo;  
 Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem  
 Undique surgentem pariter, pariterque cadentem.

205

A 4

Hæc

Vulg. v. 178. IMMERSO. 181. CADERET. 190. QUOD—  
 MONSTRANT. 192. ULTERIUS. 193. OCCASUMQUE—  
 CÆLO ET—PERENNET. 198. CURSUMQUE. 202. TELLUS  
 MEDIAM. 203. ET—SUSPENSÆ.

Hæc & naturæ facies. sic mundus & ipse  
 In convexa volans teretes facit esse figuras  
 Stellarum; solisque orbem lunæque rotundum  
 Aspicimus, tumido quærentis corpore lumen,  
 Quod globus obliquos totus non accipit ignes. 210  
 Hæc æterna manet divisque simillima forma,  
 Cui neque principium est usquam nec finis in ipsa;  
 Sed similis toto ore sibi, perque omnia par est.

*Sic stellis glomerata manet mundoque figura.*

Idcirco terris non omnibus omnia signa 215  
 Conspicimus, nusquam invenies fulgere canopum,  
 Donec Niliacas per pontum veneris oras.

Sed quærent helicen, quibus ille supervenit ignis,  
 Quod laterum tractus obstant, medioque tumore  
 Eripiunt terræ cælum, visusque coërcent. 220

Te testem dat, luna, fui glomeraminis orbis:  
 Quæ cum merfa nigris per noctem deficiis umbris,  
 Non omnes pariter confundis fidere gentes,  
 Sed prius eorū quærunt tua lumina terræ.

*Post, medio subjecta polo quæcumque coluntur.* 225

*Ultima ad hesperios infectis volveris alis:*

Seraque in extremis quatiuntur finibus æra.  
 Quod si plana foret tellus; semel orta per omnem  
 Deficeret pariter toti miserabilis orbi.

Sed quia per teretem deducta est terra tumorem, 230

His modo, post illis apparet Delia terris  
 Exoriens simul atque cadens. quia fertur in orbem  
 Ventris, & acclivis pariter declivia jungit,  
 Atque alios superat gyros, aliosque relinquit.

*Exc*

Vulg. v. 206. EST. 212. IPSO. 213. REMANET—PERQUE.  
 219. QUI — HABITANT, MEDIQUE TUMORES. 221.  
 GLOMERABILIS. 224. GENTES. 227. GENTIBUS. 228. SI-  
 MUL ICTA per OMNES. 229. DEFICERET.

*Hec quo colligitur terrarum forma rotunda.* 235

Hanc circum variæ gentes hominum atque ferarum,

Aëriæque colunt volucres. pars ejus ad arctos

Eminet, austrinis pars est habitabilis oris;

Sub pedibusque jacet nostris, supraque videtur

Ipsa sibi; fallente solo declivia longa, 240

Et pariter surgente via, pariterque cadente.

Hanc, ubi ad occasus nostros sol aspicit ortus,

Illic alma dies sopitas excitat urbes,

Et cum luce refert operum vadimonia terris.

*Nas in nocte sumus, somno sic membra locamus.* 245

Pontus utrasque suis disjungit & alligat undis.

Hoc opus, inmensi constructum corpore mundi,

Membraque naturæ diversa condita forma

Aëris atque ignis terræ pelagique jacentis,

Vis animæ divina regit; sacroque meatu 250

Conspirat deus, & tacita ratione gubernat,

Mutuaque in cunctas dispensat foedera partes,

Altera ut alterius vires faciatque, feratque,

Summaque per varias maneat cognata figuras.

Nunc tibi signorum lucentes undique flammæ

255

Ordinibus certis referam. primumque canentur

Quæ medium obliquo præcingunt ordine mundum,

Solemque alternis vicibus per tempora portant;

Atque alia adverso luctantia sidera mundo.

Omnia quæ possis cælo numerare sereno. 260

E quibus & ratio fatorum ducitur omnis:

Ut sit idem primum, mundi quod continet arcem.

Aurato princeps aries in vellere fulgens

Respicit, admirans aversum surgere taurum,

A 5

Sub-

Vulg. v. 242. HINC ubi AB OCCASU. 243. ORTA. 246.

UTROSQUE—DISTINGUIT. 252. ET MULTA. 253. AL-

TER. 257. MEDIA.

Submisso vultu geminos & fronte vocantem. 265  
 Quos sequitur cancer, cancrum leo, virgo leonem.  
 Æquato tum libra die cum tempore noctis  
 Attrahit ardenti fulgentem scorpion astro.  
 In cuius caudam contentum dirigit arcum  
 Mixtus equo, volucrum jam mittens jamque sagittam.  
 Tum venit angusto capricornus sidere frigus. 271  
 Post hunc inflexam defundit aquarius urnam,  
 Piscibus assuetas avide fubeuntibus undas.  
 Quos aries tangit claudentes ultima signa.  
 Hæc igitur texunt æquali sidera tractu 275  
 Ignibus in varias cælum laqueantia formas.  
 Altius his nihil est. hæc sunt fastigia mundi.  
 Publica naturæ domus his contenta tenetur  
 Finibus, amplectens pontum terrasque jacentes.  
 Omnia concordī tractu veniuntque, caduntque, 280

Qua semel incubuit cælum, versumque resurgit.  
 At qua fulgentes cælum consurgit ad arctos,  
 Omnia quæ e summo despectant sidera mundo,  
*Nec norunt ubitus, unoque in vertice, tantum*  
*In diversa sita, cælumque & sidera torquent;* 285  
 Aëra per gelidum tenuis deducitur axis,  
 Libratumque regit diverso cardine mundum:  
 Sidereus circa medium quem volvitur orbis,  
 Æthereosque rotat cursus; immotus ad ille  
 Austrinas arctos magni per inania mundi 290  
 Perque ipsum terræ directus conspicit orbem.  
 Nec vero solidus stat robore corporis axis,  
 Nec grave pondus habet, quod onus ferat æthe-  
 ris alti.

Sed

Vulg. v. 269. CONTENTO ARCU. 270. MISSURUS. 271.  
 FLEXUS. 282. QUI—CÆLO. 283. quæ summo. 287. GERIT.  
 290. IN BINAS. 291. CONSTITIT. 292. E SOLIDO—  
 ROBUR—EIUS.

Sed cum aër omnis semper volvatur in orbem,  
Quoque semel coëpit, totus volet undique in ipsum:

295

Quodcumque in medio est, circa quod cuncta mo-  
ventur,

Usque adeo tenue, ut verti non possit in ipsum,  
*Nec jam inclinari, nec se convertere in orbem,*

Hoc dixere axem, quia motum non habet ullum:

Ipse videt circa volitantia cuncta moveri. 300

Summa tenent ejus miseris notissima nautis

Signa, per inmensum cupidos ducentia pontum:

Majoremque helice major decircinat arcum.

Septem illam stellæ certantes lumine signant:

Qua duce per fluctus Graiæ dant vela carinæ. 305

Angusto cynosura brevis torquetur in orbe,

Quam spatio, tam luce minor: sed iudice vincit

Majorem Tyrio. Poenis hæc certior auctor,

Non apparentem pelago quærentibus oram.

Nec paribus positæ sunt frontibus. utraque caudam

310

Vergit in alterius rostrum, sequiturque sequentem.

Has inter fusus, circumque amplexus utram-

que

Dividit & jungit squamis ardentibus anguis;

Ne coëant, abeantve suis a sedibus umquam.

Hunc inter, mediumque orbem, quo sidera se-

ptem

315

Per bis sena volant contra nitentia signa,

Mixta ex diversis confurgunt viribus astra,

Hinc vicina gelu, cælique hinc proxima flammis:

Quæ, quia dissimilis, qua pugnat, temperat aër,

Frugiferum sub se reddunt mortalibus orbem. 320

Pro-

Vulg. 297. ID. 307. TAM—QUAM. 309. ORBEM. 314.  
ROSTRO. 313. CINGIT STELLIS. 318. POLIS.

Proxima fulgentes arctos, boreamque rigentem  
 Nixa venit species genibus, sibi conscia causæ.  
 A tergo nitet arctophylax; idemque boötes,  
 Quod stimulis junctis instat de more juvencis,  
 Arcturumque rapit medio sub pectore secum. 325  
 At parte ex alia claro volat orbe corona,  
 Luce micans varia: nam stella vincitur una  
 Circulus, in media radiat quæ maxima fronte;  
 Candidaque ardenti distinguit lumina flamma,  
 Gnostia desertæ quondam monumenta puellæ. 330  
 At lyra diductis per cælum cornibus inter  
 Sidera conspicitur, qua quondam ceperat Orpheus  
 Omne quod attigerat cantu, manesque per ipsos  
 Fecit iter, domuitque infernas carmine leges.  
 Hinc cælestis honos, similisque potentia causæ:  
 335

Tunc silvas & saxa trahens, nunc sidera ducit,  
 Et rapit inmensum mundi revolubilis orbem.  
 Serpentem Graiis ophiuchos nomine dictus  
 Dividit, atque etiam toto ingens corpore corpus  
 Explicat, & nodos sinuataque terga per orbem. 340  
 Respicit ille tamen molli cervice reflexus,  
 Et redit, elusis per laxa volumina palmis.  
*Semper erit paribus bellum, quia viribus æquant.*  
 Proxima fors cygni, quem cælo Juppiter ipse  
 Imposuit, formæ pretio, qua cepit amantem. 345  
 Cum deus in niveum descendit versus olorem;  
 Tergaque fidenti subjecit plumea Leda.  
 Nunc quoque diductas volitat stellatus in alas.  
 Hinc imitata nitent cursumque habitumque sagittæ  
 Sidera.

Vulg. v. 321. FRIGENTES. 324. SIMILIS. 328. RADIANS  
 —PROXIMA. 330. ET FULGENT. 335. HUIC. 338. MA-  
 GNIS—SIGNIS. 339. ET TOTO MERGENTEM. 342. EX-  
 PEDIT EFFUSIS. 345. PRETIUM. 347. FIDENTI.



Sidera. tum magni Jovis ales fertur in altum, 350  
 Assueto volitans gestet ceu fulmina mundo;  
 Digna Jove, & cælo quod sacris instruit armis.  
 Tum quoque de ponto surgit delphinus ad astra,  
 Oceani cælique decus, per utrumque sacratu.  
 Quem rapido conatus equus comprehendere cursu

355

Festinat, pectus fulgenti sidere clarus;  
 Et finitur in Andromeda: *quam Perseos armis*  
*Excipit, & sociat sibi. cui succedit iniquo*  
 Divisum spatio, quod tertia linea dispar  
 Conspicitur paribus, delatoton nomine sidus, 360  
 Ex simili dictum. Cepheusque, & Cassiopeia  
 In poenas signata suas: juxtaque relicta  
 Andromede vastos metuat jam pristis hiatus,  
*Expositam ponto desset, scopulisque revinctam,*  
 Ni veterem Perseus cælo quoque servet amorem,

365

Auxilioque juvet, fugiendaque Gorgonis ora  
 Sustineat, spoliūque sibi pestemque videnti.  
 Tum vicina ferens nixō vestigia tauro  
 Heniochus, studio mundumque & nomen adeptus;  
 Quem primum curru volitantem Juppiter alto 370  
 Quadrijugis conspexit equis, cæloque sacravit.  
 Tunc subeunt hoedi claudentes sidere pontum;  
 Nobilis & mundi nutrito rege capella:  
 Cujus ab uberibus magnum ille ascendit olympum  
 Lacte fero crescens ad fulmina vimque tonandi. 375  
 Hanc ergo æternis merito sacravit in astris  
 Juppiter, & cæli cælum mercede rependit.  
*Pleiades hyadesque, feri pars utraque tauri*

In

Vulg. v. 351. MUNDI. 359. QUOI TERTIA LAMPADA.  
 362. RELICTAM. 363. ANDROMEDAM — METUENTEM.  
 PISCIS. 365. NE. 367. TESTEMQUE.

*In boream scandunt. hæc sunt aquilonia signa.*

Aspice nunc , intra solis surgentia cursus, 380  
 Quæ super exustas labuntur sidera terras;  
 Quæque intra gelidum capricorni fidus & axe  
 Imo subnixum vertuntur lumina mundum :  
 Altera pars orbis sub quâ jacet invia nobis,  
 Ignotæque hominum gentes , nec transita regna, 385

Commune ex uno lumen ducentia sole;  
 Diversasque umbras , lævaque cadentia signa,  
 Et dextros ortus cælo spectantia verso.  
 Nec minor est illis mundus, nec lumine peior,  
 Nec numerosa minus nascuntur sidera in orbem. 390

Cætera non cedunt: uno vincuntur in astro  
 Augusto , fidus nostro qui contigit orbi ;  
 Cæsar nunc terris, post cælo maximus auctor.  
 Cernere vicinum geminis licet oriona  
 In magnam cæli pandentem brachia partem, 395  
 Nec minus extento surgentem ad sidera passu:  
 Singula fulgentes humeros cui lumina signant,  
 Et tribus obliquis demissus ducitur ensis.  
 At caput orion excelsa immerfus olympo  
 Per tria subducto signatur lumina vultu : 400  
 Non quod clara minus , sed quod magis alta re-  
 cedant.

Hoc duce per notium decurrunt sidera mundum.  
 Subsequitur rapido contenta canicula cursu ,  
 Qua nullum terris violentius advenit astrum.  
 Nec gravius cedit : nec horrens frigore surgit. 405  
*Sic in utrumque movet mundum , & contraria reddit.*  
 Nec

Vulg. v. 380. INFRA. 383. SIDERA. 384. AQUIS. 390.  
 ORBE. 392. QUOD. 395. TENDENTEM. 399. IMMENSUS.  
 400. SUBDUCTOS—VULTUS. 402. TOTUM.

*Nec vacuum solis fulgentem deferit orbem.*

Hanc qui surgentem, primo quum redditur ortu,  
Montis ab excelso speculantur vertice Tauri,  
Proventus frugum varios, & tempora discunt; 410  
Quæque valetudo veniat, concordia quanta.

Bella facit, pacemque refert, varieque revertens  
Sic movet, ut vidit, mundum, vultuque gubernat.  
Magna fides hoc posse, color cursusque micantis  
In radios: vix sole minor; nisi quod procul hæ-  
rens 415

Frigida cæruleo contorquet lumina vultu.

Cætera vincuntur specie, nec clarius astrum  
Tinguitur oceano, cælumve revisit ab undis.  
Tunc procyon, veloxque lepus; tum nobilis argo,  
In cælum subducta mari quod prima cucurrit, 420  
Emerita, & magnis tandem defuncta periclis:  
Servando dea facta deos; cui proximus anguis  
Squamea dispositis imitatur tergora flammis;  
Et Phoebo facer ales; & una gratus Iaccho  
Crater; & duplici centaurus imagine fulget, 425  
Pars juvenis, tergo pectus commissus equino.  
Ipsius hinc mundi templum est, victrixque solutis  
Ara nitet sacris, vastos cum terra gigantas  
In cælum furibunda tulit; cum di quoque magnos  
Quæsilvere deos. dubitavit Juppiter ipse, 430  
Quod poterat non posse timens; cum surgere ter-  
ram

Cerneret, & verti naturam crederet omnem;  
Montibus atque aliis aggestos crescere montes,  
Et jam vicinas fugientia sidera moles:

*Arma importantes & rupta matre creatos 435*  
*Discor-*

Vulg. v. 410. EVENTUS — DICUNT. 421. EMERITUM ma-  
gnis MUNDUM TENET ACTA PROCELLIS. 423. LUMINA.  
426. HOMINIS. 429. TUM. 434. TAM VICINOS — COLLES.

*Discordes vultu, permixtaque corpora, partus.*  
 Nec dum hostile sibi quicquam, nec numina norat  
 Siqua forent majora suis. tunc Juppiter aræ  
 Sidera constituit, quæ nunc quoque maxima fulget.  
 Quam propter cetus convolvens squamea terga 440  
 Orbibus infurgit tortis, & fluctuat alvo:

*Intentans morsum, similis jam jamque tenenti,*  
 Qualis ad expositæ fatum Cepheïdos olim  
 Expulit adveniens ultra sua litora pontum.  
 Tum notius piscis venti de nomine dictus 445  
 Exsurgit de parte noti; qua fusa feruntur  
 Flexa per ingentes stellarum flumina gyros.  
 Ulterius capiti conjungit aquarius undas  
 Amnis; & in medium coeunt, & sidera miscent.

His inter solisque vias, arctosque latentes 450  
 Axem quæ mundi stridentem pondere torquent,  
 Orbe peregrino cælum depingitur astris;  
 Quæ notia antiqui dixerunt sidera vates.

Ultima, quæ mundo semper volvuntur in imo,  
 Quis innixa manent cæli fulgentia templa, 455  
 Nusquam in conspectum redeuntia cardine verso,  
 Sublimis speciem mundi, similesque figuras  
 Astrorum referunt, & versas frontibus arctos.

*Uno distingui medias, claudique dracone*  
*Credimus exemplo: quia vis fulgentia visus* 460  
*Hunc orbem cæli vertentis sidera cursu*

*Cardine tam simili fultum, quam vertice fingit.*  
 Hæc igitur magno divisas æthere sedes  
 Signa tenent, totum mundi diducta per orbem.  
 Tu modo corporeis similes ne quære figuras; 465  
 Omnia

Vulg. v. 437. HOSTIFERUM—QUEMQUAM—NORANT. 439.  
 FULGENT. 443. UNDIS. 446. CUI JUNCTA. 448. ALTE-  
 RIUS CAPITIS. 455. INNEXA—SIGNA. 463. HAS. 464.  
 DEDUCTA.

Omnia ut æquali fulgentia membra colore  
 Deficiat nihil, aut vacuum quid lumine cesset.  
 Non poterit mundus sufferre incendia tanta,  
 Omnia si plenis ardebunt sidera membris.  
 Quicquid subduxit, sibimet natura pepercit, 470  
 Succubitura oneri; formas distinguere tantum  
 Contenta, & filis ostendere sidera certis.  
 Linea designat species, atque ignibus ignes  
 Respondent; media extremis, atque ultima summis  
 Redduntur: satis est, si se non omnia celant. 475  
 Præcipue, medio cum luna implebitur orbe,  
 Certa nitent mundo: cum luna conditur omne  
 Stellarum vulgus: fugiunt sine nomine turba.  
 Pura licet vacuo tum cernere sidera cælo:  
 Nec fallunt numero, parvis nec mixta feruntur.

480

Et, quo clara magis possis cognoscere signa,  
 Non varios obitus norunt, variosve recursus:  
 Certa sed in proprias oriuntur singula luces,  
 Natalesque suos occasumque ordine servant.  
 Nec quicquam in tanta magis est mirabile mole,

485

Quam ratio, & certis quod legibus omnia parent.  
 Nusquam turba nocet, nihil ullis partibus errat,  
 Laxius aut brevius mutatoque ordine fertur.  
 Quid tam confusum specie, quid tam vice certum est?  
 Ac mihi tam præsens ratio non ulla videtur, 490  
 Qua pateat mundum divino numine verti,  
 Atque ipsum esse deum: nec forte coisse magistra;  
 Ut voluit credi, qui primus moenia mundi

B

Semi-

Vulg. v. 466. OMNIAQUE. 467. UT VACUUMQUE A. 470.  
 FLAMMIS. 472. STELLIS. 473. IGNEA. 478. SIGNA. 479.  
 PLURA—CEDERE. 482. VARIOSQUE. 483. SIDERA. 488.  
 ET LEVIUS.

Seminibus struxit minimis, inque illa resolvit :  
 E quis & maria & terras & sidera cæli, 495  
 Ætheraque immensis fabricantem finibus orbes  
 Solventemque alios constare ; & cuncta reverti  
 In sua principia, & rerum mutare figuras.  
*Quis credat tantas operum sine numine moles*  
*Ex minimis, cæcoque creatum sedere mundum?* 500  
 Si fors ista dedit nobis, fors ipsa gubernet.  
 At cur dispositis vicibus consurgere signa,  
 Et velut imperio præscriptos reddere cursus,  
 Cernimus; ac nullis properantibus ulla relinqui?  
 Cur eadem æstivas exornant sidera noctes 505  
 Semper, & hibernas eadem? certamque figuram  
 Quisque dies reddit mundo, certamque relinquit?  
 Jam tum, cum Graiæ verterunt Pergama gentes,  
 Arctos & orion adversis frontibus ibant:  
 Hæc contenta suos in vertice flectere gyros; 510  
 Ille ex diverso vertentem surgere contra  
 Obvius, & notio semper decurrere mundo.  
 Temporaque obscuræ noctis deprendere signis  
 Jam poterant: cælumque suas distinxerat horas.  
 Quot post excidium Trojæ sunt eruta regna? 515  
 Quot capti populi? quoties fortuna per orbem  
 Servitium imperiumque tulit, varieque revertit?  
 Trojanos cineres in quantum oblita refovit  
 Imperium? fatis Asiæ jam Græcia pressa est.  
 Sæcula dinumerare piget, quotiesque recurrens 520  
 Lustrarit mundum vario sol igneus orbe.  
 Omnia mortali mutantur lege creata.  
 Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis.  
*Excute variant faciem per sæcula gentes.*  
 At manet incolumis mundus, suaque omnia ser-  
 vat; 525  
 Quæ

Vulg. v. 496. IMMENSOS, 501. GUBERNAT. 512. TOTO.

Quæ nec longa dies auget, minuitve senectus;  
*Nec motus puncto currit, cursusque fatigat.*  
 Idem semper erit, quoniam semper fuit idem.  
 Non alium videre patres, aliumve nepotes  
 Aspicient. deus est, qui non mutatur in ævo. §30  
 Numquam transversas solem decurrere ad arctos;  
 Nec mutare vias, & in ortum vertere cursus,  
 Auroramque novis nascentem ostendere terris;  
 Nec lunam certos excedere luminis orbes,  
 Sed servare modum, quo crescat, quove recedat;

§35

Nec cadere in terram pendentia sidera cælo,  
 Sed dimensa suis consumere tempora signis;  
 Non casus opus est, magni sed numinis ordo.

Ipse autem quantum convexo mundus olympo  
 Obtineat spatium, quantis bis sena ferantur §40  
 Finibus astra, docet ratio; cui nulla resistunt  
 Claustra, nec inmensæ moles, cæcive recessus;  
 Omnia succumbunt, ipsum est penetrabile cælum.  
 Nam quantum a terris atque æquore signa recedunt,  
 Tantum bina patent. quacumque inciditur orbis §45  
 Per medium, pars efficitur tum tertia gyri,  
 Exiguo dirimens solidam discrimine summam.  
 Summum igitur cælum bis bina refugit ab imo  
 Astra, e bis senis ut sit pars tertia signis.  
 Sed quia per medium est tellus suspensa profun-  
 dum, §50

Binis a summo signis discedit & imo.  
 Hinc igitur quacumque supra te suspicis ipse,  
 Qua per inane meant oculi, quaque ire recusant,  
 Binis æquandum est signis: sex tanta rotundæ

B 2

Effi-

Vulg. v. §42. CEDUNTQUE. §45. QUANTUMQUE. §48.  
 RESURGIT. §49. ALTERA bis. §52. HOC igitur QUOD-  
 CUMQUE.

Efficiunt orbem zonæ ; qua signa feruntur 555  
 Bis sex , æquali spatio texentia cælum.

Nec mirere vagos partus eadem esse per astra,  
 Et mixtum ingenti generis discrimine fatum ;  
 Singula cum tantum teneant tantoque ferantur  
 Tempore , vix toto surgentia sidera mense. 560

Restat ut æthereos fines tibi reddere coner,  
 Filaque dispositis vicibus comitantia cælum ,  
 Per quæ dirigitur signorum flammeus ordo.  
 Circulus ad boream fulgentem sustinet arcton,  
 Sexque fugit solidas a cæli vertice partes. 565

Alter , ad extremi decurrens sidera cancri,  
 In quo consummat Phœbus lucemque moramque,  
 Tardaque per longos circumfert lumina flexus,  
 Æstivi medio nomen sibi sumit ab æstu ;

Temporis & titulo potitur : metamque volantis 570  
 Solis & extremos designat fervidus axes ;  
 Et quinque in partes aquilonis distat ab orbe.

Tertius , in media mundi regione locatus,  
 Ingenti spirâ totum præcingit olympum ;  
 Parte ab utraque videns axem : quo culmine Phœ-  
 bus 575

Componit paribus numeris noctemque diemque,  
 Veris & autumnî currens per tempora mixta.

Hic medium æquali distinguit limite cælum :

Quattuor & gradibus sua fila reducit ab æstu.

Proximus hunc ultra , brumalis nomine gaudens,  
 580

Ultima designat fugientis limina solis ;

Invida cum obliqua radiorum munera flamma

Dat

Vulg. v. 560. SEX TOTA—LUCE. 569. ÆSTIVUM. 570. METAQUE. 571. ACTUS. 575. LIMINE. 578. CUM. 580. TANGENS.



Dat per iter minimum nobis : sed finibus illis,  
 Quos super incubuit , longa stant tempora luce ;  
 Vixque dies transiit candentem extenta per æstum.

585

Bisque jacet binis summotus partibus orbis.

Unus ab his superest extremo proximus axi  
 Circulus , austrinas qui stringit & obsidet arctos.

Hic quoque brumalem per partes quinque relinquit.

Et quantum a nostro sublimis cardine gyros 590

Distat , ab adverso tantundem proximus illi.

Sic per tricenae vertex a vertice partes

Divisus , duplici summa circumdat olympum ;

Et per quinque notat signantes tempora fines.

His eadem est via , quæ mundo ; pariterque rotantur

Inclines , sociosque ortus occasibus æquant : 596

Quandoquidem secti , qua totus volvitur orbis,

Fila trahunt alti cursum comitantia cæli ;

Intervalla pari servantes limite semper ,

Divisosque semel fines , fortemque dicatam. 600

Sunt duo , quos recipit ductos a vertice vertex,

Inter se adversi , qui cunctos ante relatos,

Seque secant , gemino coeuntes cardine mundi ;

Transversoque polo rectum ducuntur in axem :

Tempora signantes anni , cælumque per astra 605

Quattuor in partes divisum mensibus æquis.

Alter ab excelso decurrens limes olympo

Serpentis caudam siccis & dividit arctos,

Et juga chelarum medio volitantia gyro :

Extremamque secans hydram mediumque sub ar-

mis 610

Centaurum , adverso confurgit rursus ab axe,

B 3

Et

Vulg. v. 582. INVIDAQUE. 592. TIBI PER BINAS. 597.  
 TEXTO QUO. 610. AUSTRIS. 611. ADVERSUM CONCUR-  
 RIT rursus IN AXEM.

Et redit in cælum ; squamosaque tergora ceti,  
 Lanigerique notat fines , clarumque trigonum,  
 Andromedæque sinus imos , vestigia matris,  
 Principiumque suum repetito cardine claudit. 615

Alter in hunc medium summumque incumbit in  
 axem ;

Perque pedes primos cervicem transit & ursæ,  
 Quam septem stellæ primam , jam sole remoto,  
 Producent , nigræ præbentem lumina nocti :  
 Et geminis cancrum dirimit , stringitque flagran-  
 tem 620

Ore canem , clavumque ratis, quæ vicerat æquor.  
 Inde axem occultum per gyri signa prioris  
 Transversa ; atque illo rursus de limite tangit  
 Te, capricorne, tuisque aquilam designat ab astris;  
 Perque lyram inversam currens spirasque draconis,  
 625

Posteriora pedum cynosuræ præterit astra ;  
 Transversamque secat vicino cardine caudam.  
 Hic iterum coit ipse sibi , memor unde profectus.  
 Atque hæc æterna fixerunt tempora sede,  
 Immotis per signa locis statione perenni. 630

Hos volucres fecere duos. namque alter ab ipsa  
 Confurgens helice medium præcidit olympum,  
 Discernitque diem , sextamque examinat horam,  
 Et paribus spatiis occasus cernit & ortus.

Hic mutat per signa vices : nam seu quis eos, 635  
 Seu petit hesperios , supra se circumat orbem  
 Verticibus superastantem , mediumque secantem  
 Cælum , & diviso signantem culmine mundum :  
 Cumque loco terræ cælumque & tempora mutat.

Quan-

Vulg. v. 612. CETUM. 614. FASTIGIA. 626. PROTERIT.  
 629. ÆTERNAM — SEDEM. 630. MODIS. 635. MUTANS  
 —SEU SI. 639. AC.

Quando aliis aliud medium est. volat hora per orbem : 640

Atque ubi se primis extollit Phoebus ab undis,  
 Illis sexta manet, quos tum premit aureus orbis.  
 Rursus ad hesperios sexta est, ubi cedit in umbras:  
 Nos primam ac summam sextam numeramus utramque,

Et gelidum extremo lumen sentimus ab igne. 645

Alterius fines si vis cognoscere gyri,  
 Circumfer faciles oculos, vultumque per orbem.

Quicquid erit cælique imum terræque supremum,  
 Qua coit ipse sibi nullo discrimine mundus,  
 Redditque aut recipit fulgentia sidera ponto, 650  
 Præcingit tenui transversum limite mundum.

Hæc quoque per totum volitabit linea cælum.

*Nunc tantum ad medium vergens, mediumque repente  
 Orbem, nunc septem ad stellas, nunc mota sub astra.*

Nam quacumque vagæ tulerint vestigia plantæ 655  
 Has modo terrarum nunc has gradientis in oras,  
 Semper erit novus & terris mutabitur arcus :  
 (Quippe aliud cælum ostendens aliudque relin-

quens,  
 Dimidium tegit & profert) varioque notabit  
 Fine, & cum visu pariter sua fila movente. 660

*Hic terrestris erit, quia terram amplexitur, orbis,  
 Et mundum plano præcingit limite gyros,*

*Atque a fine trabens titulum, memoratur horizon.*

His adice obliquos adversaque fila trahentes  
 Inter se gyros : quorum fulgentia signa 665  
 Alter habet per quæ Phoebus moderatur habenas :  
 Subsequiturque suo solem vaga Delia curru :  
 Et quinque adverso luctantia sidera mundo

B 4

Exer-

Vulg. v. 655. SED QUOCUMQUE. 659. TEGET & RE-  
 FERET. 660. FINI cum—MOVENTEM. 664. DIVERSAQUE.

Exercent varias naturæ lege choreas.

Hunc tenet a summo cancer, capricornus ab imo :

670

Bis recipit, lucem qui circulus æquat & umbras,  
Lanigeri & libræ signo sua fila secantem.

Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis,

Rectaque devexo fallit vestigia clivo.

Nec visus aciemque fugit, tantumque notari 675

Mente potest, sicut cernuntur mente priores :

Sed nitet ingenti stellatus balteus orbe,

Insignemque facit cælato lumine mundum,

Et ter vicens partes patet atque trecentas

In longum : bis sex latefcit fascia partes, 680

Quæ cohibet vario labentia fidera cursu.

Alter in adversum positus succedit ad arctos,

Et paulum a boreæ gyro sua fila reducit,

Transitque inversæ per fidera Cassiepæ.

Inde per obliquum descendens, tangit olorem ; 685

Æstivosque secat fines aquilamque lupinam,

Temporaque æquantem gyrum, zonamque feren-  
tem

Solis equos, inter caudam, qua scorpius ardet,

Extremamque sagittari lævam, atque sagittam.

Inde suos sinuat flexus per crura pedesque 690

Centauri alterius : rursusque ascendere cælum

Incipit ; argivamque ratem per aplustria summa,

Et medium mundi gyrum, geminosque per ima

Signa secans subit heniochum ; teque unde profe-  
ctus,

Cassiepia, petens super ipsum Persea transit ; 695

Orbemque ex illa coëptum concludit in ipsa :

Tresque secat medios gyros, & signa ferentem

Parti-

Vulg. v. 682. POSITAS. 688. INTRA. 694. INDE. 696.  
ILLA.

Partibus e binis, quotiens præceditur ipse.  
 Nec quærendus erit. visus incurrit in ipsos  
 Sponte sua, seque ipse docet cogitque notari. 700  
 Namque in cæruleo candens nitet orbita mundo,  
 Ceu missura diem subito, cælumque recludens.  
 Ac veluti virides discernit semita campos,  
 Quam terit assiduo renovans iter orbita tractu;  
*Inter divisas æquabilis est via partes:* 705  
 Ut freta canescunt fulcum ducente carina,  
 Accipiuntque viam fluctus spumantibus undis,  
 Qua tortus verso movit se gurgite vertex:  
 Candidus in nigro lucet sic trames olympos,  
 Cæruleum pingens ingenti lumine mundum. 710  
 Utque suos arcus per nubila circinat Iris,  
 Sic super incumbit signato culmine limes  
 Candidus, & resupina facit mortalibus ora;  
 Dum nova per cæcam mirantur lumina noctem,  
 Inquiruntque sacras humano pectore causas. 715  
 Num se diductis conetur solvere moles  
 Segminibus, raraque labent compagine rimæ,  
 Admittantque novum laxato tegmine lumen.  
 Quid sibi non timeant? magni cum vulnera cæli  
 Conspiciant, feriatque oculos injuria mundi. 720  
 An coëat potius, duplicisque extrema cavernæ  
 Conveniant, cælique oras & segmina jungant;  
 Perque ipsos fiat nexus manifesta cicatrix,  
 Fusuram faciens: mundi stipatus & orbis,  
 Aëriam in nebulam crassa compagine versus, 725  
 In cuneos alti cogat fundamina cæli.  
 An melius manet illa fides, per sæcula prisca  
 Illac solis equos diversis curribus isse,

B 5

Atque

Vulg. v. 708. QUAM—DE. 709. LIMES. 710. FINDENS.  
 714. VIBRANTUR. 719. QUASI. 721. MUNDUS. 722. SI-  
 DERA. 724. FISSURAM. 725. CLARA. 728. CURRIBUS.

Atque aliam trivisse viam : longumque per ævum  
Exustas fedes , incoctaque sidera flammis 730

Æruleam verso speciem mutasse colore ;  
Infusumque loco cinerem , mundumque sepultum.

Fama etiam antiquis ad nos descendit ab annis,  
Phaethontem patrio curru per signa volantem,  
(Dum nova rimatur propius spectacula mundi, 735

Et puer in cælo ludit , curruque superbus  
Luxuriat nitido , cupit & majora parente )  
Monstratas liquisse vias , aliamque recentem  
Imposuisse polo : nec signa iusuenta tulisse  
Errantes meta flammæ , currumque solutum. 740

*Deflexum solito cursu , curvisque quadrigis.*

Quid querimur flammæ totum sævisse per orbem?  
Terrarumque rogi cunctas arsisse per urbes?  
Cum vaga dispersi fluitarunt fragmina currus ,  
Et cælum exustum est. luit ipse incendia mundus,

745

Et vicina novis flagrarunt sidera flammis,  
Nunc quoque præteriti faciem referentia casus.

Nec mihi celandæ est fama vulgata vetusta  
Fabula , de niveo lactis fluxisse liquorem  
Pectore reginæ divum , cælumque colore 750

Infecisse suo. quapropter lacteus orbis  
Dicitur , & nomen causa descendit ab ipsa.

Anne magis densa stellarum turba corona  
Contextit flammæ , & crasso lumine candet ,  
Et fulgore nitet collato clarior orbis ? 755

An fortes animæ dignataque numina cælo ,  
Corporibus resoluta suis , terraque remissa,

Huc

Vulg. v. 735. MIRATUR. 737. MUNDO. 738. ORBEMQUE  
RIGENTEM. 740. NUTU. 742. QUOD — SEVISSE. 744.  
LUMINA. 746. NOVA VICINIS. 747. SERVANTIA. 748.  
FAMÆ—VETUSTAS. 749. MOLLIORE. 753. AN MAIOR.  
756. NOMINA. 757. TERRÆQUE.

Huc migrant ex orbe ; suumque habitantia cælum  
 Æthereos vivunt annos , mundoque fruuntur ?  
 Atque hic Æacidas , hic & veneramur Atridas , 760  
 Tydidenque ferum ; terræque marisque triumphis  
 Naturæ victorem Ithacum ; Pylumque senecta  
 Insignem triplici ; Danaumque ad Pergama reges :  
 Assaracum atque Ilium , totamque sub Hectore Tro-  
 jam :

Auroræque nigrum partum , stirpemque Tonantis 765  
 Rectorem Lyciæ . nec te , Mavortia virgo ,  
 Præteream ; regesque alios , quos Græcia misit  
 Atque Asiæ gentes & Magno maxima Pella.  
 Quique animi vires , & strictæ pondera mentis  
 Prudentes habuere viri ; quibus omnis in ipsis 770  
 Census erat : justusque Solon , fortisque Lycurgus ,  
 Æthereusque Platon , & qui fabricaverat illum ,  
 Damnatusque suas melius damnavit Athenas :  
 Perfidos & victor , strarat quæ classibus æquor :  
 Romanique viri , quorum jam maxima turba est : 775  
 Tarquinioque minus reges ; & Horatia proles ,  
 Tota acies partus : necnon & Scævola trunco  
 Nobilior , majorque viris & Clœlia virgo ;  
 Et Romana ferens quæ textit moenia Cocles :  
 Et commilitio volucris Corvinus adeptus 780  
 Et spolia & nomen , qui gestat in alite Phœbum :  
 Et Jove qui meruit cælum , Romanique Camillus  
 Servando posuit ; Brutusque a rege receptæ  
 Conditor ; & Pyrrhi per bella Papirius ultor :  
 Fabricius , Curiique pares : & tertia palma 785  
 Marcellus ; Cossusque prior de rege necato :  
 Certantes Decii votis , similesque triumphis :

Invi-

Vulg. v. 764. CASTRA DUCUM ET CÆLI VICTAMQUE.  
 769. STRICTAS PONDERE MENTES. 774. QUI. 777. PARTIS.  
 785. CURIUSQUE. 787. CERTANTESQUE DECL

Invictusque mora Fabius: victorque nefandi  
 Livius Hasdrubalis, socio per bella Nerone:  
 Scipiadæque duo, fatum Carthaginis unum: 790  
 Pompeiusque orbis domitor, per tresque triumphos  
 Ante diem princeps: & censu Tullius oris  
 Emeritus falces: & Claudii magna propago,  
 Æmilizque domus proceres, clarique Metelli:  
 Et Cato fortunæ victor; matrisque sub ulnis 795  
 Miles Agrippa suæ: Venerisque ab origine proles  
 Julia descendit cælo, cælumque replevit;  
 Quod regit Augustus socio per signa Tonante;  
 Cernit & in coetu divum magnumque Quirinum,  
 Altius ætherei quam candet circulus orbis. 800  
 Illa deis sedes: hæc illis proxima divum  
 Qui virtute sua similes vestigia tangunt.  
*Sunt alia adverso pignantia sidera mundo,  
 Qua cælum terramque inter volitantia pendent,  
 Saturni, jovis ☿ martis, solisque: sub illis 805  
 Mercurius venerem inter agit lunamque locatus.*  
 Nunc, prius incipiam stellis quam reddere vires,  
 Signorumque canam fatalia carmine jura;  
 Implenda est mundi facies, censusque per omne.  
*Quicquid ubique nitet, vigeat quandoque, notandum est.*  
 Sunt etenim raris orti natalibus ignes 811  
 Aëra per liquidum: natosque perire cometas  
 Protenus, & raptim subitas candescere flammæ,  
 Rara per ingentes viderunt sæcula motus.  
 Sive quod, ingenitum terra spirante vaporem, 815  
 Humidior sicca superatur spiritus aura;  
 Nubila cum longo cessant depulsa sereno,  
 Et

Vulg. v. 788. NECATI. 790. DUCES. 792. DEUM. 793.  
 CÆLUM. 795. ARMIS. 800. QUA. 801. DEUM. 807. AC. 809.  
 CORPUSQUE. 811. ETIAM RARÆ SORTIS NATALIS EUN-  
 TES. 812. TRACTOSQUE.



Et folis radiis arefcit torridus aër,  
 Apta alimenta fibi dimiffus corripit ignis;  
 Materiamque fui deprendit flamma capacem. 820  
 Et quia non solidum eft corpus, fed rara vagantur  
 Principia aurarum, volucrique fimillima fumo,  
 In breve vivit opus; citraque incendia limen  
 Subfiftunt; pariterque cadunt furguntque cometæ.  
 Quod nifi vicinos agerent occafibus ortus, 825  
 Et tam parva forent accenfis tempora flammis;  
 Alter nocte dies effet, cælumque rediret  
 Immerfum, & fomno totum deprenderet orbem.  
 Tum quia non una specie difpergitur omnis  
 Aridior terræ vapor, & comprehenditur igni; 830  
 Diverfas quoque per facies accenfa feruntur  
 Lumina, quæ fubitis exiftunt nata tenebris.  
 Nam modo, ceu longi fluitent de vertice crines,  
 Flamma comas imitata volat; tenuesque capillos  
 Diffufus radiis ardentibus explicat ignis. 835  
 Nunc prior hæc species difperfis crinibus exit,  
 Et glomus ardentis fequitur fub imagine barbæ.  
 Interdum æquali laterum compagine ductus,  
 Quadratamve trabem fingit, teretemve columnam.  
 Quinetiam tumidis exæquat dolia flammis, 840  
 Procere diftenta uteros; parvasque capellas  
 Mentitur, parvos ignis glomeratus in orbes  
 Hirta figurantes tremulo fub lumine menta:  
 Lampadas & fiffas ramosos fundit in ignes.  
 Præcipitant ftellæ, paffimque volare videntur; 845  
 Cum vaga per nitidum fcintillant lumina mundum:  
 Et

Vulg. v. 820. RAPACEM. 823. COEPTOQUE—FINE. 824.  
 FULGENTE COMETA. 830. TERREQUE vapor. 834. TE-  
 NUISQUE CAPILLUS. 835. DIFFUSOS—IGNES. 837. GLO-  
 BUS. 841. PROCERO—UTERO PARVOSQUE CAPILLOS.  
 843. FIGURATUR—MESSIS. 844. LAMPADIAS FISSUS. 845.  
 PRÆCIPITES. 846. LIQUIDUM.

Et tenuem longis jaculantur tractibus ignem,  
 Excurruntque procul volucres imitata sagittas ;  
 Arida cum gracili tenuatur femita filo.  
 Sunt autem cunctis permixti partibus ignes : 850  
 Qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubes ;  
 Et penetrant terras , Ætnamque minantur olympo ;  
 Et calidas reddunt ipsis in fontibus undas ;  
 Ac filice in dura , viridique in cortice sedem  
 Inveniunt , cum silva sibi collisa crematur : 855  
 Ignibus usque adeo natura est omnis abundans.  
 Ne mirere faces subitas erumpere cælo ;  
 Aëraque accensum flammis lucere coruscis,  
 Arida complexum spirantis femina terræ,  
 Quæ volucer pascens ignis sequiturque , fugitque ;  
 860

Fulgura cum videas tremulum vibrantia lumen  
 Imbribus e mediis ; & cælum fulmine ruptum.  
 Sive igitur raro præbentes femina terræ  
 In volucres ignes , possunt generare cometas :  
 Sive illas natura faces ut cuncta creavit 865  
 Sidera , perpetuis cælo lucentia flammis :  
 Sed trahit ad semet rapido Titanius æstu ,  
 Involvitque suo flammantes igne cometas ;  
 Ac modo dimittit : sicut Cyllenius orbis ,  
 Et venus , accenso cum ducit vespere noctem , 870  
 Sæpe latent , falluntque oculos , rursusque re-  
 sunt :

Seu deus , instantis fati miseratus , in orbem  
 Signa per affectus cælique incendia mittit.  
 Numquam futilibus excanduit ignibus æther :

Squa-

. Vulg. v. 847. TENUES—CRINIBUS IGNES. 848. EXUR-  
 GUNTQUE. 852. IMITANTUR. 862. Imbribus IN. 863. RA-  
 TIO PRÆBENTIS. 864. INVOLVENS—POTUIT. 865. SUB-  
 JUNCTA. 866. PER TENUES—FLAMMAS. 867. SEU. 871.  
 NITENT—RURSUSQUE.

Squalidaque elusi deplorant arva coloni, 875  
 Et steriles inter fulcos defessus arator  
 Ad juga mœrentes cogit frustrata juvencos.  
 Aut gravibus morbis, & lenta corpora tabe  
 Corripit exustis letalis flamma medullis,  
 Labentesque rapit populos; totasque per urbes 880  
 Publica succensis peraguntur iusta sepulchris.  
 Qualis Erechtheos pestis populata colonos  
 Extulit antiquas per funera pacis Athenas,  
 Alter in alterius labens cum colla ruebant.  
 Nec locus artis erat medicæ, nec vota valebant, 885

Cesserat officium morbis; & funera deerant  
 Mortibus, & lacrimæ. lassus defecerat ignis,  
*Et coacervatis ardebant corpora membris:*  
 Ac tanto quondam populo vix contigit heres.  
 Talia significant gaudentes clade cometæ: 890  
 Funera cum facibus veniunt, terrisque minantur  
 Ardentes sine fine rogos, cum mundus & ipsa  
 Ægrotet natura novum sortita sepulchrum.  
 Quin & bella canunt ignes, subitosque tumultus,  
 Et clandestinis surgentia fraudibus arma: 895  
 Externas modo per gentes; ut foedere rupto  
 Cum fera ductorem rapuit Germania Varum,  
 Infecitque trium legionum sanguine campos;  
 Arserunt toto passim volitantia mundo  
 Lumina, & ipsa tulit bellum natura per ignes, 900  
 Opposuitque suas vires, finemque minata est.  
 Nec mirere graves rerumque hominumque ruinas:  
 Sæpe domi culpa est. nescimus credere cælo.  
 Civiles etiam motus, cognataque bella

Signi-

Vulg. v. 880. TABENTESQUE. 881. FATA. 884. FATA.  
 887. FESSUS. 890. LUCENTES SÆPE. 896. EXTREMAS.  
 899. MINITANTIA.

Significant. nec plura alias incendia mundus 905  
 Sustinuit, quam cum ducibus jurata cruentis  
 Arma Philippeos implerunt agmine campos.  
 Vixque etiam sicca miles Romanus arena  
 Ossa virum, lacerosque (nefas) superastitit artus.  
 Imperiumque suis confligit viribus ipsum, 910  
 Perque patris pater Augustus vestigia vicit.  
 Necdum finis erat: restabant Actia bella  
 Dotali commissa acie, repetitaque rerum  
 Alea, & in ponto quæsitus rector olympi:  
 Feminæum sortita jugum cum Roma pependit, 915  
 Atque ipsa Isiaco certarunt fulmina fistro.  
 Restabant profugo servilia milite bella;  
 Cum patrios armis imitatus filius hostes,  
 Æquora Pompeius cepit defensa parenti.  
 Sed satis hoc fatis fuerit. jam bella quiescant: 920  
 Atque adamanteis discordia vincta catenis  
 Æternos habeat frenos in carcere clausa.  
 Sit pater invictus patriæ; sit Roma sub illo:  
 Cumque deum cælo dederit, non quærat in orbe.

Vulg. v. 908. VIX etiam. 909. PRIUS. 915. POMPA.



M. MA-

# M. MANILII ASTRONOMICON<sup>A</sup> LIBER SECUNDUS.

**M**aximus Iliacæ gentis certamina vates,  
Et quinquaginta regum regemque patrem-  
que;  
*Hecloreamque facem, tutamque sub Hecloze*  
*Trojam,*

Erroremque ducis totidem, quot vicerat, annis  
Jactati pelago, geminataque Pergama ponto; 5  
Ultimaque in patria captisque penatibus arma,  
Ore sacro cecinit: patriam cui Græcia, septem  
Dum dabat, eripuit: cujusque ex ore profusus  
Omnis posteritas latices in carmina duxit,  
Amnemque in tenues ausa est diducere rivos, 10  
Unius fecunda bonis. sed proximus illi  
Hesiodus memorat divos divumque parentes,  
Et chaos enixum terras, orbemque sub illo  
Infantem, & primos titubantia fidera partus:  
Titanaeque senes, Jovis & cunabula magni; 15  
Et sub fratre viri nomen, sine fratre parentis,  
Atque iterum patrio nascentem corpore Bacchum,  
Omniaque inuenso volitantia numina mundo.  
Quinetiam ruris cultus legesque novandi,  
Militemque soli; quod colles Bacchus amaret, 20  
Quod fecunda Ceres campos, quod Pallas utrum-  
que;  
C Atque

Vulg. v. 5. INSTANTEM BELLII geminata PER AGMINA:  
7. QUI ET JURA PETENTI. 10. DEDUCERE. 14. PRI-  
MUM — CORPUS. 19. ROGAVIT. 21. BACCHUS.

Atque arbuſta vagis eſſent quod adultera pomis ;  
*Silvarumque deos , ſacrataque numina nymphas ,*  
 Pacis opus , magnos naturæ condit in uſus.  
 Aſtrorum quidam varias dixere figuras , 25  
 Signaque diſfuſo paſſim labentia cælo  
 In proprium cuiuſque genus cauſasque tulere :  
 Perſea & Andromeden pœna , matremque dolen-  
 tem ,  
 Solantemque patrem ; raptuque Lycaone natam ,  
 Officioque Jovis cynoſuram , lacte capellam , 30  
 Et furto cycnum , pietate ad ſidera ductam  
 Erigonen , ictuque nepam , ſpolioque leonem ,  
 Et morſu cancrum , piſces Cythereide verſa ,  
 Lanigerum victo ducentem ſidera ponto.  
 Ceteraque ex variis pendentia caſibus aſtra 35  
 Æthera per ſummum voluerunt fixa revolvi.  
 Quorum carminibus nihil eſt niſi fabula cælum ,  
 Terraque compoſuit cælum , quæ pendet ab illo.  
 Quinetiam ritus paſtorum , & Pana ſonantem  
 In calamos , Sicala memorat tellure creatus : 40  
 Nec ſilvis ſilveſtre canit , perque horrida motus  
 Rura ſerit dulces , muſamque inducit in antra.  
 Ecce alius piſtas volucres , ac ſæcla ferarum ,  
 Ille venenatos angues , hic gramina & herbas  
 Fata refert vitæve ſua radice ferentes. 45  
 Quinetiam tenebris immerſum Tartaron atris  
 In lucem de nocte vocant ; orbemque revolvunt  
 Interius verſum , naturæ foedere rupto.  
 Omne genus rerum doctæ cecinere ſorores.  
 Omnis ad acceſſus Heliconis ſemita trita eſt. 50  
 Et jam confuſi manant de fontibus amnes ;  
 Nec

Vulg. v. 25. VARIAS QUIDAM. 28. ANDROMEDÆ POE-  
 NAS. 29. SOLVENTEMQUE — RAPTAMQUE. 39. PECO-  
 RUM RITUS. 42. MUSASQUE — ARVA. 43. ET BELLA.  
 44. NATA PER. 45. VITAMQUE. 46. ATRUM.

Nec capiunt haustum, turbamque ad nota ruentem.  
 Integra quæramus rorantes prata per herbas,  
 Undamque occultis meditantem murmur in antris;  
 Quam neque durato gustarint ore volucres, 55  
 Ipse nec æthereo Phœbus libaverit igni.  
 Nostra loquar: nulli vatum debebimus orsa:  
 Nec furtum, sed opus veniet; soloque volamus  
 In campum curru: propria rate pellimus undas.  
 Namque canam tacita naturam mente potentem: 60

Infusumque deum cælo terrisque fretoque,  
 Ingentem æquali moderantem foedere molem:  
 Totumque alterno consensu vivere mundum,  
 Et rationis agi motu: cum spiritus unus  
 Per cunctas habitet partes, atque irriget orbem 65  
 Omnia pervolitans, corpusque animale figuret.  
 Quod nisi cognatis membris contexta maneret  
 Machina, & imposito pareret tota magistro,  
 Ac tantum mundi regeret prudentia censum;  
 Non esset statio terris, non ambitus astris: 70  
*Hæreretque vagus mundus, standoque rigeret:*  
 Nec vaga dispositos servarent sidera cursus,  
 Noxve alterna diem fugeret, rursusque fugaret:  
 Non imbres alerent terras, non æthera venti,  
 Nec pontus gravidas nubes, nec flumina pontum, 75

Nec pelagus fontes: nec staret summa per omnes  
 Par semper partes æquo digesta parente:  
 Ut neque deficerent undæ, nec fideret orbis,  
 Nec cælum iusto maiusve minusve volaret.  
 Motus alit, non mutat opus, sic omnia toto 80  
 Dispensata manent mundo, dominumque sequun-  
 tur.

Nec

Vulg. v. 59. CÆLUM—PRIVA. 60. NATURÆ. 72. SUA.  
 73. NOXQUE. 78. SIDERA NOBIS.

Hic igitur deus, & ratio quæ cuncta gubernat,  
 Ducit ab æthereis terrena animalia signis :  
 Quæ quamquam longo condit submota recessu ,  
 Sentiri tamen , ut vitas ac fata ministrent 85  
 Gentibus , ac proprios per singula corpora mores.  
 Nec nimis est quærenda fides. si temperat arva  
 Cælum ; si varias fruges redditque , rapitque :  
 Si pontum movet , ac terris immittit & aufert :  
 Atque hæc seditio pelagus nunc fidere lunæ 90  
 Mota tenet , nunc diverso stimolata recessu ,  
 Nunc anni spatio Phœbum comitata volantem :  
 Si submersa fretis , concharum & carcere clausa ,  
 Ad lunæ motum variant animalia corpus ;  
 Et tua damna , tuasque imitantur, Delia , vires : 95  
 Tu quoque fraternis si perdis in oribus ora ,  
 Atque iterum ex iisdem repetis : quantumque reli-  
 quit  
 Aut dedit ille , refers ; & fidus fidere constas :  
 Denique si pecudes & muta animalia terris ,  
 Cum maneant ignara sui legisque per ævum , 100  
 Natura tamen ad mundum revocante parentem ,  
 Attollunt animos , cælumque & sidera servant ;  
 Corporaque ad lunæ nascentis cornua lustrant ;  
 Venturasque vident hyemes , reditura serena :  
 Quis dubitet post hæc hominem conjungere cælo ,  
 105  
 Cui xenium natura dedit linguamque capaxque  
 Ingenium , volucremque animum ? quem denique  
 in unum  
 Descendit deus atque habitat , seque ipse requirit ?  
 Mitto alias artes , quarum haut permixta facultas ;  
 Infidas

Vulg. v. 84. COGIT. 85. MINISTRET. 87. MINUS—SIC.  
 88. SIC. 89. SIC—ET. 90. PELAGI—SIDERA. 91. TE-  
 NENT. 93. SIC. 95. CUM—TUAS. 96. SIC REDDIS CUR-  
 RIBUS, 99. SIC. 102. AC. 106. EXIMIAM. 109. EST.



Infidas adeo , nec nostri munera census. 110

Mitto , quod æquali nihil est sub lege tributum.

*Quo patet auctoris summam , non corporis esse.*

Mitto , quod & certum est , & inevitabile fatum ;

Materiaeque datum est cogi , sed cogere mundo.

Quis cælum posset , nisi cæli munere , nosse ? 115

Et reperire deum , nisi qui pars ipse deorum est ?

Quisve hanc convexi molem sine fine patentis ,

Signorumque choros , ac mundi flammea tecta ,

Æternum & stellis adversus sidera bellum

*Ac terras cæloque fretum , subjectaque utrisque* 120

Cernere , & angusto sub pectore claudere posset ?

Ni tacitos animis stimulos natura dedisset ,

Cognatamque suæ mentem vertisset ad ipsam ,

Et tantum dictasset opus ? cæloque veniret ,

Quod vocat in cælum , sacra ad commercia rerum ?

125

*Et primas quas dant leges nascentibus astra ?*

Quis neget esse nefas invitum prendere mundum ,

Et velut in semet captum deducere in orbem ?

Sed ne circuitu longo manifesta probentur ,

Ipsa fides operi faciet pondusque fidemque. 130

Nam neque decipitur ratio , nec decipit umquam.

Arte secunda via est , a veris tradita causis ;

Eventusque datur , qualis prædicitur ante.

Quod fortuna ratum faciat quis dicere falsum

Audeat , & tantæ suffragia vincere fortis ? 135

Hæc ego divino cupiam cum ad sidera flatu

Ferre , nec in terram , nec turbæ carmina condam :

*Sed , solus vacuo veluti vectatus in orbe ,*

*Verbere agam currus ; non occurrentibus ullis ,*

C 3

Nec

Vulg. v. 114. SAT. 115. POSSIT—MUNERA NOSSET.  
117. ATQUE. 121. POSSIT. 122. TANTOS—OCULOS.  
123. SUL. 130. IPSI RES. 132. RITE SECUNDA—AC—  
CREDITA. 137. TURBAM.

*Nec per iter socios commune regentibus actus.* 140

*Sed cælo noscenda canam, mirantibus astris,*

*Et gaudente fui mundo per carmina vatis :*

*Vel quibus illa sacros non invidere meatus,*

*Notitiamque sui, minima est quæ turba per orbem.*

*Ille fluit, quæ divitias, quæ diligit aurum,* 145

*Imperia, & fasces, mollemque per otia luxum,*

*Et blandis diversa sonis, dulcemque per aures*

*Affectum, ut modico noscenda ad fata labore.*

*Hoc quoque fatorum est legem perdiscere fati.*

*Et primum astrorum varia est natura notanda* 150

*Nominibus per utrumque genus; nam mascula sex  
sunt,*

*Diversi totidem generis sub principe tauro :*

*Cernis, ut aversos redeundo surgat in artus ?*

*Alternant secus, & vicibus variantur in orbem.*

*Humanas etiam species in parte videbis :* 155

*Nec mores distant. pecudum pars atque ferarum*

*Ingenium facient. quædam signanda sagaci*

*Singula sunt animo, propria quæ sorte feruntur :*

*Nunc biris insiste : dabunt geminata potentes*

*Per socium effectus : multum comes addit & aufert :*

*Ambiguisque valent, quis sunt collegia, fatis* 161

*Ad meritum noxamque. duos per sidera pisces,*

*Et totidem geminos nudatis aspice membris.*

*His conjuncta meant alterno brachia nexu :*

*Dissimile est illis iter in contraria versis.* 165

*Par numerus, sed enim dispar positura notanda est.*

*Atque hæc ex paribus toto gaudentia censu*

*Signa meant : nihil exterius mirantur in ipsis,*

*Amissumve dolent. quædam sunt parte recisa,*

*Atque ex diverso commissis corpore membris ;* 170

*Ut*

Vulg. v. 149. PRÆDISCERE. 150. AT. 151. CARMINI-  
BUS. 153. AVERSUS—ARCUM. 154. GENUS. 157. E-  
TIAM. 164. MANENT. 166. NATURA. 169. QUOQUE.

Ut capricornus, & hic, qui intentum dirigit arcum  
Junctus equo : pars huic hominis, sed nulla priori.

*Hoc quoque servandum est alta discrimen in arte :*

*Distat enim, gemina duo sint, duplane figura.*

Quinetiam Erigone binis numeratur in astris : 175

Et facie & ratione duplex. nam desinit æstas,

Incipit autumnus, media sub virgine utrimque.

Idcirco tropicis præcedunt omnibus astra

Bina ; ut lanigero, chelis, cancroque, caproque ;

Quod duplices retinent connexo tempore vires. 180

Ut, quos subsequitur cancer per sidera fratres,

E geminis alter florentia tempora veris

Sufficit, æstatem sitientem provehit alter.

Nudus uterque tamen, sentit quia uterque calorem ;

Ille senescentis veris, subeuntis & ille 185

Æstatis : par est primæ fors ultima forti.

Quinetiam arcitenens, qui te, capricorne, sub ipso

Promittit, duplici formatus imagine fertur.

Mitior autumnus molles sibi vindicat artus,

Materiamque hominis : fera tergo membra rigentem

190

Excipiunt hiemem ; mittuntque in tempora signum.

Quosque aries præ se mittit, duo tempora pisces

Bina dicant : hiemem hic claudit, ver inchoat alter.

Cum sol æquoreis revolans decurrit in astris,

Hiberni coeunt cum vernis roribus imbres : 195

Utraque fors humoris habet fluitantia signa.

Quin tria signa novem serie conjuncta repugnant,

Et quasi seditio cælum tenet. aspice taurum

Clunibus, & geminos pedibus, testudine cancrum

Surgere ; cum rectis oriantur cetera membris. 200

C 4

Nec

Vulg. v. 171. TENTUM. 172. ORIS—PRIORIS. 176.

NEC FACILE NATIO. 182. EX. 185. UT. 186. PARS—

PARTI. 187. NEC NON. 188. PRÆMITTIT. 190. ORIS.

191. mittunt. 193. hiemem claudit. 197. SIGNIS.

Nec mirere moras , cum sol adversa per astra  
Æstivum tardis attollat mensibus annum.

Nec te prætereat , nocturna diurnaque signa  
Quæ sint , perspicere ; & propria deducere lege ,  
Non tenebris aut luce suam peragentia sortem : 205  
Nam commune foret nullo discrimine nomen ,  
Omnia quod certis vicibus per tempora fulgent :  
*Et nunc illa dies , nunc noctes illa sequuntur.*

Sed quibus illa parens mundi natura sacratas  
Temporis attribuit partes statione perenni. 210  
Namque sagittari signum , rabidique leonis ,  
Et sua respiciens aurato vellere terga ,  
Tunc pisces , & cancer , & acri scorpios ictu ,  
Aut vicina loco , divisa aut partibus æquis ,  
Omnia dicuntur simili sub sorte diurna : 215

*Cetera nec numero consortia nec vice sedis ,*  
Interjecta locis totidem nocturna feruntur.  
Quinetiam sex continuis dixere diurnas  
Esse vices astris , quæ sunt a principe signo  
Lanigeri ; sex a chelis nocturna videri. 220  
Sunt quibus esse diurna placet , quæ mascula sur-  
gunt ;

Femineam sortem noctis gaudere tenebris.  
Quin nonnulla tibi nullo monstrante loquuntur  
Neptuno debere genus , populosus in undis  
Cancer , & effuso gaudentes æquore pisces. 225  
Ut quæ terrena censentur sidera forte ,  
Princeps arimenti taurus , regnoque superbus  
Lanigeri gregis est aries , pestisque duorum  
Prædatorque leo , & dumosis scorpios arvis.  
Sunt etiam mediæ legis communia signa , 230  
Ambi-

Vulg. v. 213. NUNC—NUNC. 219. CASTRIS ESSE VI-  
CES. 220. LIBRA. 222. NOCTEM TUIIS. 223. SIBI.  
224. SCOPULOSUS. 228. HOSTISQUE. 229. leo du-  
mosis.

Ambiguus terræ capricornus , aquarius undis ,  
 Humida terrenis æquali foedere mixta :  
*Parſque mari nitens fundentis ſemper aquari.*

Non licet a minimis animum deflectere curis :  
 Nec quicquam rationis eget , fruſtrave creatum eſt.

235

Fecundum eſt proprie cancri genus , acer & iſtu  
 Scorpious , & partu complentes æquora piſces.  
 Sed ſterilis virgo eſt , ſimili conjuncta leoni :  
 Nec capit , aut captos effundit aquarius ortus.  
 Inter utrumque manet capricornus corpore mixto ,

240

Et qui Cretæo fulget centaurus in arcu :  
 Communisque aries æquantem tempora libram ,  
 Et geminos , taurumque pari ſub ſorte recenſet.

Nec tu nulla putes in eo momenta locaſſe  
 Naturam rerum , quod ſunt currentia quædam ,

245

Ut leo & arcitenens , ariesque in cornua torvus.  
 Aut quæ recta ſuis librantur ſtantia membris ,  
 Ut virgo & gemini , fundens & aquarius undas.  
 Vel quæ feſſa ſedent , pigras referencia mentes ;  
 Taurus depositis collo ſopitus aratriſ ,  
 Libra ſub emenſo confidens orbe laborum ,  
 Tuque tuo , capricorne , gelu contractus in aſtris.  
 Strata jacent , cancer patulam diſtensus in alvum ,  
 Scorpious incumbens plano ſub pectore terræ ,  
 In latus obliqui piſces ſemperque jacentes.

255

Quod ſi ſolerti circumſpicias omnia cura ,  
 Fraudata invenies amiſſis ſidera membris.  
 Scorpious in libra conſumit brachia : taurus  
 Succidit incurvo claudus pede : lumina cancro

C 5

Deſunt :

Vulg. v. 231. ET ÆQUORIS. 235. creatum. 244. COM-  
 MENTA NOTASSE. 246. TORTUS. 249. UT. 251. EME-  
 RITO. 253. CONTRA JACET. 254. CORPORE.

Defunt : centauro superest , & quæritur unum.  
260

Sic nostros casus solatur mundus in astris ,  
Exemploque docet patienter damna subire :  
Omnis cum cælo fortunæ pendeat ordo ,  
Ipsaque debilibus formentur fidera membris.  
Temporibus quoque sunt propriis pollentia signa.  
265

Æstas a geminis , autumnus virgine surgit ,  
Bruma sagittifero , ver piscibus incipit ire.  
Quattuor in partes scribuntur fidera terna :  
Hiberna æstivis , autumnis verna repugnant.  
Nec satis est proprias signorum noscere sortes :  
270

Consensu quoque fata movent , & foedere gaudent,  
Atque alias alia succedunt forte locoque.  
Circulus ut flexo signorum clauditur orbe ,  
In tres æquales discurrit linea ductus ,  
Inque vicem extremis jungit se finibus ipsa : 275  
Et quæcumque ferit , dicuntur signa trigona ,  
In tria partitus quod ter cadit angulus astra ;  
Quæ divisa manent ternis distantia signis.  
Caniger e paribus spatiis duo signa , leonis  
Atque sagittari , diverso conspicit ortu. 280  
Virginis & tauri capricorno consonat astrum.  
Cetera sunt simili ratione triangula signa  
Per totidem partes. *desunt quæ condita mundo.*  
*Sed discrimen erit dextris , seu causa , sinistra*  
*Quæ subeunt : quæ præcedunt , dextra esse feruntur.* 285  
*Dexter erit tauro capricornus , virgo sinistra.*  
*Hoc satis exemplo est. at quæ divisa quaternis*  
*Partibus æquali laterum stant condita ductu,*  
Quorum

Vulg. v. 267. ESSE. 268. TERRÆ. 270. FORMAS. 272.  
ALIAS ALIÆ. 273. DEXTRO. 283. SORTIS. 287. DI-  
VERSA.

Quorum designat normalis virgula fedes,  
 Hæc quadrata ferunt libram capricornus, & illum 290  
 Conspicit hinc aries, atque ipsum a partibus æquis  
 Cancer, & hunc læva subeuntis fidera libræ:  
 Semper enim dextris censentur signa priora.  
 Sic licet in totidem partes deducere cuncta,  
 Ternaque bis senis quadrata effingere signis, 295  
 Quorum proposito reddentur in ordine vires.

Sed si quis contentus erit numerasse quadrata,  
 Divisum ut signis mundum putet esse quaternis,  
 Aut tria sub quinis signis formare trigonum,  
 Ut focias vires & amicos exigat ortus, 300  
 Foederaque inveniat mundi cognata per astra,  
 Falsus erit. nam quina licet sint undique signa,  
 Qui tamen ex signis, quæ quinto quoque feruntur  
 Postea loco, fuerint nati, sentire trigoni  
 Non poterunt vires, licet illud nomine servant: 305  
 Amisere loco dotes, numerisque repugnant.  
 Nam cum sint partes orbis per signa trecentæ  
 Et ter vicinæ, quas Phœbi circuit ardor;  
 Tertia pars ejus numeri latus efficit unum  
 In tres perducti partes per signa trigoni. 310  
 Hanc autem numeri non reddit linea summam,  
 Si signum a signo, non pars a parte notetur.  
 Quod quamvis duo sunt ternis dirimentibus astra,  
 Si tamen extremum lævi primumque prioris  
 Inter se conferre voles, numerumque notare; 315  
 Ter quinquagenas implebunt ordine partes.  
 Transibit numerus formam, finesque sequentis  
 Consumet ductus. licet ergo signa trigona  
 Dicantur, partes non servant illa trigonas.

Hæc

Vulg. v. 290. DEXTRA FERT libram CANCER—ILLAM.  
 291. HUNC—ipsum partibus. 295 QUADRATE FINGERE.  
 296 REDDUNTUR. 299. ORNARE. 304. ASTRA. 313. QUUM  
 BIS—SINT HÆC A. 314. PRIMUMVE.

Hæc eadem species fallit per signa quadrata : 320  
 Quod, cum totius numeri qui construit orbem  
 Nongentæ quadrum partes per sidera reddant,  
 Evenit ut, prima signi de parte prioris  
 Si partem ad summam ducatur virga sequentis,  
 Bis sexagenas faciat : sin summa prioris 325  
 Et pars confertur subjuncti prima, duorum  
 Signorum in quadro numerum transitque refertque ;  
 Triginta duplicat partes, pars tertia deerit :  
 Et quamvis quartum a quarto quis computet astrum,  
 Naufragium facient partes unius in iplis. 330  
 Non igitur satis est quinis numerasse trigonum,  
 Quadrative fidem quæri per signa quaterna ;  
 Quadrati si forte voles effingere formam,  
 Aut trinis paribus facies cum membra trigoni.  
 Hic poscit quintam partem centesima summa : 335  
 Illic amittit decimam. sic convenit ordo.  
 Et quicumque quater junctus favet angulus usque,  
 Quæque loca in triplici signarit linea ductu,  
 Cum curvata viæ linquet compendia rectæ ;  
 His natura dedit communi foedera lege, 340  
 Inque vicem affectus, & mutua jura favoris.  
 Quocirca non omnis habet genitura trigonis  
*Consumet ductus. licet ergo signa trigonæ*  
*Dicantur partis, non servant illa trigonis*  
 Consensum signis: nec cum sunt forte quadrata,  
 345  
 Continuo inter se servant commercia rerum.  
 Distat enim, partes consumat linea justas,  
 Detrectetne modum numeri, quem circulus ambit :  
 Nunc

Vulg. v. 322. TER TRIGINTA. 327. MEDIUM NUME-  
 RUS. 331. SIGNIS—TRIGONA. 332. CÆLI. 337. JUNC-  
 TIS. 338. loca triplici. 339. SIGNATA—DISPENDIA. 342.  
 TRIGONOS. 345. SINT SORTE. 347. enim AN. 348.  
 DETRACTETVE.



Nunc tres efficiat , nunc quattuor undique ductus ,  
 Quos in plura jubet ratio procedere signa 350  
 Interdum, quam sunt numeris memorata per orbem.  
 Sed longe major vis est per signa trigonis ,  
 Quam quibus est titulus sub quarto quoque qua-  
 dratis.

Altior est horum submoto linea templo :  
 Illa magis vicina meat , cæloque recedit , 355  
 Et propius terris accedit visus eorum ,  
 Aëraque infectum nostras demittit ad auras.  
 At dubia alternis data sunt commercia signis ,  
 Mutua nec magno consensu foedera servant ,  
 Invita angusto quod linea flectitur orbe. 360  
 Nam cum pertranlit formatus singula limes  
 Sidera , & alterno devertitur angulus astro ,  
 Sexque per anfractus curvatur virgula in orbem ;  
 A tauro venit in cancrum : tum virgine tacta  
 Scorpion ingreditur : tum te , capricorne , rigen-  
 tem , 365

Et geminos a te pisces , aversaque tauri  
 Sidera contingens finit , qua coeperat , orbem.  
 Alterius ductus locus est per transita signa :  
 Utque ea prætereas quæ sunt mihi singula dicta ,  
 Flexibus hic totidem similis fit circulus illi. 370  
 Transversos igitur fugiunt sexangula visus ,  
 Quod nimis inclinant aciem , limisque videntur ,  
 Vicinoque latent : ex recto certior ictus.

*Tertia convexo conduntur signa recessu.*

At quis accedit convexo linea cælo , 375  
 Singula circuitu quæ tantum transeat astra ;

Vifus

Vulg. v. 352. TRIGONI. 353. QUADRATUS. 356. TER-  
 RAS. 357. DIMITTIT. 358. DEVIAQUE 361. PER TA-  
 LES FORMANTUR—LIMAS. 362. DIVERITUR. 365. QUO.  
 366. ADVERSAQUE TAURO. 370. ET ILLIS. 371. SUB-  
 EUNTIA. 372. AC NE. 375. QUÆ SUCCEDIT CONNEXA  
 EST. 376. TRANSMEAT.

Vifus eis procul eft , altoque vagatur olympos ;  
 Et tenues vires ex longo mittit in orbem.  
 Sed tamen eft illis foedus fub lege propinqua ,  
 Quod non diverfum eft genus , alternantibus aſtris ;

380

Mafcula fed maribus respondent : cetera ſexus  
 Feminei ſecum jungunt commercia mundi.  
 Sic quamquam alternis paret natura figuris ,  
 Et cognata jacent generis ſub legibus aſtra.

Jam vero nulla eſt hærentibus addita ſignis 385  
 Gratia : nam conſenſus hebet , quia viſus ademptus.  
 In ſeducta ferunt animos , quæ cernere poſſunt.  
 Sunt etiam adverſi generis connexa per orbem  
 Maſcula femineis , ſemperque obſeſſa viciffim :  
 Diſparibus non ulla datur concordia ſignis. 390

Sexta quoque in nullas numerantur commoda  
 vires ,

Virgula per totum quod par non ducitur orbem :  
 Sed duo ſigna ferit mediis ſubmota quaternis :  
 Tertius abſumpto ductus non ſufficit orbe.

At quæ diverſis e partibus aſtra refulgent, 395  
 Per medium adverſo mundum tendentia vultu ,  
 Et toto diviſa manent contraria cælo ;  
 Septima quæque , loco quamvis ſubmota feruntur ,  
 Ex longo tamen illa valent , viresque miniſtrant  
 Vel bello vel pace ſuas , ut tempora poſcunt, 400  
 Nunc foedus ſtellis , nunc & dictantibus iras.  
 Quod ſi forte libet , quæ ſint contraria , ſigna  
 Per titulos celebrare ſuos ſedesque ; memento  
 Solſtitium brumæ , capricornum opponere cancro ,  
 Lani-

Vulg. v. 377. VIS EJUS. 380. QUOD EUNTIBUS. 381.  
 SEX. 382. SIC CONJUNGUNT. 383. INQUAM. 387. SE  
 DUCTA—QUA. 388. ET DIVERSI. 393. FACIT. 395. EX.  
 396. PENDENTIA. 398. FERANTUR. 401. PHOEBUS.  
 402. SUNT.

Lanigerum libræ : par nox in utroque dieſque : 405  
 Piſcibus Erigonem , juvenique urnæque leonem :  
 Scorpios e ſummo cum fulget , taurus in imo eſt :  
 Et cadit arcitenens , geminis orientibus orbi.

*Obſervant inter ſeſe contraria curſus.*

Sed quamquam adverſis fulgent contraria ſignis ;  
 410

Natura tamen interdum fociata feruntur ,  
 Et generis vinclis concordia mutua furgit ;  
 Maſcula quod maribus , vel quod diverſa fuorum  
 Reſpondent generi. piſces ſic virginis aſtro  
 Adverſi volitant ; ſed amant communia jura : 415  
 Et vincit natura locum : ſed vincitur ipſa  
 Temporibus ; cancerque tibi , capricorne , repugnat  
 Femina femineo , quia brumæ diſſidet æſtas.  
 Hinc rigor & glacies , nivibuſque albertia rura :  
 Hinc ſitis & ſudor , nuduſque in ſolibus orbis ; 420  
 Æſtivoſque dies æquat nox frigida brumæ.

Sic bellum natura gerit , diſcordat & annus :  
 Ne mirere in ea pugnantia ſidera parte.

At non lanigeri ſignum libræque repugnant  
 In totum , quia ver autumno tempore differt : 425  
 Fructibus hoc implet maturis , floribus illud.

*Sed ratione par eſt æquatis nocte diebus ,*  
 Tempora nam efficiunt ſimili concordia textu ,  
 Par nox , parque dies , mediis hiemem inter &  
 æſtum

Articulis , unum ſervans utrimque tenorem , 430  
 Quo minus infeſto decertent ſidera bello.

*Talis erit ratio diverſis addita ſignis.*

His animadverſis , reſtat ( quæ proxima cura )  
 Noſcere

Vulg. v. 408. ORBE. 412. GENERE. EXEMPLIS. 413.  
 SI PARIBUS—SI. 414. ET—ASTRUM. 420. COLLIBUS.  
 423. NEC. 424. REPUGNAT. 428. temporaQUE. 429.  
 PERMIXTOSQUE. 430. UNO SERVANTIA TEMPORE U.  
 TRIMQUE. 433. REBUS.

Noscere tutelas, adjectaque numina signis,  
 Et quæ cuique deo rerum natura dicavit, 435  
 Cum divina dedit magnis virtutibus ora,  
 Condidit & varias sacro sub nomine vires,  
 Pondus uti rebus persona imponere possit.  
 Lanigerum Pallas, taurum Cytherea tuetur,  
 Formosos Phœbus geminos: Cyllenie, cancrum;

440

Tuque pater cum matre deum regis ipse leonem:  
 Spicifera est virgo Cereris, fabricataque libra  
 Vulcani: pugnax Mavorti scorprios hæret:  
 Venantem Diana virum, sed partis equinæ;  
 Atque angusta fovet capricorni sidera Vesta: 445  
 E Jovis adverso Junonis aquarius astrum est:  
 Agnoscitque suos Neptunus in æthere pisces.  
 Hinc quoque magna tibi venient momenta futuri.  
 Cum ratio tibi per stellas & sidera curret,  
 Argumenta petes omni de parte viaque, 450  
 Artis ut ingenio divina potentia furgat,  
 Exæquentque fidem cælo mortalia corda.

Accipe divisas hominis per sidera partes,  
 Singulaque in propriis parentia membra figuris;  
 In quibus præcipuas toto de corpore vires 455  
 Exercent. aries caput est ante omnia princeps  
 Sortitus, censusque sui pulcherrima colla  
 Taurus; & in geminos æquali brachia forte  
 Scribuntur connexa humeris; pectusque locatum  
 Sub cancro est; laterum regnum scapulæque leonis;  
 Virginis in propriam concedunt ilia sortem; 461  
 Libra regit clunes; & scorprios inguine gaudet;  
 Centauro femina accedunt; capricornus utrisque  
 Im-

Vulg. v. 441. JUPPITER ET. 447. AQUORE. 449. VARIET—CURET. 450. VIASQUE. 451. DIVISA. 452. CÆLI. 454. singulaque propriis. 458. AT in GEMINIS. 461. DESCENDUNT. 462. AT.

Imperitat genibus ; crurumque humentis aquari .  
Arbitrium est ; piscesque pedum sibi jura reposcunt.

Quinetiam propriis inter se legibus astra 466

Conveniunt , ut certa gerant commercia rerum ;  
Inque vicem præstant visus , atque auribus hærent ,  
Aut odium foedusve gerunt ; conversaque quædam  
In semet proprio ducuntur plena favore. 470

Idcirco adversis nonnumquam est gratia signis ;  
Et bellum fociata gerunt : alienaque sede  
Inter se generant conjunctos omne per ævum ,  
Utrique aut forti pugnant , fugiuntque vicissim.  
Quod deus , in leges mundum cum conderet o-  
mnem , 475

Affectus quoque divisit variantibus astris ,  
Atque aliorum oculos , aliorum contulit aures ;  
Junxit amicitias horum sub foedere certo ,  
Cernere ut inter se possent audireque ; quædam  
Diligent , aliis noxas bellumque moverent : 480  
His etiam propriæ foret indulgentia fortis ,  
Ut se diligenter semper , sibi que ipsa placerent.  
Sicut naturas hominum plerasque videmus ,  
Qui genus ex signis ducunt formantibus ortus.  
Consilium ipse suum est aries , ut principe dignum  
est , 485

Audit se ; libramque videt : frustratur amando  
Taurum ; lanigero qui fraudem nectit , & ultra  
Fulgentes videt , atque audit per sidera pisces ,  
Virgine mens capitur. sic quondam vexerat ante  
Europam dorso retinentem cornua læva , 490  
Indutusque Jovi est. geminorum ducitur auris

D

Ad

Vulg. v. 464. IMPERAT IN—crurum FUNDENTIS.  
469. FOEDUSQUE. 471. nonnumquam gratia. 474. ET.  
479. POSSINT. 480. ALIA ET. 487. TAURUS. 489. A-  
MANS—GESSERAT. 491. Jovi geminorum.

Ad juvenem æternas fundentem piscibus undas,  
 Inque ipsos animus pisces, oculique leonem.  
 Cancer, & adverso capricornus conditus astro,  
 In semet vertunt oculos; in mutua tendunt 495  
 Auribus; & cancri captatur aquarius astu.  
 At leo cum geminis aciem conjungit, & aurem  
 Centauro gemino, capricorni diligit astrum.  
 Erigone taurum spectat, sed scorpion audit,  
 Atque sagittifero conaturnectere fraudem. 500  
 Libra suos sequitur sensus, solumque videndo  
 Lanigerum, atque animo complexa est scorpion  
 infra.

Ille videt pisces, oditque per omnia libram.  
 Necnon arcitenens magno parere leoni  
 Auribus, atque oculis sinum fundentis aquari 505  
 Conspicere assuevit, solamque ex omnibus astris  
 Diligit Erigonen. contra capricornus in ipsum  
 Convertit visus; quid enim mirabitur ille  
 Majus, in Augusti felix cum fulserit ortum?  
 Auribus & summi captat fastigia cancri. 510  
 At nudus geminis intendit aquarius aurem,  
 Sublimemque colit cancrum, spectatque reducta  
 Tela sagittiferi. pisces ad scorpion acrem  
 Direxere aciem, cupiuntque attendere taurum.  
 Has natura vices tribuit, cum sidera fixit. 515  
 His orti similes referunt per mutua sensus,  
 Audire ut cupiant alios, aliosque videre:  
 Horum odio, nunc horum iidem ducantur amore:  
 Illis insidias tendant, captentur ab illis.

Quin adversa meant & tota trigona trigonis: 520  
 Alteraque in bellum diverso limite ducit

Linea.

Vulg. v. 495. VERTITUR IN SEMET OCULIS—TENDIT.  
 496. AT—ASTRO. 498. GEMINOS 502. INTRA. 503. AU-  
 DITQUE. 510. AT. 520. ETIAMQUE.

Linea. sic veri per totum consonat ordo.  
 Namque aries leo & arcitenens, sociata trigono  
 Signa, negant chelis foedus totique trigono,  
 Quod gemini excipiunt fundens & aquarius ur-  
 nam. §25

Idque duplex ratio cogit verum esse fateri :  
 Quod tria signa tribus signis contraria fulgent,  
 Quodque æterna manent hominum bella atque  
 ferarum;

Humana est facies libræ, diversa leoni.  
 Idcirco & cedunt pecudes : quod viribus am-  
 plis §30

Consilium est majus. victus leo fulget in astris :  
 Aurea lanigero concessit sidera pellis.  
 Ipse feræ partis centaurus tergore cedit.  
*Usque adeo est hominis victus, quod mirer ab illis*  
*Nascentis libræ superari posse trigonum.* §35

Quinetiam brevior ratio est per signa sequenda.  
 Nam quæcumque nitent humana condita forma  
 Astra, manent illis inimica & victa ferarum.  
 Sed tamen in proprias secedunt singula mentes,  
 Et privata gerunt secretis hostibus arma. §40

Lanigero genitis bellum est cum virgine natis,  
 Et libra, & geminis, & si quos protulit urna.  
 In partus tauri sub cancro nata feruntur  
 Pectora, & in chelis, & quæ dat scorpios acer,  
 Et pisces. at quos geminorum sidera formant, §45  
 His cum lanigero bellum est ejusque trigono.  
 In cancro genitos capricorni semina lædunt,  
 Et libræ partus, & quos dat virginis astrum,  
 Quique sub averfi numerantur sidere tauri.

D 2

Lani-

Vulg. v. §25. UNDA. §29. LEONIS. §32. LANIGERI-  
 SIDERE. §33. SUÆ §42. GEMINI PISCIS-UNDA. §43.  
 PARTES. §49. ADVERSI NUMERATUR.

Lanigeri communis erit rabidique leonis 550  
 Hostis, & in totidem bellum subscribitur astra.

Erigone cancrumque timet, geminumque sub arcu  
 Centaurum, & pisces, & te, capricorne, rigentem.  
 Maxima turba petit libram, capricornus & illi  
 Adversus cancer, chelis quod utrumque quadratum  
 est; 555

Quæque in lanigeri numerantur signa trigonum.  
 Scorpions in totidem fecundus creditur hostes:  
 Equoreum juvenem, geminos, rabidumque leo-  
 nem,

Erigonen, libramque fugit, metuendus & ipse.  
 Quique sagittari veniunt de sidere partus, 560  
 Hos geminis nati libraque & virgine & urna  
 Depressisse volunt: naturæ & lege jubente  
 Hæc eadem, capricorne, tuis inimica feruntur.  
 At quos æternis perfundit aquarius undis,  
 Ad pugnam Nemeæus agit, totumque trigonum;  
 565

Turba sub unius juvenis virtute ferarum.  
 Piscibus exortos vicinus aquarius urget,  
 Et gemini fratres, & quos dat virginis astrum,  
 Quique sagittari descendunt sidere nati.  
 Nec sola est ratio, quæ dat nascentibus arma, 570  
 Inque odium generat partus, & mutua velle:  
 Sed plerumque manent inimica tertia quæque  
 Lege, in transversum vultu defixa maligno;  
 Quoque manent quæcumque loco contraria signa,  
 Adversosque gerunt inter se septima visus, 575  
 Tertia quæque illinc utriusque trigona feruntur.  
 Ne

Vulg. v. 551. SED—ASTRIS. 552. TAURUMQUE. 553.  
 AT te. 557. HOSTIS. 558. TAURUM ATQUE. 562. na-  
 turæ lege. 565. VENIENS AGITAT. 576. ILLIS UTRIS-  
 QUE.



Ne sit mirandum si foedus non datur astris,  
 Quæ sunt adversi signis cognata trigoni.  
 Per tot signorum species contraria surgunt  
 Corpora; totque modis, totiens inimica creantur.

580

Idcirco nihil ex semet natura creavit  
 Pectore amicitiae majus, nec rarius umquam.  
 Unus erat Pylades; unus qui mallet Orestes  
 Ipse mori. lis una fuit per sæcula mortis:  
 Alter quod raperet fatum, non cederet alter.

585

Et duo qui potuere sequi vestigia; tum cum  
 Optavitque reum sponsor non posse reverti;  
 Sponsorique reus timuit, ne solveret ipsum.  
 Perque tot ætates hominum, tot tempora & annos,  
 Tot bella, & varios etiam sub pace labores,  
 Cum fortuna fidem quærat, vix invenit usquam.  
 At quanta est scelerum moles per sæcula cuncta?  
 Quantum onus invidiæ non excusabile terris?

590

*Venales ad fata patres, matrumque sepulchra.*

*Imposuit Phæbus noctem, terrasque reliquit.*

595

Quid loquar everfas urbes, & prodita templa?

Et varias pacis clades, & mixta venena?

Insidiasque fori, cædesque in moenibus ipsis,

Et sub amicitiae grassantem nomine turbam?

In populo scelus est, & abundant cuncta furore.

600

Et fas atque nefas mixtum; legesque per ipsas

Sævit nequities: poenas jam noxia vincit.

Scilicet in multis quoniam discordia signis

Corpora nascuntur, pax est sublata per orbem;

Et fidei rarum foedus, paucisque tributum.

605

D 3

Utque

Volg. v. 580. QUOTIENS. 583. ERIT. 586. VADIMO-  
 NIA SPONSI. 588. SPONSOREMQUE. 592. AH. 593.  
 QUAMQUE—EXCUSSABILE. 598. cædes in. 605. PACISQUE.

Utque sibi cælum , sic tellus diffidet ipsi ;  
Atque hominum gentes inimica forte feruntur.

Si tamen & cognata cupis dignoscere signa,  
Quæ jungant animos & amica forte ferantur ;  
Lanigeri partus cum toto junge trigono. 610

Simplicior tamen est aries , meliusque leone  
Prosequitur genitos , & te , centaure , creatos ,  
Quam colitur. namque est natura mitius astrum ,  
Expositumque suæ noxæ ; nec fraudibus ullis ,  
Nec minus ingenio molli , quam vellere , constans. 615

Illis est feritas signis , prædæque cupido ,  
Venalisque animus , nonnumquam & vendere cogit  
Commoditate fidem , nec longa est gratia facti.

*At cum lanigeri partu sub utroque trigono  
Non partis : sed rara gerit pro tempore bella , 600  
Quod feritas utriusque magis pro tempore cogit.*

Plus tamen in duplici numerandum est roboris esse ,  
Cui commixtus homo est , quam te , Nemææ , sub  
uno.

Idcirco & pax est signis , & mixta querela.  
Quinetiam tauri capricorno jungitur astrum ; 625  
Nec magis illorum coeunt ad foedera mentes.  
Virginæos etiam partus , quicumque creantur  
Tauro , complecti cupiunt : sed sæpe queruntur.  
Quosque dabunt gemini chelæque & aquarius ortus ,  
Unum pectus habent , fideique immobile vinclum : 630

*Magnus erit geminis amor , & concordia duplex.  
Magnus & in multos veniet successus amicos.  
Scorpios & cancer fraterna in nomina ducunt*

Ex

Vulg. v. 606. IPSA. 613. QUA. 614. SINE. 615. COR-  
PORE CONSTAT. 617. EXCEDERE. 624. idcirco pax.  
626. ET. 629. CHELÆ ET QUOS DAT.

Ex semet genitos : nec non & piscibus orti  
 Concordant illis. sæpe est & subdolus astus ; 635  
 Scorpions aspergit noxas sub nomine amici.  
 At quibus in lucem pisces venientibus adsunt,  
 His non una manet semper sententia cordi.  
 Commutant animos interdum, & foedera rumpunt,  
 Ac repetunt : tectæque lues sub fronte vagantur. 640  
 Sic erit e signis odium tibi paxque notanda :  
 In terris geniti tali sub lege creantur.  
 Nec satis hoc tantum solis insistere signis :  
*Contemplare locum cæli, sedemque vagarum.*  
 Parte genus variant, & vires linea mutat. 645  
 Nam sua quadratis veniunt, sua jurâ trigonis,  
 Et quæ per senos decurrit virgula tractus,  
 Quæque secat medium transverso limite cælum.  
 Hinc modo dat mundus vires, modo deterit idem :  
 Quæque illic sumunt iras, huc acta reponunt. 650  
*Distat enim, surgantne eadem, subeantne, cadantne.*  
 Crebrius adversis odium est : cognata quadratis  
 Corpora censentur signis, & amica trigonis.  
 Nec ratio obscura est : nam quantum quodque lo-  
 cavit

Ejusdem generis signum natura per orbem. 655  
 Quattuor æquali cælum discrimine signant,  
 In quibus articulos anni deus ipse creavit.  
 Ver aries, cererem cancer, bacchumque ministrans  
 Libra, caper brumam genitosque ad frigora menses.  
 Necnon & duplici quæ sunt connexa figura, 660  
 Quantum quæque locum retinent. duo cernere pis-  
 ces,  
 Et geminos juvenes, duplicemque in virgine for-  
 mam,

D 4

Et

Vulg. v. 635. NAM—ACTUS. 643. EST. 650. HIC. 659.  
 GENITUSQUE—PISCES. 661. QUEMQUE.

Et duo centauri licet uno corpora téxtu.

Sic & simplicibus signis stat forma quadrata.

Nam neque taurus habet comitem, nec jungitur  
ulli 665

Horrendus leo, nec meruit sibinectere quemquam  
Scorpios, atque uno censetur aquarius astro.

Sic quæcumque manent quadrato condita templo

Signa, parem referunt numeris aut tempore sortem.

Hæc veluti cognata manent sub foedere tali: 670

Idcirco affines signant, gradibusque propinquis

Accedunt, unoque tenent ab sanguine natos.

Proxima vicinis subscribunt; tertia quæque

Hospitibus: sic astrorum fervabitur ordo;

Quotquot cardinibus, serie variante, moventur. 675

Quæ quamquam in partes divisi quattuor orbis

Altera quadrata efficiunt; non lege quadrati

Censentur: minor est numeri, quam cardinis usus.

Longior in spatium porrecta est linea majus,

Quæ tribus emensis signis facit astra trigona: 680

Hæc ad amicitias, imitantes jura gradumque

Sanguinis, atque animis hærentia foedera ducunt.

Utque ipsa ex longo coeunt submota recessu,

Sic nos conjungunt majoribus intervallis.

Hæc meliora putant, mentes quæ jungere possunt,  
685

Quam quæ nonnumquam foedus sub sanguine fal-  
lunt.

Adde suas partes signis, sua partibus astra:

Nam nihil in totum servit sibi: mixta feruntur.

Ipsis dant vires astris capiuntque vicissim:

Quæ

Vulg. v. 663. CORPORE TEXTOS. 666. METUIT SINE  
CORPORE. 667. CENSENTUR. 670. AC. 672. UNAQUE—  
SUB IMAGINE. 675. PROPRIO QUADRANTE. 677. SIDE-  
RA. 682. PECTORA. 689. FINES.

Quæ mihi mox certo digesta sub ordine surgent.  
690

Omnibus ex istis ratio est repetenda per artem,  
Pacata infestis signa ut dignoscere possis.

Perspice nunc tenuem visu rem, pondere magnam,  
Et tantum Graio dignari nomine passam,  
Dodecatemoria in titulo signantia causas. 695

Nam cum tricenas per partes sidera constant,  
Rursus bis senis numerus deducitur omnis.

Ipsa igitur ratio binas in partibus esse  
Dimidiasque docet partes. his finibus esse  
Dodecatemorium constat; bis senaque cuncta 700

Omnibus in signis: quæ mundi conditor ille  
Attribuit totidem numero fulgentibus astris;  
Ut sociata forent alterna sidera sorte,

Et similis sibi mundus, & omnia in omnibus astra;  
Quorum mixturis regeret concordia corpus, 705  
Et tutela foret communi mutua causa.

Idcirco quamquam signis nascantur eisdem,  
Diversos referunt mores, inimicaque vota.

*Et sæpe in pecudes errat natura, maremque  
Femina subsequitur, miscentur fidere partus,* 710  
Singula divisim variant quod partibus astra,  
Dodecatemoriis proprias mutantia vires.

Nunc quæ sint cuiusque canam, quoque ordine con-  
stant:

Ne vagus ignotis signorum partibus erres.  
Ipsa suo retinent primas in corpore partes 715  
Sidera: vicinæ subeuntibus attribuuntur.

Cetera pro numero ducunt ex ordine fortes:  
Ultima & extremis ratio conceditur astris.

D 5

Singula

Vulg. v. 692. PERDISCERE. 694. SIGNARI. 707. NASCUNTUR. 711. QUOT. 713. QUID SIT CUJASVE. 716. VICINIS SUBEUNTES. 717. PARTES.

Singula sic retinent binas in fidere quoque  
 Dimidiasque sibi partes; & summa repletur 720  
 Partibus exactis triginta fidere in omni.

Nec genus est unum, ratio nec prodita simplex;  
 Pluribus inque modis verum natura locavit,  
 Diduxitque vias; voluitque per omnia quæri.  
 Hæc quoque comperta est ratio sub nomine eodem.  
 Quacumque in parti nascentum tempore luna 726  
 Constituterit, numeris hanc ter dispone quaternis,  
 Sublimi totidem quia fulgent sidera mundo.  
 Inde suas illi signo, quo luna refulsit,  
 Quæque hinc defuerant, partes numerare memento.

730

Proxima tricenae pariterque sequentia ducunt.

*Hic ubi deficiet numerus, tunc summa relicta*

*In binas sortes adjecta parte locetur*

*Dimidia, reliquis tribuatur ut ordine signis.*

In quo destituent, ejus tum luna tenebit 735

Dodecatemorium signi. post cetera ducet

Ordine quæque suo, sicut stant astra locata.

Hæc quoque te ratio ne fallat, perspice paucis.

Major in effectu, minor est: quod partibus ipsis

Dodecatemorii quid sit quod dicitur esse 740

Dodecatemorium. namque id per quinque notatur

Partes. nam totidem præfulgent sidera cælo,

Quæ vaga dicuntur. ducunt & singula fortes

Dimidias, viresque in eis & jura capeffunt.

In quocumque igitur stellæ quandoque locatæ 745

Dodecatemorio fuerint, spectare decebit.

Cujus enim stella in fines in fidere quoque

Inci-

Vulg. v. 719. SIDERA QUÆQUE 720. SUI. 721. SORTIBUS. 730. ET QUÆ DEHINC FUERINT. 731. PARTES SENTENTIA DUCIT. 735. QUATE JUSTUM. 736. DUCES. 747. STELLÆ fines.

Inciderit, dabit effectus pro viribus ejus.  
Undique ducenda est ratio per quam omnia constant.

Verum hæc posterius proprio cuncta ordine reddam.

Nunc fatis est docuisse suos ignota per usus: 751

Ut cum perceptis steterit fiducia membris,

Hinc totum corpus facili ratione notetur,

Et bene de summa veniat post singula carmen.

Ut rudibus pueris monstratur litera primum, 755

*Per faciem nomenque suum: tum ponitur usus,*

Tunc & vincta suis formatur syllaba nodis.

Hinc verbi structura venit per membra legendi.

Tunc rerum vires, atque artis traditur usus,

Perque pedes proprios nascentia carmina surgunt,

760

Singulaque in summam prodest didicisse priora.

Quæ nili constiterint primis fundata elementis,

Vel sua præpropere dederint præcepta magistri,

Effluat in vanum rerum præposterus ordo.

Sic mihi per totum volitanti carmine mundum;

765

Obrutaque abstrusa penitus caligine fata,

Pieridum numeris etiam modulata, canenti;

Quaque deus regnat revocanti numen ab arce;

Per partes ducenda fides, & singula rerum

Sunt gradibus tradenda suis: ut cum omnia certa

770

Notitia steterint, proprios revocentur ad usus.

Ac velut in nudis cum surgunt montibus urbes;

Conditor, ut vacuos muris circumdare colles

Destinat, ante manu quam tentet scindere fossas,

Verfat,

Vulg. v. 748. INCIDERINT—IN. 749. MISCENDA. 757.  
CONJUNCTA. 758. VERBIS. 761. SUMMA. 763. VERSIS  
QUÆ. 766. ERUTAQUE. 772. VELUTI—MOENIBUS. 773. ET.

Verſat opus. ruit ecce nemus, ſaltuſque vetuſti 775  
 Procumbunt; ſolemque novum, nova ſidera cer-  
 nunt:

Pellitur omne loco volucrum genus, omne ferarum;  
 Antiquaſque domos & nota cubilia linquunt.  
 Aſt alii ſilicem in muros, & marmora templis  
 Rimantur; ferrique rigor per tempora nota 780  
 Quæritur: huc artes, huc omnis convenit uſus.  
 Tunc demum conſurgit opus, cum cuncta ſuper-  
 ſunt;

Ne medios rumpat curſus præpoſtera cura.  
 Sic mihi cunctanti tantæ ſuccedere moli  
 Materies primum rerum, ratione remota, 785  
 Tradenda eſt; ratio ſit ne poſt irrita, neve  
 Argumenta novis ſtupeant naſcentia rebus.

Ergo age noſcendis animum compone ſagacem  
 Cardinibus, qui per mundum ſunt quattuor omnes  
 Diſpoſiti ſemper, mutantque volantia ſigna. 790  
 Unus ab exortu cæli naſcentis in orbem,  
 Qui primum terras æquali limite cernit.  
 Alter ab adverſa reſpondens ætheris ora,  
 Unde fugit mundus, præcepsque in tartara tendit.  
 Tertius excelsi ſignat faſtigia cæli; 795  
 Quo deſeſſus equis Phoebus ſubſiſtit anhelis,  
 Diſcernitque diem, medianque examinat horam.  
 Ima tenet quartus fundato nobilis orbe;  
 In quo principium eſt reditus, finiſque cadendi  
 Sideribus; pariterque occaſus cernit & ortus. 800  
 Hæc loca præcipuas vires, ſummoſque per artem  
 Fatorum effectus referunt: quod totus in illis  
 Nititur æternis veluti compagibus orbis.  
 Quæ niſi perpetuis alterna forte volentem

Curſibus

Vulg. v. 775. VERTIT. 777. ATQUE. 797. DECLINAT-  
 QUE—MEDIASQUE—UMBRAS. 803. ÆTHEREIS.



Curfibus excipiant, neſtantque in vincula, bina 805  
 Per lătera , atque inum templi ſummuſque cacu-  
 men ;

Diffociata fluat reſoluto machina mundo.

Sed diverſa tamen viſ eſt in cardine quoque ;  
 Et pro ſorte loci variant , atque ordine diſtant.  
 Primus erit , ſummi qui regnat culmine cœli , 810  
 Et medium tenui partitur limite mundum ;  
 Quem capit excella ſublimem gloria ſede.  
 Scilicet hæc tutela decet ſaſtigia ſumma ,  
 Quicquid ut emineat ſibi vindicet , & decus omne  
 Aſſerat , & varios tribuendo regnet honores. 815  
 Hinc favor , & ſpecies , atque omnis gratia vulgi :  
 Reddere jura ſorô , componere legibus urbem :  
 Fœderibuſque ſuis externas jungere gentes :  
 Et pro ſorte ſua cujuſque extollere nomen.

Proximus , eſt ima quamquam ſtatione locatus, 820  
 Suſtinet æternis nixum radicibus orbem :

Effectu minor in ſpeciem , ſed major in uſum :  
 Fundamenta tenet rerum , cenſuſque gubernat.

*Quam rata ſint ſoſſis , ſcrutatur , vota metallis ;*

*Atque ex occulto quantum contingere poſſit.* 825

Tertius æquali pollens in parte , nitentem  
 Qui tenet exortum , qua primum ſidera ſurgunt ,  
 Unde dies reſcit , & tempus deſcribit in horas :  
 Hinc inter Graias horoſcopos editur urbes :  
 Nec capit externum , proprio quia nomine gaudet.

830

Hic tenet arbitrium vitæ , hic regula morum eſt :  
 Fortunamque dabit rebus , ducetque per artes :  
 Qualiaque excipiant naſcentes tempora prima ,  
 Quos capiant cultus , quali ſint ſede creati ,

Ut

Vulg. v. 817. ORBEM. 820. AST. 821. ALTERIUS. 822.  
 SPECIE—USU. 826. EQUÉ ILLI. 831. VITÆ ATQUE.

Utrumque admixtis subscribent viribus astra. 835  
 Ultimus, emenso qui condit sidera mundo,  
 Occasumque tenens submersum despicit orbem;  
 Pertinet ad rerum summas, finemque laborum,  
 Conjugia atque epulas, extremaque tempora vitæ,  
 Otiaque, & coetus hominum, cultusque deorum. 840

Nec contentus eris percepto cardine quoquam.  
 Intervalla etiam memori sunt mente notanda,  
 Per quadrum dimensa, suas reddentia vires.  
 Quicquid ab exortu summum curvatur in orbem,  
 Ætatem primam nascentesque asserit annos. 845  
 Quod summo premitur devexum culmine mundi,  
 Donec ad occasus veniat; puerilibus annis  
 Succedit, teneramque regit sub sede juventam.  
 Quæ pars occasus infra est, imumque sub orbem  
 Descendit; regit hæc maturæ tempora vitæ, 850  
 Perpetua serie varioque exercita cursu.  
 At qua perficitur cursus quadrante sub imo,  
 Tarda supinatum lassatis viribus arcum  
 Ascendens; seros demum complectitur annos,  
 Labentemque diem vitæ, tremulamque senectam. 855

Omne quidem signum sub qualicumque figura  
 Partibus inficitur mundi: locus imperat astris,  
 Et dotes noxamve facit. vertuntur in orbem  
 Singula, & accipiunt vires ultroque remittunt.  
 Vincit enim natura genus, legesque ministrat 860  
 Finibus in propriis, & prætereuntia cogit  
 Esse sui moris, vario nunc ditia honore,  
 Nunc

Vulg. v. 837. RESPICIT. 839. CONJUNGITQUE. 843.  
 MAJUS. 845. ÆTATIS PRIMÆ. 848. GERIT. 849. IN-  
 FER. 851. ET PROPRIA. 852. REDEUNTE. 855. LABEN-  
 TESQUE DIES. 858. NOXAMQUE. 859. CÆLOQUE. 862.  
 DIVES.

Nunc sterilis poenam referentia sidera fedis.  
 Quæ super exortum est a summo tertia cælo,  
 Infelix regio, rebusque inimica futuris, 865  
 Et vitio fecunda nimis: nec sola sed illi  
 Par erit, adverso quæ fulget sidere sedes.  
*Juncta sub occasu, neu præstet cardine mundi,*  
 Utraque prætenta fertur dejecta ruina:  
 Porta laboris erit; scandendum est, atque cadendum. 870

Nec melior super occasus, contraque sub ortu  
 Sors agitur mundi. præceps hæc, illa superne  
 Pendens, aut metuit vicino cardine finem,  
 Aut fraudata cadet. merito Typhonis habentur  
 Horrendi sedes, quem tellus sæva profudit 875  
 Cum bellum cælo peperit: vix matre minores  
 Extiterunt partus; sed fulmine rursus in alvum  
 Compulsi, montesque super rediere cadentes;  
 Cessit & in tumulum belli vitæque Typhœus.  
 Ipsa tremit mater flagrantem monte sub Ætnæ. 880  
 At, quæ fulgentis sequitur fastigia cæli,  
 Proxima vix ipsi cedat cui jungitur astro;  
 Spe melior, palmamque petens, victrixque priorum  
 Altius insurgit, summæ comes addita fini:  
 In pejusque manent cursus, nec vota supersunt. 885  
 Quocirca minime est mirum, si proxima summæ  
 Atque eadem interior, fortunæ sorte dicatur,  
 Cui titulus forti: censum sic proxima Graiæ  
 Nostra subit linguæ, vertitque a nomine nomen.  
 Juppi-

Vulg. v. 863. POENAMQUE FERENTIA—SÆCLIS. 869.  
 UT QUÆ PRÆTERITA. 871. OCCASUM. 875. HORREN-  
 DÆ. 876. NEC. 877. ALTUM. 879. TYPHOEUS. 881.  
 FULGENTI—CÆLO. 882. NEVE—QUI FUNGITUR. 885.  
 IMPERIIS. 886. SUMMO. 887. VENERANDA. 888. FE-  
 LIX—SL

Juppiter hac habitat : fortunæ crede regenti, 890  
 Huic in perversum similis dejecta sub orbe ,  
 Imaque submersi contingens culmina mundi ,  
 Adversa quæ parte nitet ; defessa peracta  
 Militia, rursusque novo devota labori,  
 Cardinis & subitura jugum fortemque potentem ;

895

Nondum sentit onus mundi , jam sperat honorem.  
 Dæmonien memorant Graii : Romana per ora  
 Quæritur In versu titulus. tu corde sagaci  
 Conde locum , numenque dei nomenque potentis.  
 Quæ tibi posterius magnos revocentur ad usus. 900  
 Hic momenta manent nostræ plerumque salutis ,  
 Bellaque morborum cæcis pugnancia telis ,  
 Viribus ambigua in geminis casusque deique ,  
 Nunc huc nunc illuc sortem mutantis utramque.  
 Sed medium post articulum , curvataque primum

905

Culmina nutantis summo de vertice mundi ,  
 Degere Phoebus amat : sub quo quoque corpora  
 nostra

Dotes & vitia & fortunam ex viribus ejus  
 Concipiunt. deus ille locus sub nomine Graio  
 Dicitur. huic adversa nitens, quæ prima resurgit 910  
 Sedibus ex imis iterumque reducit olympum ,  
 Pars mundi furvumque nitet , mortelque gubernat ;  
 Et dominam agnoscit Phœben , fraterna videntem  
 Terga , per adversas cæli fulgentia partes.  
*Fataque damnosis imitantem finibus oris.*

915

Huic

Vulg. v. 890. HOC. 892. FULMINA. 898. INVERSO—  
 SUB. 900. REVOCANTUR. 903. AMBIGUUM—CAUSA—  
 QUE DIEI. 905. MEDII post ASTRA DIE. 907. ÆTHERA.  
 908. DECERNUNT. 911. iterum reducit. 912. FULVUM—  
 QUE—NOCTEMQUE. 914. REGNA.

Huic parti dea nomen erit Romana per ora :  
 Græcia voce sua titulum designat eundem.  
 Arce sed in cæli, qua summa acclivia finem  
 Inveniunt, qua principium declivia sumunt,  
 Culminaque insurgunt occasus inter & ortus, 920  
 Suspenduntque suo libratum examine mundum;  
 Asserit hanc Cytherea sibi per sidera sedem,  
 Et velut in facie mundi sua collocat ora,  
 Per quæ humana regit. propria est hæc reddita

parti  
 Vis, ut connubia & thalamos tēdasque gubernet.  
 Hæc tutela decet Venerem, sua tela movere. 926  
 Nomen erit fortuna loco; quod percipe mente,  
 Ut brevia in longo compendia carmine præstem.  
 At qua subsidit converso cardine mundus  
 Fundamenta tenens, adversum & suspicit orbem,  
 Ac media sub nocte jacet; Saturnus in illa 931  
 Parte suas agitat vires, dejectus & ipse  
 Imperio quondam mundi folioque deorum;  
 Et pater in patrios exercet numina casus,  
 Fortunamque senum. prima est tutela duorum, 935  
 Nascentum atque patrum, quæ tali condita parte est.  
 Asper, & attentus, titulum cui Græcia fecit  
 Dæmonium, signatque suas pro nomine vires.  
 Nunc age surgentem primo de cardine mundum  
 Respice, qua solitos nascentia signa recursus 940  
 Incipiunt; udus gelidis ut Phoebus ab undis  
 Enatat, & fulvo paulatim accenditur igne:  
 Hæc tua templa ferunt, Maja Cyllenie late,  
*O facies signata nota. quod nomen & ipsi*  
*Auctores tibi dant artis, quæ ducit Olympum:* 945

E

In

Vulg. v. 923. VELUTI FACIEM. 925. AC. 940. SOLI-  
 DO — RECURSU. 943. TE.

In quīs fortunam natorum condidit omnem  
 Natura, eque illis suspendit vota parentum.  
 Unus in occasu locus est super : ille ruentem  
 Præcipitat mundum, tenebris & sidera mergit,  
 Tergaque prospectat Phoebi, qui viderat ora. 950  
 Ne mirere, nigri si Ditis janua fertur,  
 Et finem vitæ retinet, mortique dicatur.  
 Hic etiam ipse dies moritur, terrasque per orbem  
 Subripit, & noctis cælum sub carcere claudit.  
 Necnon & fidei tutelam vindicat ipsam, 955  
 Pectoris & pondus. tanta est in sede potestas,  
 Quæ vocat & condit Phoebum, recipitque refert-  
 que,

Continuatque diem. tali sub sorte notandæ  
 Templorum tibi sunt vires, quæ pervolat omnis  
 Astrorum series, ducitque & commodat illis 960  
 Ipsa suas leges; stellæque ex ordine certo,  
 Ut natura finit, lustrant; variasque locorum  
 Efficiunt vires; utcumque aliena capeffunt  
 Regna, & in externis subsidunt hospita castris.  
 Hæc mihi sub certa stellarum parte canentur. 965  
 Nunc satis est cæli partes titulosque notasse,  
 Effectusque loci per se cuiusque, deosque,  
 Cui parti nomen posuit, qui condidit artem,  
 Octo topus; per quos stellæ in diversa volantes  
 Quos reddant motus, proprio venit ordine rerum.

970

Vulg. v. 946. QUA. 947. ILLA. 949. TERRIS—MERSAT.  
 952. LOCATUR. 953. HINC—TERRÆQUE. 954. CAPTUM.  
 958. CONSUMITQUE—SORTÊ. 959. QUAS. 961. IPSE.  
 969. stellæ diversa VOLENTES. 970. REDDENT.

M. MA-

# M. MANILII ASTRONOMICON<sup>A</sup> LIBER TERTIUS.

**I**N nova surgentem , majoraque viribus ausum ,  
Nec per inaccessos metuentem vadere saltus  
Ducite Pierides : vestros extendere fines  
Conor , & inriguos in gramina ducere fontes.

Non ego in excidium cæli nascentia bella , 5  
Fulminis & flamma partus in matre sepultos ;  
Non conjuratos reges , Trojaque cadente  
Hectora venalem cineri , Prianiumque ferentem ;  
Colchida nec referam , vendentem regna parentis  
Et lacerum fratrem stupro ; segetesque virorum , 10  
Taurorumque truces flammæ , vigilemque draco-  
nem ,

Et reduces annos , auroque incendia facta ,  
Et male conceptos partus , pejusque necatos :  
Non annosa canam Messanæ bella nocentis ;  
Septenosve duces , ereptaque fulmine flammis 15  
Mœnia Thebarum , & victam , quia vicerat , ur-  
bem :

Germanosve patris referam , matrisque nepotes ;  
Natorumve epulas , conversaque sidera retro ,  
Ereptumque diem ; nec Persica bella profundo  
Indicta , & magna pontum sub classe latentem , 20

E 2

Im-

Vulg. v. 4. CARMINA—CANTUS. 6. FLAMMAS PARTUS-  
QUE. 15. SEPTENOSQUE. 16. QUÆ. 17. GERMANOS-  
QUE. 18. NATORUMQUE.

Immissumque fretum terris, iter æquoris undis :  
 Non regis magni spatium maiore canenda,  
 Quam sint acta, loquar : Romanæ gentis origo,  
 Quotque duces urbis, tot bella atque otia, & omnis  
 In populi unius leges ut cesserit orbis, 25  
 Differtur : facile est ventis dare vela secundis;  
 Fecundumque solum varias agitare per artes;  
 Auroque atque ebori decus addere, cum rudis ipsa  
 Materies niteat : speciosis condere rebus  
 Carmina vulgatum est opus, & componere sim-  
 plex. 30

At mihi per numeros ignotaque nomina rerum,  
 Temporaque & varios casus, momentaque mundi,  
 Signorumque vices, partesque in partibus ipsis,  
 Luctandum est : quæ nosse nimis, quid ? dicere  
 quantum est ?

Ordine quid proprio ? pedibus quid jungere certis ? 35

Huc ades, o quicumque meis advertere cœptis  
 Aurem oculosque potes, veras & percipe voces;  
 Intendas animum : nec dulcia carmina quæras;  
 Ornari res ipsa negat, contenta doceri.  
 Et si qua externa referentur nomina lingua, 40  
 Hoc operis, non vatis erit. non omnia flecti  
 Possunt, & propria melius sub voce notantur.  
 Nunc age subtili rem summam perspice cura,  
 Quæ tibi præcipuos usus monstrata ministret,  
 Et certas det in arte vias ad fata videnda, 45  
 Si bene constiterit vigilanti condita sensu.  
 Principium rerum & custos natura latentum,  
 Cum tantas strueret moles per mœnia mundi,

Et

Vulg. v. 22. REGES MAGNOS. 23. SI TACTA. 24. TOT-  
 QUE duces ORBIS—TOT. 33. QUORUM QUÆQUE. 35.  
 CARMINE. 38. IMPENDAS. 44. MINISTRAT. 45. DAT.



Et circumfufis orbem concluderet aſtris  
Undique pendentem in medium, diverſaque mem-  
bra 50.

Ordinibus certis ſociaret corpus in unum,  
Aëraque & terras flammamque undamque na-  
tantem

Mutua in alternum præbere alimenta juberet;  
Ut tot pugnantes regeret concordia cauſas,  
Staretque æterno religatus fœdere mundus; 55  
Exceptum a ſumma ne quid ratione maneret,  
Et quod erat mundi, mundo regeretur ab ipſo;  
Fata quoque & vitas hominum ſuſpenderit ab aſtris:  
Quæ ſummas operum partes, quæ lucis honorem,  
Quæ famam aſſerent, quæ numquam feſſa vola-  
rent: 60

Quæ, quaſi per mediam mundi præcordia partem  
Diſpoſita obtineant, Phœbum lunamque vagal-  
que

Evincant ſtellas, necnon vincantur & ipſa.  
His regimen natura dedit, propriasque ſacravit  
Unicuique vices, ſanxitque per omnia, ſummam  
Undique uti fati ratio traheretur in unam. 66  
Nam quodcumque genus rerum, quodcumque la-  
borum,

Quæque opera atque artes, quicumque per omnia  
caſus

Humanæ in vitæ poterant contingere ſorte  
Complexa eſt: tot & in partes, quot & aſtra locarat,  
Diſpoſuit; certasque vices, ſua munia cuique 71  
Attribuit; totumque hominis per ſidera cenſum  
Ordine ſub certo duxit, pars ſemper ut eidem  
E 3 Confinis

Vulg. v. 55. ALTERNO. 69. HUMANA in VITA. 70. NO-  
TARAT. 71. RES POSUIT—MOMINA.

Confinis parti vicinis staret in arvis.

Horum operum sortes ad singula signa locavit, 75

Non ut in æterna cæli statione manerent,

Et cunctos hominum pariter traherentur in ortus

Ex iisdem repetita locis; sed tempore sedes

Nascentum acciperent proprias, signisque migra-  
rent,

Atque alias alii fors quæque accederet astro, 80

Ut caperet genitura novam per sidera formam,

Nec tamen incerto confunderet omnia motu:

Sed cum pars operum, quæ prima condita sorte est,

Accepit propriam nascentis tempore sedem,

Cetera succedunt, signisque sequentibus hærent. 85

Ordo ducem sequitur, donec venit orbis in orbem.

Has autem facies rerum per signa locatas,

In quibus omnis erit fortunæ condita summa,

Utrumque aut stellæ septem læduntve juvantve;

Cardinibusve movet divina potentia mundum: 90

Sic felix aut triste venit per singula fatum,

Talis & ullius fors est speranda negoti.

Hæc mihi sollempni sunt ordine cuncta canenda,

Et titulis signanda suis rerumque figuris;

Ut pateat positura operum nomenque genusque. 95

Fortunæ fors prima data est: hoc illa per artem

Censetur titulo, quia proxima continet in se

Fundamenta domus, domuique hærentia cuncta:

Qui modus in servis, qui sit concessus in arvis,

Quaque datum magnas operum componere moles;

Ut vaga fulgentis concordant sidera cæli. 101

Posthinc militiæ locus est; qua quicquid in armis,

Quodve peregrinas inter versantibus urbes

Accidere

Vulg. v. 80. ALIIS ALIO. 83. PARTE. 80. UT FIT CUM.  
90. MUNDI. 92. ILLIUS. 102. POST HANC. 103. QUOD-  
QUE.

Accidere affuevit, titulo comprehenditur uno.  
Tertia ad urbanos statio est numeranda labores.

109

Hoc quoque militiæ genus est, civilibus actis  
Compositum, fideique tenet parentia vincla:  
Format amicitias, & sæpe cadentia frustra  
Officia; &, cultus contingant præmia quanta,  
Edocet; appositis cum mundus consonat astris. 110  
Judiciorum opus in quarta natura locavit,  
Fortunamque fori, fundentem verba patronum,  
Pendentemque reum lingua voltuque loquentis  
Composito; & populo nudantem condita jura,  
Atque expensa sua solventem jurgia fronte, 115  
Cum judex veri nihil amplius advocat ipso.  
Quicquid propositas inter facundia leges  
Efficit, hoc totum partem concessit in unam;  
Atque, utcumque regunt dominantia sidera, paret.  
Quintus conjugio gradus est per signa dicatus, 120  
Et socios tenet & consortes, hospitiiisque  
Fungitur, & similes conjungit foedere amicos.  
In sexta dives numeratur copia fede,  
Atque adjuncta salus rerum: quarum altera, quanti  
Contingant usus, monet; altera, quam diuturni;  
125

Sidera ut inclinant vires, & templa gubernant.  
Septima censetur sævis horrenda periclis,  
Si male subscribunt stellæ per signa locatæ.  
Nobilitas tenet octavam; qua constat honoris  
Conditio, & famæ modus, & genus, & specioso  
Gratia prætextu. nonus locus occupat omnem 131  
Gnatorum fortem dubiam, patriosque timores,  
E 4 Omnia

Vulg. v. 111. QUARTO. 113. ROSTRISQUE LOQUEN-  
TEM. 114. IN POSITA. 119. PARENT. 121. COMITES AT-  
QUE HOSPITIUM UNA. 122. JUNGITUR—CONJUNGENS.

Omniaque infantum mixta nutritia turba.  
 Huic vicinus erit, vitæ qui continet actum:  
 In quo fortimur mores, & qualibus omnis 135  
 Formetur domus exemplis; quaque ordine certo  
 Ad sua compositi discedant munera servi.  
 Præcipua undecima pars est in sorte locata,  
 Quæ summam nostri semper, viresque gubernat;  
 Quaque valetudo constat, nunc libera morbis, 140  
 Nunc oppressa; movent ut mundum sidera cumque.  
 Non alia est sedes, tempusve genusve medendi  
 Quæ sibi deposcat, vel cuius tempore præstet  
 Auxilium in vitæ succos miscere salubres.  
 Ultimus & totam concludens ordine summam 145  
 Rebus apiscendis labor est, qui continet omnes  
 Votorum effectus, & quæ sibi quisque suisque  
 Proponit studia atque artes, hæc irrita ne sint:  
 Seu ferat officium, nutus blanditus in omnes:  
 Aspera sive foro per litem jurgia tentet, 150  
 Fortunamve petat pelago, ventisque sequatur:  
 Seu Cererem plena vincentem credita messe,  
 Aut repetat Bacchum per pingua musta fluentem:  
 Hac in parte fides, inque hac momenta dabuntur;  
 Si bene convenient stellæ per signa sequentes: 155  
 Quarum ego posterus vires in utrumque valentes  
 Ordine sub certo reddam, cum pandere earum  
 Incipiam effectus. nunc ne permixta legentem  
 Confundant, nudis satis est insistere membris.  
 Et quoniam certo digestos orbe labores, 160  
 Nominaque in numerum, viresque exegimus omnes;  
 Athla vocant Graii; quod cuncta negotia rerum  
 In genera & partes bis sex divisa coercet:  
 Nunc, quibus ascendant signis quandoque, canen-  
 dum est.  
 Perpetuas

Vulg. v. 136. QUOQUE. 144. ET. 154. DIES ATQUE  
 HÆC. 160. TOTO. 162. QUÆ. 163. COHERENT.

Perpetuas neque enim sedes, eademve per omnes  
165

Sidera nascentes retinent: sed tempore mutant,  
Nunc huc nunc illuc signorum mota per orbem;  
Incolumis tamen ut maneat, qui conditus ordo est.  
Ergo age, ne falsa variet genitura figura,  
Si sua quemque voles revocare ad signa laborem,  
Fortunæ conquire locum per sidera cuncta: 171

*Qua primo pars est numero sic dicta sub athlis.*

Qui tibi cum fuerit certa ratione repertus,  
Cetera prædicto subeuntibus ordine signis  
Conjunges, teneant proprias ut singula sedes. 175

Et ne forte vagus fortunæ quærere sedem

Incipias, duplici certam ratione capesse.

Cum tibi, nascentis percepto tempore, forma

Constiterit cæli, stellis ad signa locatis,

Transverso Phoebus si cardine celsior ibit, 180

Qui tenet exortum, vel qui demergit in umbras,

Per tempus licet affirmes natum esse diei.

At si subjectis Phoebus fulgebit in astris

Inferior dextra lævaque tenentibus orbem

Cardinibus, noctis fuerit per tempora natus. 185

Hæc tibi cum fuerint certo discrimine nota,

Tunc si forte dies nascentem exceperit alma,

A sole ad lunam numerabis in ordine partes

Signorum: ortivo totidem de cardine duces,

Quem bene partitis memorant horoscopton athlis.

190

In quodcumque igitur numerus pervenerit astrum,

Hoc da fortunæ. junges tunc cetera signis

Athla suis, certo subeuntibus ordine cunctis.

E 5

At

Vulg. v. 165. EADEMQUE. 170. FATA. 171. PERQUIRE.  
177. DUPLICEM CERTA. 181. UNLAS. 183. SENIS. 190.  
ASTRIS.

At cum obducta nigris nox orbem texerit alis ,  
 Si quis erit , qui tum materna excefferit alvo , 195  
 Verte vias , sicut naturæ vertitur ordo.

Consule tum Phœben imitantem lumina fratris  
 Semper , & in proprio regnantem tempore noctis .  
 Quotque ab ea Phœbus partes & signa recedit ,  
 Tot numerare jubet fulgens horoscopus a se. 200  
 Hunc fortuna locum teneat subeuntibus athlis ,  
 Ordine naturæ sicut sunt cuncta locata.

Forſitan & quæras agili rem corde notandam ,  
 Qua ratione queas a tali tempore nati  
 Exprimere immerſo furgentem horoscoſon orbe.  
 Quod niſi ſubtili viſum ratione tenetur , 206  
 Fundamenta ruunt artis , nec conſonat ordo :  
 Cardinibus quoniam falſis , qui cuncta gubernant ,  
 Mentitur faciem mundus , nec conſtat origo ,  
 Flexaque momento variantur ſidera templi. 210  
 Sed quanta effectū reſ eſt , tam plena laboris ,  
 Curſibus æternis mundum per ſigna volantem ,  
 Ut totum luſtret curvatis arcubus orbem ,  
 Exprimere ; & vultus ejus componere certos ;  
 Ac tantæ molis minimum comprehendere punctum :  
 Quæ pars exortum , vel quæ falſtigia mundi , 216  
 Aut ſeros obitus aut imum obſederit orbem.

Nec me vulgatæ rationis præterit ordo ,  
 Quæ binas tribuit ſignis furgentibus horas ,  
 Et paribus ſpatiis æqualia digerit aſtra : 220  
 Ut parte ex illa , qua Phœbi cœperit orbis ,  
 Diſcedat numerus , ſummamque accomodet  
 aſtris ,

Donec perveniat naſcentis tempus ad ipſum :  
 Atque

Vulg. v 215. DEPRENDERE. 217. FERAT OCCASUS aut  
 IMO SEDERIT ORBE.

Atque ubi substiterit, signum dicatur oriri.  
 Sed jacet obliquo signorum circulus orbe, 225  
 Atque alia inflexis oriuntur sidera membris :  
 Ast illis magis est rectus surgentibus ordo,  
 Ut propius nobis aliquod, vel longius astrum est.  
 Vix finit lucēs cancer, vix bruma reducit :  
 Quam brevis ille jacet, tam longus circulus hic est.

230

Libra ariesque parem reddunt noctemque diemque.  
 Sic media extremis pugnant, postremaque primis.  
 Nec nocturna minus variant, quam tempora lucis :  
 Sed tantum adversis idem stat mensibus ordo.  
 In tam dissimili spatio, variisque dierum 235  
 Umbrarumque modis, quis possit credere in auras  
 Omnia signa pari mundi sub lege meare ?  
 Adde quod incerta est horæ mensura, neque ullam  
 Altera par sequitur : sed sicut summa dierum  
 Vertitur; & partes surgunt, rursusque recedunt :

240

Cum tamen in quocumque dies deducitur astro,  
 Sex habeat supra terras, sex signa sub illis.  
 Quo fit ut in binas non possint omnia nasci,  
 Cum spatium non sit tantum brumalibus horis;  
 Si modo bis fenæ servantur luce sub omni, 245  
 Quem numerum debet ratio, sed non capit usus.

Nec tibi constabunt aliter vestigia veri,  
 Ni, lucem noctemque pares dimensus in horas,  
 In quantum vario pateant sub tempore noris;  
 Regulaque exacta primum formetur in hora, 250  
 Quæ sub lance dies æqua perpendat & umbras.  
 Hæc erit, in libra cum lucem vincere noctes

Incipiunt,

Vulg. v. 230. ILLA. 232. EXTREMAQUE SUMMIS. 239.  
 PARS. 244. PUGNANTIBUS. 250. EXACTAS — HORAS.  
 251. SIGNETQUE DIEM SEDES.

Incipiunt, vel cum medio concedere vere.  
 Tunc etenim solum bis senas tempora in horas  
 Æqua patent, medio quod currit Phoebus olym-  
 po. 255

Is cum per gelidas hiemes submotus in austros  
 Fulget in octava capricorni parte biformis;  
 Tunc angusta dies vernaes fertur in horas  
 Dimidiam atque novem: sed nox oblita diei  
 Bis septem, apposita numerus ne claudicet hora 260  
 Dimidia. sic in duodenas exit utrimque,  
 Et redit in solidum naturæ condita summa.  
 Inde cadunt noctes, surguntque in tempora luces;  
 Donec ad ardentis pugnarunt sidera cancro.  
 Atque ibi conversis vicibus mutantur in horas 265  
 Brumales; noctemque dies, lucemque tenebræ  
 Hibernam referunt, alternaque tempora vincunt;  
 Nunc huc nunc illuc gradibus per sidera certis  
 Impulsæ: quarum ratio manifesta per artem  
 Collecta est, venietque suo per carmina textu. 270  
 Atque hæc Niliacas demum est mensura per oras,  
 Qua rigat æstivis gravidus torrentibus arva  
 Amnis, & erumpens imitatur sidera mundi  
 Per septem fauces, atque ora fugantia pontum.

- Nunc age, quot stadiis & quanto tempore sur-  
 gent 275
- Sidera, quotque cadant, animo cognosce sagaci;  
 Ne magna in brevibus pereant compendia dictis.  
 Nobile lanigeri sidus, quod cuncta sequuntur,  
 Dena quater stadia exoriens, duplicataque ducit  
 Cum cadit: atque horam surgens ejusque trientem

280

Occupat;

Vulg. v. 256. HIC. 261. UTRUMQUE. 271. EST ILLAS  
 DEMUM. 272. QUAS—AMNIS. 273. NILUS. 277. magna  
 brevibus CAREANT.



Occupat ; occiduus geminat : tum cetera signa  
 Octonis crescunt stadiis orientia in orbem ,  
 Et totidem amittunt gelidas vergentia in umbras.  
 Hora novo crescit per singula signa quadrante ,  
 Tertiaque in quinas partes pars ducitur ejus. 285  
 Hæc sunt ad libræ sidus surgentibus astris  
 Incrementa : pari momento damna trahuntur ,  
 Cum subeunt orbem. rursusque a sidere libræ ,  
 Ordine mutato , paribus per tempora versa  
 Momentis redeunt. nam per quot creverat astrum  
 Lanigeri stadia aut horas , tot libra recedit. 291  
 Occiduusque aries spatium tempusque cadendi  
 Quod tenet , in tantum chelæ confurgere per-  
 stant.

Ejus in exemplum se signa sequentia vertunt.  
 Hæc ubi constiterint vigilanti condita mente , 295  
 Jam facile est tibi , quod quandoque horoscopet  
 astrum ,

Noscere : cum liceat certis surgentia signa  
 Ducere temporibus , propriisque ascribere in horas  
 Partibus ; ut ratio signis ducatur ab illis ,  
 In quibus Phœbus erit ; quorum mihi reddita sum-  
 ma est. 300

Sed neque per terras omnes mensura dierum  
 Umbrarumque eadem est, simili nec tempora summa  
 Mutantur : modus est varius statione sub una.  
 Nam qua Phryxæi ducuntur vellera signi ,  
 Chelarumque fides , justæque examina libræ ; 305  
 Omnia confurgunt binas ibi signa per horas :  
 Quod melius recto præcingitur ordine mundus ,  
 Equalisque super transversum vertitur axem.

Illic

Vulg. v. 281. CUM. 285. QUARTAS—INDUCITUR. 292.  
 RUENDI. 296. SI. 303. RATIONE. 304. NUMQUAM. 306.  
 SI. 307. QUO.

Illic perpetua junguntur pace diebus  
 Obscuræ noctes : æquo stat foedere tempus , 310  
*Nec manifesta patet falsi fallacia mundi ,  
 Nec similis simili toto nox redditur ævo.*

Omnibus autumnus signis , ver omnibus unum ;  
 Una quod æquali lustratur linea Phoebo.  
 Nec refert tunc quo Phoebus decurrat in astro ; 315  
 Littoreumne coquat cancrum , contrane feratur ?  
*Sideribus mediis , an quæ sint quattuor inter.*

Quod , quamquam per tres signorum circulus arcus  
 Obliquus jaceat , recto tamen ordine zonæ  
 Confurgunt , supraque caput subterque feruntur ;  
 320

Et paribus spatiis per singula puncta resurgunt :  
 Ac bene diviso mundus latet orbe patetque.  
 At simul ex illa terrarum parte recedas ,  
 Quicquid ad extremos temet deverteris axes ,  
 Per convexa trahens gressum fastigia terræ , 325  
 Quam tereti natura solo decircinat orbem  
 In tumidum , & mediam mundo suspendit ab  
 omni :

Ergo ubi conscendes orbem , scandensque rotundum  
 Degrediere simul ; fugiet pars altera terræ ,  
 Altera reddetur : sed quantum inflexerit orbis , 330  
 Tantum inclinabit cæli positura volantis.  
 Et modo quæ fuerant surgentia limite recto  
 Sidera , curvato ducentur in æthera tractu.  
 Atque erit obliquo signorum balteus orbe ,  
 Qui transversus erat : statio quando illius una est ,  
 Nostræ mutantur sedes. ergo ipsa moveri 336  
 Tempora jam ratio cogit , variosque referre

Sub

Vulg. v. 309. ILLI. 320. TERRASQUE. 321. LUSTRA. 323.  
 ET. 324. AB EXTREMO—PRÆVERTERIT AXE. 325. GRA-  
 DUS. 326. SOLI—ORBE. 328. CONSIDES. 330. ORBEM.

Sub tali regione dies ; cum sidera flexo  
 Ordine conficiant cursus obliqua malignos :  
 Longius atque aliis aliud propiusve recumbat. 340  
 Pro spatio mora cuique datur. quæ proxima nobis  
 Coniungunt , longos cæli visuntur in orbes.  
 Ultima quæ fulgent , citius merguntur in umbras.  
 Et quanto ad gelidas propius quis venerit arctos ,  
 Tam magis effugiunt oculos brumalia signa : 345  
 Vixque ortis occasus erit. si longius inde  
 Procedat , toto condentur singula mense ,  
 Tricenasque trahet connexo tempore noctes.  
*Et totidem lucas adiment. sic parva dierum*  
*Efficitur mora , & attritis consumitur horis ,* 350  
*Paulatimque perit statio fulgentibus astris ,*  
 Pluraque , per partes subrepto tempore , signa  
 Quærentur medio terræ celata tumore ;  
 Abducentque simul Phœbum , texentque tenebras ,  
 Mensibus ereptis donec sit debilis annus. 355  
 Si vero natura sinat sub vertice cæli ,  
 Quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis ,  
 Æternas super ire nives , boreamque rigentem  
 Prona Lycaoniæ spectantem membra puellæ ;  
 Stantis erit cæli species : laterumque meatu 360  
 Turbinis in morem recta vertigine curret.  
 Inde tibi obliquo sex tantum signa patebunt  
 Circuitu , nullos unquam fugientia visus ,  
 Sed teretem inclini mundum comitantia spira.  
 Hic erit una dies per senos undique menses , 365  
 Dimidiumque trahens contextis lucibus annum :  
 Num-

Vulg. v. 341. MAGNA. 343. EFFULGENT CÆCIS—UM-  
 BRIS. 345. OFFICIUNT OCULIS. 346. ORTUS. 347. PRO-  
 CEDAS TOTIS—MEMBRIS. 348. TRAHENT. 352. SUB-  
 RUPTO. 354. ADDUCENT. 358. ORBEMQUE. 360. MEA-  
 TUS. 361. CURRIT. 364. ACCLINI—SEMPER.

Numquam erit occiduus quod tanto tempore Phœ-  
bus,

Dum bis terna suis perlustrat curribus astra;  
Sed circumvolitans recto visetur ab axe.  
At simul e medio præceps descenderit orbe, 370  
Inferiora petens devexo sidera curru,  
Et dabit in primum laxas effusus habenas;  
Per totidem menses junget nox una tenebras  
Vertice sub cæli. nam quisquis spectat ab axe,  
Dimidium e toto tantum videt orbe rotundi: 375  
Pars latet inferior. neque enim circumvenit illum  
Recta acies, mediaque tenuis distinguitur alvo.  
Effugit ergo oculos summo spectantis ab axe,  
Dum sex submersis vectatur Phœbus in astris:  
Sideribus donec totidem quot mensibus actis, 380  
Cesserat unde, redit; geminasque ascendit ad arctos;  
Adducitque simul luces, tenebrasque relinquit.  
Hic locus in binas annum noctesque diesque  
Per duo partitæ dirimit divortia terræ.

Et quoniam quanto variantur tempora motu, 385  
Et quibus e causis, dictum est; nunc accipe, signa  
Quot surgant in quoque loco, cedantque per horas:  
Partibus ut preñdi possint orientia certis,  
Ne falsus dubia ratione horoscopus erret.  
Atque hoc in totum certa sub lege sequendum; 390  
Singula quod nequeunt, per tot distantia motus,  
Temporibus numerisque suis exacta referri,  
A me sumat: iter positum sibi quisque sequatur,  
Perque meos tendens gressus mihi debeat artem.  
Quacumque hoc parte in terrarum quisque requiret,

395  
Deducat

Vulg. v. 368. CURSIBUS. 369. VERSATUR ab ORBE. 371.  
DEJECTO — CURSU. 374. OMNI. 375. ET — MUNDUM —  
ROTUNDO. 378. ORBE. 394. SUOS TENDAT. 395. PARTL

Deducat proprias noctemque diemque per horas;  
 Maxima sub cancro minimis quæ cingitur umbris:  
 Et sextam summæ, fuerit quæ forte, diurnæ  
 Vicino tribuat post cancro templa leoni.  
 At quæ nocturnis fuerit mensura tenebris, 400  
 In totidem partes simili ratione secanda est:  
 Ut, quantum una ferat, tantum tribuatur ad ortus  
 Temporis averso nascentis fidere tauri.  
 Has inter, quasque accipiet Nemeæus in ortus,  
 Quod discrimen erit, per tres id divide partes; 405  
 Tertia ut accedat geminis, quæ tempora tauro  
 Vinciat, atque eadem cancro, similisque leoni:  
 Sic erit ad summam ratio perducta priorem,  
 Quam modo divisus Nemeæus duxerat horis.  
 Inde pari virgo procedat temporis auctu: 410  
 Sed certa sub lege, prioris semper ut astri  
 Incolumem servent summam, crescantque novando.  
 His usque ad chelas horarum partibus aucta,  
 Per totidem a libra decrescent sidera partes;  
 Et quantis utrimque modis tollentur ad ortus, 415  
 Diversam in sortem tantis mergentur ad umbras.  
 Hæc erit horarum ratio ducenda per orbem,  
 Illa quot stadiis oriantur quæque cadantque:  
 Quæ cum tercentum numeris vicienaque constent,  
 Detrahe tot summæ partes, quot ademit utrimque  
 420  
 Omnibus ex horis æstivæ nomine lucis,  
 Solstitium summo peragit dum Phœbus olympo.  
 Quodque his exuperat demptis, id didito in æquas  
 F Sex

Vulg. 7. 403. ADVERSO. 404. NEMEBJUS HORAS. 409.  
 QUOMODO—NEMEA SIBI DUXERIT. 412. SERVET—CRE-  
 SCENSQUE. 413. DENAS—AUCTIS. 414. LIBRÆ—SIDE-  
 RE. 415. IN UTRUMQUE. 420. DETRAHITUR summæ  
 TOTA PARS QUOTA DEMIT. 421. MOMINE NOCTIS.

Sex partes , sextamque ardenti trade leoni.  
 Rursus qui steterit numerus sub nomine noctis, 425  
 Ejus erit signo tauri pars illa dicanda.  
 Quodque hanc exuperat partem , superatur ab illa,  
 Distinguitque duas medio discrimine summas ;  
 Tertia pars ejus numero superaddita tauri  
 Traditur & geminis. simili tunc cetera lucro 430  
 Procedunt , numeros semper tutata priores ;  
 Augebuntque novo vicinas munere summas ,  
 Donec perveniant ad justæ sidera libræ :  
 Ex illa totidem per partes sic breviantur ,  
 Lanigeri ad fines : conversaue omnia lege 435  
 Accipiunt redduntque pares cedentia sortes.  
 Hæc via monstrabit stadiorum ponere summas ,  
 Et numerare suos ortus per sidera cuncta.  
 Quod bene cum propriis simul acceptaveris horis ,  
 In nulla fallet regione horoscopus umquam ; 440  
 Cum poterunt certis numerari singula signa  
 Temporibus , parte ex illa quam Phoebus habebit.  
 Nunc quibus hiberni momentis surgere menses  
 Incipiant ( neque enim paribus per sidera cuncta  
 Procedunt gradibus , nivei dum vellera signi 445  
 Contingant , æquum luces cogentia & umbras  
 Ferre jugum ) magna est ratio , breviterque docenda.  
 Principio capienda tibi est mensura diei ,  
 Quam minimam capricornus agit ; noctisque per  
 horas  
 Quam summam. quoque ab justo superaverit umbra,  
 Et trepident luces , ejus pars tertia signo 451  
 Tradenda est medio : qua semper sorte retenta ;  
 Dimidia ut vincat primum , vincatur & ipsum  
 Extremo , totum in partes ita digere tempus.

Hic

Vulg. v. 425. MOMINE. 432. NOVEM VICENAS MOMI-  
 NA. 433. TEMPORA. 435. MOMINA LEGEM. 436. PER-  
 DUNT. 453. DIMIDIO vincat.

*His opibus tria signa valent. sed summa prioris* 455  
*Accedit numeri conjuncta sequentibus astris.*

Sic erit, ut ternis fuerit si longior horis  
 Brumali nox forte die, capricornus in hora  
 Dimidia attollat luces; & aquarius horæ  
 Ipse suam sortem ducat, summæque priori 460

Adjungat: pisces tantum sibi temporis ipsi  
 Constituant, tantum accipiant de sorte priorum;  
 Ut tribus expletis horis, noctemque diemque  
 Lanigero tradant æquandam tempore veris.

Incipit a sexta tempus procedere parte 465

Dividuum: duplicant vires hærentia signa;

Ultimaque acceptas triplicant. ita summa diebus

Redditur: æquato solvuntur fœnere noctes:

Rursus & incipiunt propria de sorte diebus

Cedere conversa labentia tempora lege. 470

Namque aries totidem deducit noctibus horas,

Quot prius abstulerant proprio sub nomine pisces.

Hora datur tauro: cumulentque ut damna priora,

Dimidiam adjungunt gemini. sic ultima primis

Respondent, pariterque illis quæ proxima fulgent:

475

Et media æquatis censentur viribus astra.

*Præcipuosque gerunt varianda ad tempora motus,*

Hac vice descendunt noctes a sidere brumæ,

Tollunturque dies; annique invertitur ordo,

Solstitium tardi dum fit sub sidere cancri. 480

*Tuncque diem brumæ nox æquat tempora noctis*

*Longa dies, similique redit, quam creverat, actu.*

Illa etiam poterit nascens via ducere ad astrum,

Quod quandoque vadis emissum redditur orbi.

F 2

Nam

Vulg. v. 457. CESSERIT. 458. UT. 460. PROPRIÆ—  
 PRIORIS. 462. QUANTUM. 463. ET. 470. DIVERSA. 478.  
 DISCEDUNT. 479. ORBIS. 480. CUM.

Nam quota sit lucis , si luce requiritur , hora 485  
 Aspicias ; atque hunc numerum revocabis in ipsum  
 Multiplicans decies ; adjectis insuper eidem  
 Quinque tamen summis : quia qualicumque sub hora  
 Ter quinas mundi se tollunt sidera partes.  
 Hic ubi constiterit numerus , conjungere & illas ,  
 490

Quæ superent Phoebo partes per signa , memento.  
 Ex hac tricenae summa per sidera partes :  
 Distribues ; primamque vicem , quo Phoebus in astro  
 Fulserit : inde aliis , solem quæcumque sequentur.  
 Tum quo subsistet numerus consumptus in astro ,  
 495

Quave in parte suam summam momente relinquit,  
 Hæc erit exoriens & pars , & forma. per ignes  
 Continua partes. ubi summam feceris unam ,  
 Tricenae dabis ex illa per singula signa ,  
 Donec deficiat numerus. quaque ille sub astri 500  
 Parte cadat , credas illam cum corpore natam  
 Esse hominis , pariterque orbem vidisse per ignes.  
 Sic erit ipse tibi rapidis quærendus in astris  
 Natalis mundi , certoque horoscopus ortu :  
 Ut cum exacta fides steterit sub cardine primo , 505  
 Fallere non possint summi fastigia cæli ,  
 Non feri te obitus : stent fundamenta sub imo ;  
*Stent veri stellarum ortus , verique subortus.*

Omniaque in proprias vires sortesque recedant.

Nunc sua reddentur generatim tempora signis ,  
 510

Quæ divisa etiam proprios ducuntur in annos ,  
 Et menses , luceque suas , horasque dierum ,  
 Per quæ præcipuas ostendunt singula vires.

Primus

. Vulg. v. 494. HINC. 505. EX HOC SEDES. 506. POS-  
 SIT. 507. SIGNIFER OBLIQUUS. 509. DENIQUE UT.



Primus erit signi , quo sol effulserit , annus ;  
 Annua quòd lustrans consumit tempora mundum.  
 Proximus atque alii subeuntia signa sequuntur. § 16  
 Luna dabit menses , peragit quod menstrua cursum.  
 Tutelæque suæ primas horoscopus horas  
 Asserit atque dies , traditque sequentibus astris.  
 Sic annum , mensesque suos natura diesque , § 20  
 Atque ipsas voluit numerari signa per horas :  
 Omnia ut omne foret divisum tempus in astra ,  
 Perque aliena suos variaret sidera motus ,  
 Ut cujusque vices ageret redeuntis in orbem.  
 Idcirco tanta est rerum discordia in ævo , § 25  
 Et subtexta malis bona sunt , lacrimæque sequun-  
 tur

Vota , nec in cunctos servat fortuna tenorem.  
 Usque adeo permixta fluit , nec permanet usquam ;  
 Amisitque fidem variando cuncta per omnes.  
 Non annis anni , nec menses mensibus usque § 30  
 Conveniunt ; seque ipse dies , aliumque revisit ;  
 Horaque non ulli similis producit horæ.  
 Tempora quod non stant propriis parentia signis ,  
 Per numeros omnes ævi divisa volantis :  
 Talesque efficiunt vires , casusve minantur , § 35  
 Qualia sunt , quorum vicibus tum vertimur , astra.  
 Sunt quibus & cæli placeat nascentis ab ortu ,  
*Sidere , quem memorant horoscopon , inventuris*  
 Parte quod ex illa describitur hora diebus ,  
 Omne genus rationis agi per tempora & astra ; § 40  
 Et capite ex uno menses annosque diesque  
 Incipere atque horas , tradique sequentibus astris :  
 F 3 Et

Vulg. v. § 15. ANNUM—CONSUMMAT—MUNDI. § 23. AL-  
 TERNA. § 27. CUNCTIS. § 30. NON. § 31. REQUIRIT.  
 § 33. SISTANT. § 35. MENSES , CASUSQUE. § 36. CON-  
 VERTIMUR. § 37. PATEAT—HORÆ.

Et quamquam socia nascuntur origine cuncta,  
 Diversas tamen esse vices; quod tardius illa,  
 Hæc citius peragunt orbem: venit omnis ad astrum  
 Hora die bis, mense dies semel, unus in anno §46  
 Mensis, & exactis bis sex jam mensibus annus:  
 Difficile est in idem tempus concurrere cuncta,  
 Unius ut signi pariter sit mensis & annus.

\* Asperiores ut agat mensem: si mensis in astrum  
 Lætius inciderit, signum sit triste diei: §51  
 Si fortuna diem foveat, sit durior hora.  
 Idcirco nihil in totum sibi credere fas est;  
 Non annos signis, menses vertentibus annis,  
 Mensibus aut lucas, aut omnes lucibus horas:

§55  
 Quod nunc illa nimis properant, nunc illa moran-  
 tur;

Et modo deest aliis, modo adest; vicibusque recedit  
 Aut redit; atque alio mutatur tempore tempus  
 Interpellatum variata forte dierum.

Et quoniam docui, per singula tempora, vitæ  
 §60

Quod quandoque genus veniat, cujusque sit astri  
 Quisque annus, cujus mensis simul hora, diesque;  
 Altera nunc ratio, quæ summam continet ævi,  
 Reddenda est, quot quæque annos dare signa fe-  
 rantur.

Quæ tibi, cum finem vitæ per sidera quæris, §65  
 Respicienda manet ratio, numerisque notanda.

Bis quinos annos aries, unumque triente  
 Fraudatum dabit. appositis tu, taure, duobus  
 Vincis; sed totidem geminorum vinceris astro.

Tuque bis octonos, cancer, binosque trientes: §70  
 Bis-

Vulg. v. §47. SOLIBUS. §60. DUXI. §61. VENIT.

Bisque novem, Nemeæ, dabis, bessemque sub illis.  
 Erigone geminatque decem, geminatque trientem.  
 Nec plures fuerint libræ, quam virginis anni.  
 Scorprios æquabit tribuentem dona leonem.  
 Centauri fuerint eadem, quæ munera cancri. 575  
 Ter quinos, capricorne, dares, si quattuor essent  
 Appositi menses. triplicabit aquarius annos  
 Quattuor, & menses vitam producet in octo.  
 Lanigero pisces & forte & finibus hærent;  
 Lustra duo tribuent solidis cum mensibus octo. 580  
 Nec satis est annos signorum noscere certos,  
 Ne lateat ratio finem quærentibus ævi:  
 Templâ quoque & partes cæli sua munera norunt,  
 Et proprias tribuunt certo discrimine summas,  
 Cum bene constiterit stellarum conditus ordo. 585  
 Sed mihi templorum tantum nunc jura canentur:  
 Mox veniet mixtura suis cum viribus omnis.  
 Cum bene materies steterit præcognita rerum,  
 Non interpositis turbabitur undique membris.  
 Si bene constiterit primo sub cardine luna, 590  
 Qua redit in terras mundus, nascentisque tenebit  
 Exortum, octonos decies ducetur in annos,  
 Si duo decedant. at cum sub culmine summo  
 Consistet, tribus hic numerus fraudabitur annis.  
 Bis quadragenis occasus dives in ortos 595  
 Solus erat, numero nisi deesset olympias una.  
 Imaque tricenos bis fundamenta per annos  
 Cententur, bis sex adjectis mensibus ævo.  
 Quodque prius natum fuerit dextrumque trigonum,  
 Hoc sexagenos tribuit, duplicatque quaternos. 600  
 Quod fuerit lævum prælataque ligna sequetur,

F 4

Tri-

Vulg. v. 578. PRODUCIT. 579. PISCIBUS AST ARIES—  
 HÆRENS. 580. DECEM TRIBUET SOLIS. 591. QUO. 595.  
 ACTU. 596. SOLIS.

Tricenos annos duplicat, tres insuper addit.  
 Quæque super signum nascens a cardine primum  
 Tertia forma est, & summo jam proxima cælo,  
 Hæc ter vicanos geminat, tres abstrahit annos. 605  
 Quæque infra veniet spatia divisa sub æquo,  
 Per quinquagenas complet sua munera brumas.  
 Quemque locum superat nascens horoscopus, ille  
 Dena quater revocat vertentis tempora solis,  
 Accumulatque duos cursus, juvenemque relinquit.  
 At qui præcedit surgentis cardinis horam, 611  
 Vicanos ternosque dabit nascentibus annos,  
 Vix degustatam rapiens sub flore juventam.  
 Quod super occasus templum est, hoc dena re-  
 mittit

Annorum spatia, & decimum tribus ampliat annum.  
 Inferius puerum interimet: bis sexque peracti 616  
 Immatura trahent natales corpora morti.

Sed tamen in primis memori sunt mente notanda,  
 Partibus adversis quæ surgunt condita signa,  
 Divisumque tenent æquo discrimine cælum; 620  
 Quæ tropica appellant, quod in illis quattuor anni  
 Tempora vertuntur signis, nodosque resolvunt;  
 Totumque emittunt converso cardine mundum,  
 Inducuntque novæ operum, rerumque figuras.

Cancer ad æstivæ fulget fastigia zonæ, 625  
 Extenditque diem summum, parilique recessu  
 Destruit: at, quanto fraudavit tempore lucas,  
 In tantum noctes auget: stat summa per omne.  
 Tunc Cererem fragili properant destringere culmo;  
 Graius & in patrias denudat membra palæstras; 630  
 Et

Vulg. v. 614. TENTATUM est dena. 615. DECIMAM—AP-  
 PLICAT AUCTIS. 626. PARVOQUE. 627. UT. 628. AU-  
 GESCAT—OMNES. 629. PROPERAT DISTINGUERE. 630.  
 CAMPUS—VARIAS DESTRINGUNT.

Et tepidum pelagus ficcatis languet in undis.  
 Tunc & bella ferro tractantur Marte cruenta ;  
 Nec Scythiam defendit hiems : Germania ficca  
 Jam tellure fugit ; Nilusque tumescit in arva.  
 Hic rerum status est, cancri cum fidere Phoebus 635  
 Solstitium facit, & summo vectatur olympos.

Parte ex adversa brumæ capricornus inertis  
 Per minimas surgit luces, & maxima noctis  
 Tempora ; producitque diem, tenebrasque resolvit :  
 Inque vicem nunc damna facit, nunc tempora sup-  
 plet. 640  
 Tunc riget omnis ager, clausum mare, condita  
 castra.

Nec tolerant medias hiemes sudantia faxes.  
 Statque uno natura loco, paulumque quiescit.  
 Proxima in effectum, & similes referentia motus,  
 Esse ferunt luces æquantia signa tenebris. 645  
 Namque aries Phoebum repetentem sidera cancri  
 Inter principium reditus finemque coercet,  
 Tempora diviso jungens concordia mundo :  
 Convertitque vices, victumque a sidere brumæ  
 Exsuperare diem jubet, & succumbere noctes ;  
 Æstivi donec veniant ad sidera cancri. 651  
 Tunc primum miti pelagus consternitur unda,  
 Et varios audet flores emittere tellus.

Tunc pecudum volucrumque genus per pabula  
 læta  
 In Venerem pastumque ruit, totumque canora, 655  
 Voce nemus loquitur, frondemque virescit in  
 omnem :

Viribus in tantum segnis natura movetur.

F 5

Huic

Vulg. v. 631. JACTATIS. 636. VERSATUR. 637. BRU-  
 MAM—INERTEM. 638. COGIT. 644. effectum similes. 645.  
 NOCTES—DIEBUS. 649. AD SIDERA. 655. PARTUMQUE.

Huic ex aduerso simili cum forte refulget  
 Libra, diem noctemque pari cum foedere ducens;  
 Tantum quod victas usque ad se vincere noctes 660  
 Ex ipsa iubet ad brumam, cum tempora vertit.  
 Tum Liber gruida descendit lenis ab ulmo,  
 Pinguiaque e pressis expumant musta racemis.  
 Mandant & fulcis Cererem, dum terra tepore  
 Autumni resoluta patet, dum femina ducit. 665  
 Quattuor hæc & in arte valent; ut tempora vertunt,  
 Sic hos aut illos rerum flectentia casus,  
 Nec quicquam in prima patientia sede manere.  
 Sed non per totas æqua est versura figuras,  
 Omnia nec plenis flectuntur tempora signis. 670  
 Una dies sub utroque æquat sibi fidere noctem,  
 Dum libra atque aries autumnum verque figurant.  
 Una dies toto cancri longissima signo,  
 Cui nox æqualis capricorni fidere fertur.  
 Cetera nunc urgent vicibus, nunc tempore cedunt.  
 Una ergo in tropicis pars est cernenda figuris, 676  
 Quæ moveat mundum, quæ rerum tempora mutet,  
 Facta novet, consulta alios declinet in usus,  
 Omnia in aduersum flectat, contraque revolvat.  
 Has quidam vires octava in parte reponunt. 680  
 Sunt quibus esse placet decimam. nec defuit auctor,  
 Qui primæ momenta daret frenosque dierum.

Vulg. v. 660. QUO. 661. VINCUNT. 662. PLENUS. 663.  
 IMPRESSIS DESPUMANT. 666. ET tempora. 667. ATQUE.  
 670. VERTUNTUR SIDERA. 671. TEMPORE. 672. NAM.  
 678. FATA. 679. MOMINE—RURSUSQUE. 681. DECIMAS.

M. MA-

# M. MANILII ASTRONOMICON<sup>A</sup> LIBER QUARTUS.

**Q**UID tam sollicitis vitam consumimus annis?  
Torquemurque metu, cæcæque cupidine  
rerum?

Æternisque fenes curis, dum quærimus æ-  
vum,

Perdimus; & nullo votorum fine beati

Victuros agimus semper, nec vivimus umquam? §

Pauperiorque bonis quisque est, quo plura pararit?

Nec quod habet, numerat: tantum quod non ha-  
bet, optat?

Cumque sibi parvos usus natura reposcat,

Materiam struimus magnæ per vota ruinæ?

Luxuriamque lucris emimus, luxuque rapinas? 10

Et summum census pretium est effundere censum?

Solvite, mortales, animos, curasque levate,

Totque supervacuis vitam deplete querelis.

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,

Singula per proprios signantur tempora casus. 15

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

Hinc & opes & regna fluunt, & sæpius orta

Paupertas; artesque datæ, moresque creatis,

Et vitia, & clades, damna, & compendia rerum.

Nemo carere dato poterit, nec habere negatum; 20

For-

Vulg. v. 6. REQUIRIT. 8. SUI. 15. LONGAQUE per  
CERTOS—CURSUS. 17. TUNC. 18. CREATI. 20. CARET  
DAMNO.

Fortunamve suis invitam prendere votis,  
 Aut fugere instantem. fors est sua cuique ferenda.  
 An, nisi fata darent leges vitæque necisque,  
 Fugissent ignes Æneam? Troja sub uno  
 Non everſa viro fatis vicisset in ipsis? 25  
 An lupa projectos nutritet Martia fratres?  
 Roma caſis enata foret? pecudumque magistri  
 In Capitolinos duxissent fulmina montes?  
 Include ſua potuiſſet Juppiter arce?  
 Captus & a captis orbis foret igne ſepulto? 30  
 Vulneribus victor repetiſſet Mucius urbem?  
 Solus & oppoſitis clauſiſſet Horatius armis  
 Pontem urbemque ſimul? rupiſſet ſœdera virgo?  
 Tresque ſub unius fratres virtute jacerent?  
 Nulla acies tantum vicit: pendebat ab uno 35  
 Roma viro, regnumque orbis fortita jacebat.  
 Quid referam Cannas, admotaque moenibus arma?  
 Varronemque fuga magnum (quod vivere poſſit  
 Poſtque tuos Thraſimene lacus) Fabiumque mo-  
 rando.

*Accepiſſe jugum victas Carthaginiſ arces?* 40

*Speratum Hannibalem noſtris cecidiſſe catenis*

*Exilium regi ſurtiva morte luiſſe?*

Adde & utrimque Italas acies, Romamque fuiſſet

Pugnantem membris. adice & civilia bella;

Et Cinnam in Mario, Mariumque in Cæſare victum:

45  
 Quod conſul totiens, exul; quod de exule conſul;

Quod jacuit Libycis compar jactura ruinis,

Eque crepidinibus cepit Carthaginiſ orbem;

Hoc

Vulg. v. 23. AT. 26. AUT. 27. ET NATA. 28. AUXIS-  
 SENT CULMINA. 30. orbis foret: igne ſepulto. 38. PRO-  
 FUGUM—QUAM—POSSE. 39. MORANTEM. 43. ETIAM  
 VIRES ITALAS. 45. CIMBRUM—CARCERE. 46. EXULQUE  
 EX. 47. ET 48. URBEM.



Hoc nisi fata darent , numquam fortuna tulisset.  
 Quis te Niliaco periturum litore , Magne ,  
 Post victas Mithridatis opes , pelagusque receptum,  
 Et tres emenso meritos ex orbe triumphos ,  
 Cum jam etiam posses alium componere Magnum,  
 Crederet ; ut corpus sepeliret naufragus ignis ,  
 Ejectæque rogum facerent fragmenta carinæ ? 55

Quis tantum mutare potest sine numine fati ?  
 Ille etiam cælo genitus , cæloque receptus ,  
 Cum bene compositis victor civilibus armis  
 Jura togæ regeret , totiens prædicta cavere  
 Vulnere non potuit : toto spectante senatu , 60  
 Indiciū dextra retinens nomenque , cruore  
 Delevit proprio ; possent ut vincere fata.

Quid numerem everfas urbes , rerumque ruinas ?  
 Inque rogo Cræsum ; Priamumque in litore trun-  
 cum , 64

Cui nec Troja rogos ? quid Xerxem , majus & ipso  
 Naufragium pelago ? quid Grajo sanguine regem  
 Romanis positum ? raptosque ex ignibus ignes ,  
 Cedentemque viro flammam , quæ templa fere-  
 bat ?

Quot subitæ veniunt validorum in corpora mortes ?  
 Seque ipsæ rursus fugiunt , errantque per omnes. 70

Ex ipsis quidam elati rediere sepulchris :

Atque his vita duplex , illis vix contigit una.

Ecce levis perimit morbus , graviorque remittit :

Succumbunt artes , rationis vincitur usus.

Cura nocet , cessare juvat : mora sæpe malorum 75

Dat causas ; læduntque cibi , parcuntque venena.

Degenerant nati patribus , vincuntque parentes ,

Ingeniumque suum retinent. transitque per illum ,  
 Ex

Vulg. v. 53. COGNOSCERE. 63. REGUMQUE. 66. CAPTO.  
 68. QUI. 70. IGNES.

Ex illo fortuna venit. furit alter amore ,  
 Et pontum tranare potest , & vertere Trojam : 80  
 Alterius fors est scribendis legibus apta.  
 Ecce patrem nati perimunt , natosque parentes :  
 Mutuaque armati coeunt in vulnera fratres.  
 Non hominum hoc scelus est : coguntur tanta mo-  
 veri ;

Inque suas ferri poenas , lacerandaque membra. 85  
 Quod Decios non omne tulit , non omne Camillos  
 Tempus , & invicta devictum mente Catonem ;  
 Materies in rem superat , res lege repugnat.  
 Et neque paupertas breviores excipit annos ,  
 Nec sunt immensis opibus venalia fata. 90  
 Sed rapit ex tecto funus fortuna superbo ,  
 Indicitque rogum fummis , statuitque sepulchrum.  
 Quantum est hoc regnum , quod regibus imperat  
 ipsis ?

Quin etiam infelix virtus , & noxia felix :  
 Et male consultis pretium est , prudentia fallit : 95  
 Nec fortuna probat causas , sequiturque merentes ;  
 Sed vaga per cunctos nullo discrimine fertur.  
 Scilicet est aliud , quod nos cogatque regatque ,  
 Majus ; & in proprias ducat mortalia leges ;  
 Attribuatque suos ex se nascentibus annos , 100  
 Fortunæque vices. permiscet sæpe ferarum  
 Corpora cum membris hominum : non feminis ille  
 Partus erit ; quid enim nobis commune , ferisque ?  
 Quisve in portenti noxam peccarit adulter ?  
 Astra novant formas , cælumque interpolat ora. 105  
 Denique si non est , fati cur traditur ordo ,  
 Cunctaque temporibus certis ventura canuntur ?

Nec

Vulg. v. 84. NOSTRUM hoc BELLUM. 87. INVICTUM  
 DEVICTA MORTE. 88. SED. 91. SCEPTRO. 105. IN-  
 TERSERIT.

Nec tamen hæc ratio facinus defendere pergit,  
 Virtutemve suis fraudare in præmia donis.  
 Nam neque mortiferas quisquam magis ederit her-  
 bas, 110

Quod non arbitrio veniunt, sed femine certo:  
 Gratia nec levior tribuetur dulcibus escis,  
 Quod natura dedit fruges, non nostra voluntas.  
 Sic hominum meritis tanto fit gratia major,  
 Quod cælo gaudente venit: rursusque nocentes 115  
 Oderimus magis, in culpam poenasque creatos.  
 Nec refert, scelus unde cadat: scelus esse faten-  
 dum.

Hoc quoque fatale est, sic ipsum expendere fatum.  
*Quod quoniam docui, superest nunc ordine certo*  
*Celestes fabricare gradus, qui ducere flexo* 120  
*Tramite prudentem valeant ad sidera vatem.*

Nunc tibi signorum mores, summumque colo-  
 rem;

Et studia & varias artes, ex ordine reddam.  
 Dives fecundis aries in vellera lanis,  
 Exuviisque novus rursus, spem semper habebit:  
 125

Naufragiumque inter subitum censusque beatos  
 Crescendo cadet, & votis in damna feretur:  
 In jugulumque dabit fructus, & mille per artes  
 Vellera diversos ex se parientia quæstus:  
 Nunc glomerare rudes, nunc rursus solvere lanas,  
 Nunc tenuare levi filo, nunc ducere tela: 131  
 Nunc emere, & varias in quæstum vendere vestes,  
 Quis sine non poterant ullæ subsistere gentes:  
 Vel sine luxuria tantum est opus. ipsa fuisset

Ass-

Vulg. v. 110. MINUS ODERIT. 113. ULLA. 114. MEN-  
 TI tanto FIT GLORIA. 123. STUDII varias. 125. EXU-  
 TUSQUE NOVIS. 127. NATIS. 131. TELAS.

Afferuit Pallas manibus, dignumque putavit, 135  
Seque in Arachnea magnum portasse triumphum.

Hæc studia & similes dicet nascentibus artes;  
Sed dubia in trepido præcordia pectore finget,  
Seque sua semper cupientia vendere laude.

Taurus simplicibus dictabit rura colonis; 140

Pacatque labor veniet: nec præmia laudis,  
Sed terræ tribuet partus. submittit in astris  
Colla, jugumque suis poscit cervicibus ipse.

Ille, suis Phœbi portat cum cornibus orbem,  
Militem dicit terris, & segnia rura 145

In veteres revocat cultus, dux ipse laboris;  
Nec jacet in fulcis, volvitque in pulvere pectus.

Serranos Curiosque tulit, fascesque per arva  
Tradidit; eque suo dictator venit aratro.

Laudis amor, tacitæ mentes, & corpora tardâ 150  
Mole valent, habitatque puer sub fronte Cupido.

Mollius e geminis studium est, & mitior ætas;  
Per varios cantus, modulataque vocibus ora,  
Et graciles calamos, & nervis infusa verba,  
Ingenitumque sonum: labor est etiam ipsa voluptas. 155

Arma procul, lituosque volunt, tristemque senectam:  
Otia & æternam peragunt in amore juventam.

Inveniunt & in alia vias, numerisque modisque  
Consummant orbem, postque ipsos sidera linquunt.

Natura ingenio minor est, perque omnia servit. 160  
In tot fecundi gemini commenta feruntur.

Cancer ad ardentem fulgens in cardine metam,  
Quam Phœbus fummis revocatus curribus ambit,  
Arti-

Vulg. v. 136. PUTAT ESSE. 138. ET dubia trepido.  
140. DONABIT. 141. PACATISQUE. 142. ARATRIS. 145.  
INDICIT. 147. SOLVITQUE. 157. MORTE. 159. POST-  
QUAM. 162. VITTAM.

Articulum mundi retinet, luceſque reflectit.  
 Ille tenax animi, nullosque effuſus in uſus, 165  
 Attribuit varios quæſtus artemque lucrorum :  
 Merce peregrina fortunam ferre per urbes,  
 Et gravia annonæ ſpeculantem incendia ventis  
 Credere opes, orbique orbis bona vendere poſſe,  
 Totque per ignotas commercia jungere terras, 170  
 Atque alio ſub ſole novas exquirere prædas,  
 Et rerum pretio ſubitos componere cenſus.  
 Navigat, & celeres optando fortibus annos,  
 Dulcibus uſuris, æquo quoque, tempora vendit.  
 Ingenium ſolers, ſuaque in compendia pugna. 175  
 Quis dubitet vaſti quæ ſit natura leonis?  
 Quasque ſuo dictet ſigno naſcentibus artes?  
 Ille novas ſemper pugnas, nova bella ferarum  
 Apparat, & ſpolio vivit pecorumque rapinis :  
 Hic labor, hoc ſtudio, poſtes ornare ſuperbos 180  
 Pellibus, & captas domibus præſigere prædas,  
 Et pacare metu ſilvas, & vivere raptō.  
 Sunt quorum ſimiles animos nec mœnia frenent,  
 Sed pecudum in mortes media graſſantur in urbe,  
 Ut laceros artus ſuſpendant fronte tabernæ, 185  
 Luxuriæque parent cœnam, moresque lucrentur.  
 Ingenium ad ſubitas iras facilesque receptus  
 Æquale; & puro ſententia pectore ſimplex.  
 At quibus Erigone dixit naſcentibus ævum,  
 Aptā magiſterio, nodoque coërcita virgo, 190  
 Ab ſtudio ducet mores, & pectora doctis  
 Artibus inſtituet: nec tam compendia cenſus,

G

Quam

Vulg. v. 169. ORBISQUE ORBI. 179. PECORUM SPO-  
 LIO VIVITQUE. 180. HOC HABET. 184. PECORUM MEM-  
 BRIS—GRASSANTUR. 185. ET 186. CÆDEM MORTES-  
 QUE. 187. RECESSUS. 188. AC QUALE EST PUERO. 190.  
 ORA—NUDOSQUE. 191. AD STUDIUM DUCIT. 192. IN-  
 STITUIT.

Quam causas viresque dabit perquirere rerum.  
 Illa decus linguæ faciet, regnumque loquendi;  
 Atque oculos mentis, qui possint cernere cuncta,  
 Quamvis occultis naturæ condita causis. 196  
 Hic & scriptor erit velox, cui litera verbum est,  
 Quique notis linguam superet, cursimque loquen-  
 tis

Excipiat longas novæ per compendia voces.  
 Ingenio bonus: at teneros pudor impedit annos, 200  
 Magnaque naturæ cohibendo munera frenat.  
 Nec fecundus erit (quid mirum in virgine?) par-  
 tus.

Librantes noctem chelæ cum tempore lucis,  
 Cum nova maturi gustamus munera Bacchi,  
 Mensuræ tribuent usus, ac pondera rerum, 205  
 Et Palamedeis certantem viribus ortum,  
 Qui primus numeros rebus, qui nomina summis  
 Imposuit, certumque modum, propriasque fi-  
 guras.

Hic etiam legum tabulas, & condita jura  
 Noverit, aque notis levibus pendentia verba; 210  
 Et licitum sciet, & vetitum quæ poena sequatur,  
 Perpetuus populi privato in limine prætor.  
 Non alio potius genitus fit Servius astro,  
 Qui leges proprias posuit, cum jura retextit.  
 Denique in ambiguo fuerit quodcumque locatum,  
 Et rectoris egens, diriment examina libræ. 216

Scorpions armatæ metuendus cuspide caudæ,  
 Qua, sua cum Phœbi currum per sidera ducit,  
 Rimatur terras, & fulcis semina miscet,

In

Vulg. v. 195. QUÆ POSSIT. 200. IN VITIO. 202.  
 HINC—QUOD. 204. PER—POST ANNUM TEMPORA. 205.  
 ET—ET. 207. MOMINA. 210. ATQUE. 214. POTIUS—  
 QUAM. 217. ARMATA VIOLENTA—CAUDA. 218. QUÆ

In bellum arduentes animos, & Martia corda 220  
 Efficit, & multo gaudentem sanguine Syllam :  
 Nec præda, quam cæde magis. quin ipsa sub armis  
 Pax agitur : capiunt saltus, silvasque pererrant.  
 Nunc hominum, nunc bella gerunt violenta fe-  
 rarum :

Nunc caput in mortem vendunt, & funus are-  
 næ : 225  
 Atque hostem sibi quisque parat, cum bella quie-  
 scunt.

Sunt quibus & simulacra placent, & ludus in armis ;  
 Tantus amor pugnae, discuntque per otia bellum,  
 Et quodcumque nepæ studium producit astro.

At quis semifero centauri in corpore fors est 230  
 Nascendi concessa, libet subungere currus,  
 Arduentes & equos ad mollia ducere frena,  
 Et totis armenta sequi pascentia campis,  
 Quadrupedum omne genus positis domitare ma-  
 gistris,

Exarmare tigres, rabiemque auferre leoni, 235  
 Cumque elephante loqui, tantamque aptare do-  
 cendo

Artibus humanis varia ad spectacula molem.  
 Quippe feræ mixtum est hominis per sidera corpus :  
 Impositumque manet : quocirca regnat in illas.  
 Quodque intenta gerit curvato spicula cornu ; 240  
 Et nervos tribuit membris, & acumina cordi,  
 Et celeres motus, nec delassabile pectus.

Vesta tuos, capricorne, fovet penetralibus ignes :  
 Hinc artes studiumque trahis. nam quicquid in usus  
 Ignis eget, poscitque novas ad munia flammæ, 245

G 2

Sub

Vulg. v. 220. CASTRA. 221. CIVEM. 222. CUMQUE.  
 228. pugnae EST. 229. PARI—ARTE. 230. QUIBUS IN  
 BIFERO centauri corpore. 235. EXORARE. 236. LOQUENDO.  
 245. AGIT—MUNERA.

Sub te censendum est : scrutari cæca metalla ,  
 Depositas & opes terrarum exquirere venis ,  
*Materiamque manu certa duplicarier arte :*  
 Quicquid & argento fabricetur , quicquid & auro :  
 Quòd ferrum calidi solvant atque æra camini , 250  
 Consummentque foci Cererem , tua munera surgent.  
 Addis & in vestes studium , mercemque fugacem ,  
 Frigore brumalem servans per sæcula sortem ,  
 Qua retrahis ductas summa ad fastigia noctes ,  
 Nascentemque foves revocatis lucibus annum. 255  
 Hinc & mobilitas rerum , mutataque sæpe  
 Mens natat. at melior juncta sub pristæ senectæ est :  
 Pars prior at Veneri mixto cum crimine servit.

Ille quoque , inflexa fontem qui projicit urna ,  
 Cognatas tribuit juvenilis aquarius artes. 260  
 Cernere sub terris undas , inducere terris ,  
 Ipsaque conversis aspergere fluctibus astra ,  
 Littoribusque novis per luxum inludere ponto ,  
 Et varios fabricare lacus , & flumina ficta ,  
 Et peregrinantes domibus suspendere rivos. 265  
 Mille sub hoc habitant artes , quas temperat unda.  
*Quæ per aquas veniunt operum , pontesque sequuntur.*  
 Quippe etiam mundi faciem , sedesque movebit  
 Sidereas , cælumque novum versabit in orbem.  
 Mite genus , dulcesque fluunt ab sidere partus : 270  
 Pectora nec sordent : faciles in damna feruntur :  
 Nec deest , nec superest census. sic profluit urna.

Ultima quos gemini producant sidera pisces ,  
 His erit in pontum studium , vitamque profundo  
 Credent , & puppes , aut puppibus arma parabunt ,

275

Quic-

Vulg. v. 247. TERRÆQUE EXURERE VENAS. 251. CON-  
 SUMANTQUE. 253. SIDERA. 255. FACIS 257. JUNCTO-  
 SUB PISCE. 263. LUDERE. 270. DOCILESQUE.



Quicquid & in proprios pelagus desiderat usus.  
 Innumeræ veniunt artes. vix nomina rebus  
 Sufficiunt. tot sunt parvæ quoque membra carinæ.  
 Adde gubernandi studium. pervenit in astra,  
 Et pontum cælo conjunxit. noverit orbem 280  
 Fluminaque & portus mundi ventosque, necesse est.  
 Jamque huc atque illuc agilem convertere clavum,  
 Et frenare ratem, fluctusque effindere rectos;  
 Aut remos agitare, & lentas flectere tonfas:  
 Et placidum inductis everrere retibus æquor, 285  
 Littoribusque suis populos exponere captos;  
 Aut uncas celare cibis, aut carcere fraudem:  
 Navales etiam pugnas, pendentia bella  
 Attribuunt, pelagique infectos sanguine fluctus.  
 Fecundum genus est natis, & amica voluptas, 290  
 Et celeres motus, mutataque cuncta per ævum.

Hos tribuunt mores, atque has nascentibus artes  
 Bis sex natura propria pollentia signa.  
 Sed nihil in semet totum valet. omnia vires  
 Cum certis sociant signis sub fortibus æquis, 295  
 Et velut hospitio, mundi commercia jungunt,  
 Conceduntque suas partes retinentibus astris.  
 Quapropter Grajæ dixere Decania gentes.  
 A numero nomen positum est, quod partibus astra  
 Condita tricenis triplici sub sorte feruntur, 300  
 Et tribuunt denas in se coëuntibus astris,  
 Inque vicem ternis habitantur singula signis.  
 Sic altis natura manet consepta tenebris,  
 Et verum in cæco est, multaque ambagine rerum.  
 Nec brevis est usus, nec amat compendia cælum. 305  
 Verum aliis alia opposita est & fallit imago,  
 Mentiturque suas vires, & munia celat:

G 3

Quæ

Vulg. v. 278. QUOT. 293. MATERIA. 295. PARTIBUS.  
 298. QUAM PARTEM DECIMAM. 302. SIDERA. 307. NOMINA.

Quæ tibi non oculis , alta sed mente fuganda est  
 Caligo ; penitusque deus , non fronte notandus.  
 Nunc quæ sint conjuncta quibus quoque ordine red-  
 dam ; 310

Ne lateant aliæ vires aliena per astra.  
 Namque aries primam sortem sibi vindicat ipsi :  
 Altera fors tauro , geminis fors tertia cedit.  
 Sic inter trinos divisum ducitur astrum ;  
 Totque dabit vires , dominos quocumque recepit.  
 Diversa in tauro ratio est , nec forte sub ulla 316  
 Censetur : cancro primam , medianque leoni ,  
 Extremam Erigonæ tribuit. natura per astrum  
 Stat tamen , & proprias miscet per singula vires.  
 Libra decem partes geminorum prima capeffit ; 320  
 Scorprios adjunctas : centauri tertia fors est.  
 Nec quisquam numero discernitur : ordine cedit.  
 Cancer in adversum capricorni dirigit astrum ,  
 Bis quinas primum partes dignatus in illo  
 Temporis articulo , sub quo censetur & ipse ; 325  
 Quod facit æquales luces brumalibus umbris ,  
 Cognatamque gerit diverso in cardine legem.  
 Alterius sortis perfundit aquarius ignes ,  
 Quem subeunt pisces extremo sidere cancri.  
 At leo consortis meminit , sub lege trigoni , 330  
 Lanigerumque ducem recipit ; taurumque qua-  
 drato

Conjunctum sibi : sub geminis fors tertia fertur :  
 Hos quoque conjungit per fenos linea flexus.  
 Præcipuum Erigone cancro concedit honorem ,  
 Cui primam tribuit sortem. vicina relicta est 335  
 Vicino , Nemeæ , tibi. fors ipsius ima est ,

Quæ

Vulg. v. 312. PARTEM. 313. PARS. 314. IN TER DE-  
 NAS. 316. PARTE sub ILLA. 321. ADJUNCTAM—PARS.  
 328. PARTIS. 332. PARS. 335. PARTEM. 336. PARS.

Quæ fastidito concessa est jure potiri.  
 Sed libra exemplo gaudet, pariterque regentem  
 Noctes atque dies diverso in tempore secum  
 Lanigerum sequitur. veris juga temperat ille : 340  
 Hæc autumnales componit lucibus horas.  
 Nulli concedit primam, traditque sequenti  
 Vicinam sortem. centauri tertia summa est.  
 Scorprios in prima capricornum forte locavit :  
 Alterius dominum fecit, cui nomen ab undis : 345  
 Extremas voluit partes sub piscibus esse.  
 At qui contento minitatur spicula nervo,  
 Lanigero primas tradit sub jure trigoni,  
 Et medias tauro partes, geminisque supremas.  
 Nec manet ingratus capricornus crimine turpi, 350  
 Sed munus reddit cancro, recipitque receptus,  
 Principiumque sui donat. conjuncta leonis  
 Regna ferunt, summas partes at virginis esse.  
 Fontibus æternis gaudens urnaque fluenti  
 Jura sui libræ permittit prima regenda : 355  
 Hærentesque decem partes nepa vindicat ipsi :  
 Summas centaurus retinet juvenile per astrum.  
 Jam superant gemini pisces, qui sidera claudunt.  
 Lanigero primos tradunt in finibus usas.  
 Perque decem medias partes tu, taure, receptus. 360

Quod superest, ipsi sumunt : utque orbe feruntur  
 Extremo, sic & fortis pars ultima cedit.  
 Hæc ratio reteggit latitantis robora mundi,  
 In pluresque modos repetitaque munia cælum  
 Dividit, & melius fociat, quo sapius, orbem. 365  
 Nec tua sub titulis fallantur pectora notis :  
 Dissimulant, non se ostentant mortalibus astra.

G 4

Altius

Vulg. v. 343. PARTEM. 344. PARTE. 345. QUI nomen  
 fecit. 361. ATQUE. 364. NOMINA. 366. NE. 367. non.  
 OSTENDUNT.

Altius est acies animi mittenda sagacis ;  
 Inque alio quærenda manent , junctisque sequentum  
 Viribus : & cujus signi quis forte creatur , 370  
 Ejus habet mores , atque illo nascitur astro.

Talis per denas sortes natura feretur.

Testis erit varius sub eodem fidere foetus ,  
 Quodque in tam multis animantum millibus , uno  
 Quæ veniunt signo , tot sunt , quot corpora , mores ;  
 Et genus externum referunt aliena per astra , 376  
 Confusique fluunt partus hominum atque ferarum.  
 Scilicet in sortes junguntur condita plures ,  
 Diversasque ferunt proprio sub nomine leges.

Nec tantum lanas aries , nec taurus aratra , 380

Nec gemini musas , nec merces cancer amabit ,

Nec leo venator veniet , nec virgo magistra ,

Mensuris aut libra potens , aut scorpios armis ,

Centaurusque feris , igni capricornus , & undis

Ipse suis juvenis , geminique per æquora pisces ; 385

Mixta sed in plures sociantur sidera vires.

Multum , inquis , tenuemque jubes me ferre la-  
 borem ,

Rursum & in magna mergis caligine mentem ;

Cernere cum facili lucem ratione viderer.

Quod quæris , deus est. conaris scandere cælum , 390

Fataque fatali genitus cognoscere lege ,

Et transire tuum pectus , mundoque potiri ?

Pro pretio labor est , nec sunt immunia tanta.

Nec mirere viæ flexus , rerumque catenas.

Admitti potuisse sat est. sint cetera nostra. 395

At nisi perfossis fugiet te montibus aurum ,

Obstabitque suis opibus superaddita tellus.

*Ut veniant gemmæ , totus transibitur orbis.*

Nec

Vulg. v. 369. ALTO-SEQUENDUM. 370. PARTE. 378.  
 PARTES. 395. SUNT.

Nec lapidum pretio pelagus cepisse pigebit.

Annua solliciti consummant vota coloni : 400

Et quantæ mercedis erunt fallacia rura ?

Quæremus lucrum navi , Martemque sequemur

In prædas ? pudeat tanto bona velle caduca :

Luxuriæ quoque militia est , vigilatque culinis

Venter : & , ut pereant, suspirant sæpe nepotes. 405

Quid cælo dabimus ? quantum est , quo veneat  
omne ?

Impendendus homo est , deus esse ut possit in ipso.

Hac tibi nascentum mores sunt lege notandi.

Nec satis est signis dominantia discere signa

Per denos numeros , & quæ sint insita cuique. 410

Sed proprias partes ipsas spectare memento ,

Vel glacie rigidas , vel quas exusserit ignis ,

Et steriles utroque modo , quis largior humor ,

Quisve minor justo nocuit. namque omnia mixtis

Viribus , & vario confurgunt sidera textu. 415

Est æquale nihil. terrenos aspice tractus ,

Et maris , & pronis fugientia flumina rivis.

Crimen ubique frequens , & laudi noxia juncta est.

Sic sterilis lætis rubigo intervenit arvis ,

Ac subito perimit parvos discrimine foetus : 420

Et modo portus erat pelagi , jam vasta Charybdis ,

Laudatique cadit post paulum gratia ponti :

Et nunc per scopulos , nunc campis labitur amnis ;

Aut faciens iter , aut quærens curritve redivte.

Sic etiam cæli partes variantur in astris. 425

Ut signum a signo , sic a se discrepat ipsum ;

G 5

Momen-

Vulg. v. 404. VIGIL, ATQUE RUINIS. 413. TAMEN  
QUAS. 414. QUASQUE minor JAM SUCCUS OBIT. 417.  
NOTIS—RIPIS. 419. TERRIS lætis—ANNUS. 420. SUBI-  
TOS RUMPIT PARVO. 421. FACTA. 423. CAMPOS. 424.  
URITVE.

Momentoque negat vires, auramque salubrem.  
Quodque per has geritur partes, sine fruge crea-  
tur;

Aut cadit, aut multis sentit bona mixta querelis.  
Hæ mihi signandæ proprio sunt ordine partes. 430  
Sed quis tot numeros totiens sub lege referre,  
Tot partes iterare queat, tot dicere summas,  
Proque artis causis faciem mutare loquendi?  
Incipimus si verba, piget; quod gratia deerit:  
In vanumque labor cedit, quem despicit auris. 435  
Sed mihi per carmen fatalia jura ferenti,  
Et sacros cæli monitus, ad jussa loquendum est:  
Neq̃ fingenda datur, tantum monstranda figura.  
Ostendisse deum nimis est: dabit ipse sibimet  
Pondera. nec fas est verbis splendescere mundum:  
Rebus erit major. nec parva est gratia nostri 441  
Oris, si tantum poterit signare cavenda.  
Accipe, damnandæ quæ sint per sidera partes.

Lanigeri pars quarta nocet, nec sexta salubris.  
Septima par illi ac decima est, decimæque secunda,  
Quæque duas duplicat summas septemque novem-  
que, 446

Unaque viginti numeris pars addita lædit,  
Et quinta, & duram consummans septima partem.

Tauri nona mala est, similis quoque tertia pars est  
Post decimam, nec non decimæ pars septima juncta:  
450

Bisque undena nocens, & bis duodena nocentes,  
Quæque decem tresque ingeminat, fraudatque duo-  
bus

Triginta

Vulg. v. 427. VICTUMQUE. 430. CARMINE. 433. PER  
PARTIS CAUSAS. 434. INCIDIMUS—SED. 437. MOTUS.  
440. SUSPENDERE. 441. ENIM. 442. TAMEN HÆC—  
CANENDO. 445. PARS illi A decima decimæque.

Triginta numeros, & tum tricesima summa.

Pestifera in geminis pars prima, & tertia signis.

Septima non melior: ter quinæ noxia par est. 455

Unaque bis denis brevior nocet, unaque major:

Et similis noxæ veniet vicesima quinta:

Cumque duæ subeunt, vel cum se quattuor addunt.

Nec cancri prima immunis, nec tertia pars est,

Nec sexta: octava est similis: decimaque peracta 460

Prima rabit: nec ter quinæ clementior usus.

Septima post decimam luctum, & vicesima, portat:

Et quinta accedens, & septima, nonaque summa.

Tu quoque contactu primo, Nemeæ, timendus:

Et quarta sub parte premis. bis quina salubri 465

Terque caret cælo: vicesima & altera lædit:

Et tribus appositis vitium est, totidemque secutis:

Ultima nec prima melior tricesima pars est.

Erigones nec pars prima est, nec sexta, nec una

Ad decimam, nec quarta, nec octava utilis um-

quam. 470

Proxima viginti numeris, & quarta timenda est;

Et quæ ter decimam claudit fors ultima partem.

At quinta in chelis, & septima inutilis æstu.

Tertia & undecimæ, decimæque & septima juncta:

Quartaque bis denis actis, & septima; & ambæ 475

Quæ numerum claudunt nona & tricesima partes.

Scorpios in prima reus est, cui tertia par est,

Ut sexta, & decima est, & quæ ter quina notatur:

Undecimam & geminans, & quæ vicesima quinta est,

Octavoque manet numero, nonumque capeffit. 480

Si te fata finant, quartam ne selige partem

Centauri,

Vulg. v. 453. NUMERIS & TU. 460. OCTAVÆ similis  
DECIMÆQUE PERACTÆ. 461. RAPIT. 464. SUMMO. 465.  
QUINTA. 467. JUNCTIM totidemque. 473. ET—ESTO.  
474. SEPTIMA—TERTIA. 478. ET—decima &. 479. unde-  
cimam geminans. 481. DELIGE.

Centauri, fuge & octavam : bis sexque peractis,  
Octo bis aut denis metuendus ducitur aër.

Cumque iterum duodena refert, aut terna decemque,  
Aut septena quater, vel cum ter dena figurat. 485

Nec pars optanda est capricorni septima : nona  
Consentit, decimamque sequens quam tertia signat :  
Et tribus, aut una quæ te, vicesima, fraudat :  
Quæve auget quinta, numero vel sexta feretur.

Pars est prima nocens humentis semper aquari :

490

Damnanda & decimæ succedens prima peractæ,  
Tertiaque & quinta, & numero quæ condita nono  
est :

Et post viginti prima, & vicesima quinta;  
Cumque illa quartam accumulans vicesima nona.

Tertia per geminos & quinta & septima pisces,

495

Undecima, & decimæ metuenda est septima juncta,  
Et quinta in quinos numeros revocata, dualque  
Accipiens ultra summas, metuenda feretur.

Hac partes sterilem ducunt & frigore & igni  
Aëra, vel sicco, vel quod superaverit humor : 500  
Seu rapidos Mavors ignes jaculatur in illum,  
Saturnusve suam glaciem, Phoebusve vapores.

Nec te perceptis signorum cura relinquat  
Partibus : in tempus quædam mutantur, & ortu  
Accipiunt proprias vires, ultraque remittunt. 505  
Namque ubi se summis aries extollit ab undis,  
Et cervice prior flexa, quam cornibus ibit;  
Non contenta suo generabit pectora censu,  
Et dabit in prædas animos, solvetque pudorem.

Tantum

Vulg. v. 483. DICITUR. 486. NONÆ. 490. PARQUE  
MARINA NITENS FUNDENTIS. 491. EST. 496. ET. 501.  
SI RAPIDUS. 502. Saturnus SUMET—PHOEBUSQUE CA-  
LORES.



Tantum audere juvat. sic ipse in cornua fertur, §10  
 Ut ruat aut vincat. non illos sedibus isdem  
 Mollia per placidam delectant otia vitam;  
 Sed juvat ignotas semper transire per urbes,  
 Scrutarique novum pelagus, totius & esse  
 Orbis in hospitio. testis sibi laniger ipse, §15  
 Cum vitreum findens tranavit pectore pontum;  
 Orbatumque sua Phrixum per fata sorore  
 Phasidos ad ripas & Colchida tergo vexit.

At quos prima creant nascentis sidera tauri,  
 Feminei incedunt. nec longe causa petenda est, §20  
 Si modo per causas naturam quærere fas est.  
 Aversus veni in cælum, divesque puellis,  
 Pleiadam parvo referens glomeramine fidus.  
 Accedunt & ruris opes; propriaque juvencum  
 Dote per inversos exercent vomere campos. §25

Sed geminos æqua cum profert unda tegitque  
 Parte, dabit studia, & doctas producet ad artes.  
 Nec triste ingenium, sed dulci tincta lepore  
 Corda creat: vocisque bonis citharæque sonantis  
 Instruit, & dotem cantus cum pectine jungit. §30

At niger obscura cancer cum nube feretur,  
 Quæ velut extinctus Phoebeis ignibus ignis  
 Deficit, & multa fuscatur caligine fidus;  
 Lumina deficient partus, geminamque creatis  
 Mortem fata dabunt: se quisque, & vivit, & ef-  
 fert. §35

Sed cui per summas avidus produxerit undas  
 Ora leo, & scandat malis hiscentibus orbem;

III

Vulg. v. §10. TANTA. §11. ET RUIT ET MUTAT non  
 ULLIS sedibus IDEM. §12. PLACIDAS DELUDUNT—CU-  
 RAS. §15. TIBI. §16. AURATO VELLERE. §20. JACEANT.  
 §23. GLOMERABILE. §24. ACCEDENT. §25. EXORNAT.  
 §30. DOTES ALTO—PECTORE. §32. EXUTUS. §34. OR-  
 TOS. §35. UT vivit. §36. SI. §37. SCANDET.

Ille patri natisque reus, quas ceperit ipse,  
 Non legabit opes, censumque immerget in ipso :  
*Tanta fames animumque cibi tam dira cupido* §40  
*Corripit, ut capiat semet, neque compleat umquam,*  
 Inque epulas funus rediget pretiumque sepulcri.  
 Erigone surgens, quæ rexit secula prisca  
 Justitia, rursusque eadem labentia fugit ;  
 Alta per imperium tribuit fastigia summum : §45  
 Rectoremque dabit legum jurisque sacrati,  
 Sancta pudicitia divorum templa colentem.

Sed cum autumnales coeperunt surgere chelæ,  
 Felix æquato genitus sub pondere libræ,  
 Judex examen sistet vitæque necisque ; §50  
 Imponetque jugum terris, legesque rogabit.  
 Illum urbes & regna tremunt, nutuque regentur  
 Unius, & cæli post terras jura manebunt.

Scorpios extremæ cum tollit lumina caudæ,  
 Si quis erit stellis tum suffragantibus ortus, §55  
 Urbibus augebit terras ; junctisque juvencis  
 Moenia subcinctus curvo describet aratro :  
 Aut sternet positas urbes, inque arva reducet  
 Oppida, & in domibus maturas reddet aristas.  
 Tanta erit & virtus, & cum virtute potestas. §60

Nec non arcitenens prima cum veste refurgit,  
 Pectora clara dabit bello, magnisque triumphis  
 Conspicuum patrias victorem ducet ad arces :  
 Altaque nunc statuet, nunc idem moenia vertet.  
 Sed nimium indulgens rebus fortuna secundis, §65  
 Invidet in facie, sævitque asperrima fronti.  
 Horrendus bello Trebiam, Cannasque, Lacumque  
 Ante fugam tali pensabat imagine ductor.

Ultimus in caudæ capricornus acumine summo  
 Mili-

Vulg. v. §42. REVOCET. §50. EXTREMÆ. §64. CON-  
 DITA. §68. VICTOR.

Militiam ponto dictat, puppisque colendæ 570  
Dura ministeria, & vitæ discrimen inertis.

Quod siquem sanctumque velis, castumque, pro-  
bumque,

Hic tibi nascatur cum primus aquarius exit.

Ne vero sit te primos producere pisces.

Garrulitas odiosa datur, linguæque venenum 575

Verba maligna novas mussantis semper ad aures.

Crimina per populum populi feret ore bilingui.

Nulla fides inerit natis, sed summa libido

Ardentem medios animum jubet ire per ignes.

Scilicet in piscem sese Cytherea novavit, 580

Cum Babyloniacas submersa profugit in undas,

*Anguipedem alatis humeris Typhona furentem,*

Inferuitque suos squamosis piscibus ignes.

Nec solus fuerit, geminis sub piscibus ortus:

Frater erit, dulcive soror, materve duorum. 585

Nunc age diversis dominantia sidera terris

Percipe. sed summa est rerum referenda figura.

Quattuor in partes cæli describitur orbis,

Nascentem lapsumque diem mediosque calores

Teque, helice. totidem venti de partibus isdem 590

Erumpunt, cæcumque gerunt per inania bellum.

Asper ab axe ruit Boréas; furit Euris ab ortu;

Auster amat medium solem, Zephyrusque profectum.

Hos inter binæ mediis e partibus auræ

Exspirant, similes mutato nomine flatus. 595

Ipsa natat tellus pelagi lustrata corona,

Cingentis medium liquidis amplexibus orbem:

Inque sinus pontum recipit, qui vespere ab atro

Admissus, dextra Numidas Libyamque calentem

Ad-

Vulg. v. 573. NASCETUR. 574. NEVE sit IN-ANIMUS  
PROCEDERE. 577. FERT ore MALIGNO. 579. LIBET. 591.  
SECUMQUE. 592. FUGIT. 596. VAGAT.

Adluit, & magnæ quondam Carthaginis arces ; 609  
 Litoraue in Syrtes revocans sinuata vadofas ,  
 Rursus usque ad Nilum directis fluctibus exit.  
 Læva freti cædunt Hispanas æquora gentes ;  
 Teque in vicinis hærentem , Gallia , terris ;  
 Italiæque urbes , dextram sinuantis in undam 605  
 Usque canes ad , Scylla , tuos , avidamque Cha-  
 rybdin.

Hac ubi se primum porta mare fudit , aperto  
 Emicat Jonio , laxasque vagatur in undas.  
 Et prius in lævam se effundens circuit omnem  
 Italiam , Adriaco mutatum nomina ponto , 610  
 Eridanique bibit fluctus : dehinc æquore lævum  
 Illyricum , Epironque lavat , claramque Corinthon ,  
 Et Peloponnesi patulas circumvolat oras.  
 Rursus & in lævum refluit , vastoque recessu  
 Thessaliæ fines , & Achaica præterit arva. 615  
 Hinc intra juvenisque fretum mersæque puellæ  
 Truditur invitum , faucesque Propontidos artas  
 Euxino jungit ponto , & Mæotidos undis ,  
 Quæ tergo conjuncta manet , pontumque ministrat.  
 Inde , ubi in angustas revocatus navita fauces 620  
 Hellespontiacis iterum se fluctibus effert ,  
 Icarium Ægæumque secat , lævaque nitentes  
 Miratur campos Asiæ , totidemque tropæa  
 Quot loca , & innumeras gentes , taurumque mi-  
 nantem  
 Fluctibus , & Cylicum populos , Syriamque perustam ,  
 Ingentique sinu fugientes æquora terras ; 626  
 Donec

Vulg. v. 600. ABLUIT. 601. RURSUSQUE. 603. ÆQUO-  
 RE. 607. AC—AB ILLA. 609. LÆVA se FUNDENS. 610.  
 ATQUE ADRIAM. COMITATUR NOMINE PONTUM. 611.  
 SECAT. 616. HIC PONTUS. 617. ARTÆ. 618. MÆOTIS  
 ET. 620 ITERUM SE. 621. REVOCATUS. 623. POPULOS.  
 624. ARCUMQUE.

Donec in Ægyptum redeunt curvata per undas  
 Litora, Niliacis iterum morientia ripis.  
 Hæc medium terris circumdat linea pontum,  
 Atque his undarum tractum constringit habenis. 630  
 Mille jacent mediæ diffusa per æquora terræ.  
 Sardiniam in Lybico signant vestigia plantæ:  
 Trinacria Italia tantum præcisa recessit:  
 Adversa Euboicos miratur Græcia montes,  
 Et genetrix Crete civem sortita tonantem: 635  
 Ægypti Cypros pulsatur fluctibus annis.  
 Totque minora sola, & tamen emergentia ponto,  
 Prætereo; Ægæas Cycladas, Delonque, Rhodonque,  
 Aulidaque, & Tenedon, vicinaque Corsica tristi  
 Litora Sardinia, primumque intrantis in orbem 640  
 Oceani victricem Ebusum, & Balearica rura.  
 Innumeri surgunt scopuli, montesque per altum.  
 Nec tantum ex una pontus sibi parte reclusit  
 Objicibus ruptis orbem (nam litora plura  
 Impulit oceano) potius sed montibus altis 645  
 Est vetitus, totam ne mergeret æquore terram.  
 Namque inter borean ortumque ætate nitentem,  
 In Corum angusto penetrabilis æquore fluctus  
 Pervenit, & patulis tum demum funditur arvis,  
 Caspiaque Euxini pelage facit æmula ponti. 650  
 Altera sub medium solem duo bella per undas  
 Intulit oceanus terris. nam Persica fluctus  
 Arva tenet, titulum pelagi prædatus ab isdem  
 Quæ rigat ipsè locis, latoque infunditur ore.  
 Nec procul in molles Arabas, terramque feren-  
 H. tem 655  
 Deli-

Vulg. v. 627. REDEANT. 636. OMNIS. 637. SOLO ta-  
 men. 638. LITORA ET ÆQUALES. 639. TERRÆ. 640.  
 PRIMAMQUE. 641. REGNA. 643. RECLUSIS. 644. FAU-  
 CIBUS ABRUPIT. 645. PONTUS. 646. VINCERET. 648.  
 LONGUM. 650. SIMILIS — ÆQUORA. 654. ORBE.

Delicias variæque novos radicis odores ,  
 Leniter adfundit gemmantia litora pontus ;  
 Et terræ mare nomen habet : media illa duobus.

MULTA \* DESUNT.

Quondam Carthago regnum fortita sub armis ,  
 Ignibus Alpinas cum contudit Hannibal arces , 660  
 Fecit & æternum Trebiam , Cannasque sepulchris  
 Obruit , & Libyen Italas infudit in urbes.  
 Huic varias pestes diversaque monstra ferarum  
 Concessit sæclis natura infesta futuris.  
 Horrendos angues, habitataque membra veneno, 665  
 Et mortis pastu viventia , crimina terræ ,  
*Et vastos elephants habet , sævosque leones*  
 In poenas fecunda suas parit horrida tellus ;  
 Et portentosos cercopum ludit in ortus ,  
 Ac sterili pejor ficcas incestat arenas , 670  
 Donec ad Ægypti ponat sua jura colonos.  
 Inde Asiæ populi , divesque per omnia tellus ,  
 Auratique fluunt annes , gemmisque relucet  
 Pontus : odoratæ spirant medicamina silvæ.  
 India notitia major , Parthisque vel orbis 675  
 Alter , & in cælum surgentis culmina Tauri.  
 Totque illum circa diverso nomine gentes  
 Ad Tanaim Scythicis dirimentem fluctibus orbes :  
*Mæotisque lacus , Euxinique aspera ponti*  
*Æquora , & extremum Propontidos Hellepontum* 680  
 Hunc Asiæ metam posuit natura potentis.  
 Quod superest Europa tenet , quæ prima natantem  
 Fluctibus excepitque Jovem , taurumque resolvit ,  
*Ille puellari donavit nomine fluctus ,*

Et

Vulg. v. 660. ALBANAS. 661. ÆTERNAM. 662. LIBYAN.  
 664. BELLIS. 666. PARTUS. 670. INFESTAT. 675. PAR-  
 THIQUE. 676. MOENIA. 677. DIVISÆ. 678. SCYTHI-  
 CAS—URBES. 681. HIC.

*Et monumenta sui titulo sacravit amoris.* 685

*Princeps illa domus Trojani Gracia belli ,  
Maxima terra viris , & fecundissima doctis  
Urbibus. in regnum florentes oris Athenæ ;  
Sparta manu , Thebæ divis , & rege vel uno  
Theffalia Epirosque potens ; vicinaque Cadmum 690  
Illyris , & Thrace Martem sortita colonum ;  
Et stupefacta suos inter Germania partus :  
Gallia per census ; Hispania maxima belli ;  
Italia in summa , quam rerum maxima Roma  
Imposuit terris , cæloque adjungitur ipsa.* 695

*Hos erit in fines orbis pontusque notandus ,  
Quem Deus in partes per singula dividit astra ,  
Ac sua cuique dedit tutelæ regna per orbem ,  
Et proprias gentes atque urbes addidit altas ,  
In quibus exercent præstantes sidera vires.* 700

*Ac velut humana est signis descripta figura ;  
Et , quamquam communis eat tutela per omne  
Corpus , & in proprium divisis artubus exit :  
Namque aries capiti , taurus cervicibus hæret ;  
Brachia sub geminis censentur , pectora cancro ; 705  
Te scapulæ , Nemeæ , vocant , teque ilia , virgo ;  
Libra colit clunes ; & scorpios inguine regnat ;  
At femina arcitenens , genua & capricornus amavit ;  
Cruraque defendit juvenis , vestigia pisces :  
Sic alias aliud terras sibi vindicat astrum.* 710

*Idcirco in varias leges , variasque figuras  
Dispositum genus est hominum ; proprioque colore  
Formantur gentes ; sociataque jura per artus  
Materiamque parem privato foedere signant.  
Flava per ingentes surgit Germania partus.* 715  
*Gallia vicino minus est infecta rubore.*

H 2

Aspe-

Vulg. v. 690. RIPIS. 700. EFFERRENT. 702. UT TAM-  
QUAM. 703. EXTET.

Asperior solidos Hispania contrahit artus.  
 Martia Romanis urbis pater induit ora ,  
 Gradivumque Venus miscens bene temperat artus.  
 Perque coloratas subtilis Græcia gentes 720  
 Gymnasium præfert vultu, fortesque palæstras.  
 Et Syriam produnt torti per tempora crines.  
 Æthiopes maculant orbem tenebrisque figurant  
 Per fufcas hominum gentes. minus India toftas  
 Progenerat; mediumque facit moderata tenorem. 725  
 Jam proprio tellus gaudens Ægyptia Nilo  
 Lenius inriguis infulcat corpora campis.  
 Phœbus arenosis Afrorum pulvere terris  
 Exficcat populos. & Mauritania nomen  
 Oris habet, titulumque suo fert ipfa colore. 730  
 Adde sonos totidem vocum, totidem inferere linguas,  
 Et mores pro forte pares, ritusque locorum.  
 Adde genus proprium fimili sub femine frugum,  
 Et Cererem varia redeuntem melle per urbes,  
 Nec paribus filiquas referentem viribus omnes: 735  
 Nec te, Bacche, pari donantem munere terras,  
 Atque alias aliis fundentem collibus uvas:  
 Cinnama nec totis paffim nascentia campis:  
 Diverfas pecudum facies, propriasque ferarum,  
 Et duplici claufos elephantas carcere terræ. 740  
 Quot partes orbis, totidem sub partibus ora;  
 Ut certis defcripta nitent regionibus astra,  
 Perfunduntque fuo fubjectas æthere gentes.  
 Laniger in medio fortitus fidera mundo  
 Cancrum inter gelidumque caprum per tempora  
 veris 745  
 Adferit in vires pontum, quem vicerat ipfe,

Virgine

Vulg. v. 718. ORBIS. 719. SUUM. 724. PERFUSAS—  
 TOSTIS. 726. PROPIOR tellusQUE NATANS. 728. POE-  
 NUS. 734. ORBEM. 741. ORBES. 742. ET. 743. æ-  
 QUORE. 745. CAURUM—gelidum TEPIDI.



Virgine delapsa cum fratrem ad litora vexit;  
 Et minui deflevit onus, dorsumque levare.  
 Illum etiam venerata colit vicina Propontis,  
 Et Syriæ gentes, & laxo Persis amictu, 750  
 Vestibus ipsa suis hærens, Nilusque tumescens  
 In cancrum, & tellus Ægypti iussa natare.  
 Taurus habet Scythiæ montes, Asiamque potentem,  
 Et molles Arabas, silvarum ditia regna.  
 Euxinus Scythicos pontus sinuatus in arcus 755  
 Sub geminis te, Phoebe, colit post brachia fratris;  
 Ultimus & colit hos Ganges & decolor Indus.  
 Ardent Æthiopes cancro, cui plurimus ignis:  
 Hoc color ipse docet. Phrygia, Nemeæ, potiris,  
 Idææ matris famulus, regnoque feroci 760  
 Cappadocum, Armeniæque jugis: Bithynia dives  
 Te colit, & Macetum tellus, quæ vicerat orbem.  
 Virgine sub casta felix terraque marique  
 Est Rhodos, hospitium recturi principis orbem;  
 Tumque domus vere solis, cui tota sacrata est, 765  
 Cum caperet lumen magni sub Cæsare mundi:  
 Ioniæ quoque sunt urbes, & Dorica rura,  
 Arcades antiqui, celebrataque Caria fama.  
 Quod potius colat Italiam, si selegis, astrum  
 Quam quod cuncta regit, quod rerum pondera  
 novit, 770  
 Designat summas, & iniquum separat æquo,  
 Tempora quo pendent, coeunt quo noxque diesque?  
 Hesperiam sua libra tenet, qua condita Roma  
 Urbis in imperio retinet discrimina rerum,  
 Lancibus & positis gentes tollitve premitve; 775  
 H 3 Qua

Vulg. v. 757. EX SOLIDO TETRANS COLIT INDIA  
 CANCRUM. 760. REGNIQUE FEROCIS. 764. ES. 765.  
 TUQUE—ES. 766. CAPERES. 769. REGAT. 774. OR-  
 BIS ET IMPERIUM. 775. POSITAS—TOLLITQUE PREMIT-  
 QUE.

*Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit urbem.*  
 Et propriis frenat pendentem nutibus orbem.  
 Inferius victæ fidus Carthaginis arces,  
 Et Libyam, Ægyptique latus, donataque rura  
*Tyrrhenas lacrimis radiatus scorpios arces* 780  
 Eligit; Italiæque tamen respectat ad undas;  
 Sardiniamque tenet, fusasque per æquora terras:  
 Non ita Tinacriam; quæ dantem jura sororem  
 Subsequitur gaudens, sub eodem condita signo;  
 Proximaque Italiæ & tenui divisa profundo 785  
 Ora, pares sequitur leges, nec fidere rupta est.  
 Gnosia centauro tellus, circumdata ponto,  
 Paret, & in geminum Minois filius astrum  
 Ipse venit geminus: celeres hinc Creta sagittas  
 Asserit, intentosque imitatur fideris arcus. 790  
*Tu, capricorne, regis, quicquid sub sole cadente*  
*Expositum, gelidamque helicen quod tangit ab illo.*  
 Hispanas gentes, & quot fert Gallia dives,  
 Teque feris dignam tantum, Germania, matrem,  
 Asserit ambiguum fidus terræque marisque, 795  
 Æstibus assiduis pontum terræque tenentem.  
 Sed juvenis nudos formatus mollior artus  
 Ægyptum tepidam Tyriasque recedit ad arces,  
 Et Cilicum gentes, vicinaque Caridos arva.  
 Piscibus Euphrates datus est, ubi pisce sub atro, 800  
 Cum fugeret Typhona, Venus subsedit in undis.  
 Magna jacet tellus, magnis circumdata ripis,  
 Parthis, & a Parthis domitæ per sæcula gentes,  
 Bactraque, & Hyrcani, Babylon, & Susa, Panosque,  
 Nominaque innumeris vix amplectenda figuris, 805  
 Et

Vulg. v. 781. ERUIT. 783. INSULA TINACRIÆ FLUI-  
 TANTEM AD. 784. CRETEN. 786. RUPTAS. 793. QUOD.  
 796. TERRAM PONTUMQUE. 798. AD LEPTIMQUE. 799.  
 ET AQUARIUS. 800. PISCIS AMATOR.

Et Tigris, & rubri radiantia litora ponti.  
 Sic divisa manet tellus per fidera cuncta.  
 E quibus in proprias partes sunt jura trahenda:  
 Namque eadem, quæ sunt signis, commercia ser-  
 vant.

Utque illa inter se coeunt, odiove repugnant; 810  
 Nunc adversa polo, nunc & conjuncta trigono;  
 Quæve alia in varios affectus causa gubernat:  
 Sic terræ terris respondent, urbibus urbes,  
 Litora litoribus, regnis contraria regna.  
 Sic erit & sedes fugienda, petendave cuique; 815  
 Sic speranda fides, sic & metuenda pericla,  
 Ut genus in terram cælo descendit ab alto.

Percipe nunc etiam, quæ sint ecliptica Grajo  
 Nomine,; quod certos quasi delassata per annos  
 Nonnumquam cessant sterili torpentia motu. 820  
 Scilicet immenso nihil est æquale sub ævo,  
 Perpetuosque tenet flores, unumque tenorem.  
 Mutantur sed cuncta die, variantque per annos;  
 Et fecunda suis absistunt frugibus arva,  
 Continuosque negant partus, effoeta creando. 825  
 Rursus quæ fuerant steriles ad femina terræ,  
 Post nova sufficiunt, nullo mandante, tributa.  
 Concutitur tellus validis compagibus hærens,  
 Subducitque solum pedibus, natat orbis in ipso,  
 Et vomit oceanus pontum, sitiensque resorbet, 830  
 Nec sese ipse capit, sic quondam merferat urbes,  
 Humani generis cum solus constitit heres  
 Deucalion, scopuloque orbem possedit in uno.  
 Necnon cum patrias Phaëthon tentavit habenas,  
 Arserunt gentes, luit ipsum incendia cælum, 835

H 4

Fulse-

Vulg. v. 810. ODIOQUE. 812. QUÆQUE — EFFECTUS.  
 815. PETENDAQUE. 819. QUÆ 822. COLOREM. 823.  
 DIU. 824. SUBSISTUNT. 835. TIMUITQUE.

Fulseruntque novis radiantia fidera flammis,  
 Atque uno timuit condi natura sepulchro.  
 In tantum longo mutantur tempore cuncta,  
 Atque iterum in semet redeunt. sic foedere certo  
 Signa quoque amittunt vires, fumuntque receptas.

840

Causa patet, quod, luna quibus defecit in astris,  
 Orba sui fratris noctisque immersa tenebris,  
 Cum medius Phœbi radios intercipit orbis,  
 Nec trahit in se tum, quo fulget, Delia lumen;  
 Hæc quoque signa suo pariter cum sidere languent  
 Incurvata simul, solitoque exuta vigore,

846

Et velut elatam Phœben in funere lugent.  
 Ipse docet titulus causas: ecliptica signa  
 Dixere antiqui. pariter sed bina laborant;  
 Nec vicina loco, sed quæ contraria fulgent:

850

Sicut luna suo tunc tantum deficit orbe,  
 Cum Phœbum adversis currentem non videt astris.  
 Nec tamen æquali languescunt tempore cuncta:  
 Sed modo in affectus totus producitur annus,  
 Nunc brevius lassata manent, nunc longius astra,

855

Exceduntque suo Phœbeia tempora casu.  
 Atque ubi perfectum est spatium quod cuique di-  
 catur,

- Impleruntque suos certa statione labores  
 Bina per adversum cælum fulgentia signa;  
 Tum vicina labant ipsis hærentia signa,

860

Quæ prius in terras veniunt, terrasque relinquunt:  
 Sidereo non ut pugnet contrarius orbis;  
 Sed, qua mundus agit cursus, inclinat & ipse,

Amiffas-

Vulg. v. 836. FUGERUNTque NOVAS ARDENTIA fidera  
 FLAMMIS. 838. TEMPORA CURSU. 839. TEMPORE. 843.  
 MEDIOS. 846. EXCEPTA. 848. IPSA—CAUSÆ QUÆ. 849.  
 SUBBINA. 854. NAMQUE modo INFECTUS. 860. SIGNIS.

Amiffasque negat vires ; nec munera tanta ,  
Nec fimiles reddit noxas. locus omnia vertit. 865

Sed quid tam tenui prodest ratione nitentem  
Scrutari mundum , fi mens fua cuique repugnat ,  
Spemque timor tollit , prohibetque a limine cæli ?  
Condit enim fe , inquit , vaſto natura reſſu ,  
Mortalesque fugit viſus , & pectora noſtra : 870  
Nec prodeſſe poteſt , quod fatiſ cuncta reguntur ,  
Cum fatum nulla poſſit ratione videri.

Quid juvat in ſemet ſua per convicia ferri ?  
Et fraudare bonis , quæ nec deus invidet ipſe ?  
Quoſque dedit natura, oculos deponere mentis ? 875  
Perſpiciamus cælum : cur non eſt munere cæli

*Quanta at pars ſuper eſt rationem diſcere noctu ?*  
Inque ipſos penitus mundi deſcendere cenſus ;  
Seminibusque ſuis tantam compoſere molem ;  
Et partum cæli ſua per nutritia ferre ; 880

Extremumque ſequi pontum , terræque ſubire  
Pendentis tractus , & toto vivere in orbe ?  
Jam nuſquam natura latet : perviſimus omne ,  
Et capto potimur mundo , noſtrumque parentem  
Stirps ſua perſpiciamus , genitique accedimus aſtris. 885

An dubium eſt habitare deum ſub pectore noſtro ?  
In cælumque redire animas , cæloque venire ?  
Utque eſt ex omni conſtructus corpore mundus ,  
Aëris , atque ignis ſummi , terræque , marisque ;  
*Spiritus & toto rapido quæ juffa gubernans :* 890

Sic eſſe & nobis terrenæ corpora fortis ,  
Ætheriaſque auras animo , qui cuncta gubernat ,  
H 5 Diſpen-

Vulg. v. 869. QUICQUID. 876. ET MUNERA. 880. PRE-  
TIUM CÆLO. 881. PORTUM. 883. PERVIDIMUS OMNEM.  
887. PARS ſua CONSPICIMUS. 888. SIT. 891. IN nobis.  
892. SANGUINEASQUE ANIMAS.

Dispenfatque hominem? quid mirum, noscere mundum

Si possunt homines, quibus est & mundus in ipsis;  
Exemplumque dei quisque est in imagine parva? 895

An quoquam genitos, nisi cælo, credere fas est  
Esse homines? projecta jacent animalia muta

In terra, velmersa vadis, vel in aëre pendent:

Et, quia consilium non est, & lingua remissa;

Omnibus una quies, venter somnusque per artus.

Unus in inspectus rerum, viresque loquendi, 901

Ingeniumque capax, variasque educitur artes.

Hic partus qui cuncta regit, secessit in urbes,

Edomuit terram ad fruges, animalia cepit,

Imposuitque viam ponto, stetit unus in arcem 905

Erectus capitis, victorque ad sidera mittit

Sidereos oculos, propiusque aspectat olympum,

Inquiritque Jovem; nec sola fronte deorum

Contentus manet, at cæca scrutatur in alvo,

Cognatumque sequens corpus se quærit in astris 910

Huic in fata fidem petimus, quam sæpe volucres

Accipiunt, trepidæque boum sub pectore fibræ.

An minus est sacris rationem ducere signis,

Quam pecudum mortes, aviumque attendere cantus?

Atque ideo faciem cæli non invidet orbi 915

Ipsedeus; vultusque suos corpusque recludit

Sempervolvendo, seque ipse inculcat & offert;

Ut bene cognosci possit, pateatque videndus,

Qualis eat, doceatque suas attendere leges.

Ipsē vocat nostros animos ad sidera mundus: 920

Nec

Vulg. v. 897. CUNCTA. 900. SENSUSQUE. 901. ET.  
902. varias EDUCIT IN. 903. ARTUS QUICUMQUE—OR-  
BEM. 904. ET DOMUIT. 909. ET CÆLUM—ALTO. 911.  
HINC IN TANTA. 912. SUO. 915. ATQUI ADEO. 917.  
IPSUM. 918. DOCEATQUE VIDENDO.

Nec patitur, quia non condit, sua jura latere.  
 Quis putet esse nefas nosci, quod cernere fas est?  
 Nec contemne tuas quasi parvo in corpore vires:  
 Quod valet, immensum est. sic auri pondera parva  
 Exsuperant pretio numerosos æris acervos. 925  
 Sic adamas, punctum lapidis, pretiosior auro est.  
 Parvula sic totum pervisit pupula cælum.  
 Quoque vident oculi, minimum est, cum maxima  
 cernant.

Sic animi sedes tenui sub corde locata  
 Per totum angusto regnat de limite corpus. 930  
 Materiæ ne quære modum; sed perspice vires,  
 Quas ratio, non pondus habet. ratio omnia vincit.  
 Ne dubites homini divinos credere visus:  
 Jam facit ipse deos, mittitque ad sidera numen,  
 Majus & Angusto crescit sub principe cælum. 935

Vulg. v. 922. PUTAT. 923. NE. 924. QUO—PARVI.



M. MA

# M. MANILII ASTRONOMICON LIBER QUINTUS.

**H**IC alius finisset iter ; signisque relatis ,  
 Quis adversa meant stellarum numina quin-  
 que ,  
 Quadrijugis & Phoebus equis, & Delia bigis,  
 Non ultra struxisset opus , cæloque rediret.  
*Ac per descensum medios decurreret ignes* 5  
*Saturni , jovis , & martis , solisque sub illis :*  
*Post venerem & Maja natum , te , luna , vagantem.*  
 Me superare viam mundus jubet omnia circum  
 Sidera vectatum , & toto decurrere cælo ;  
 Cum semel æthereos jussus conscendere currus , 10  
 Summum contigerim sua per fastigia culmen.  
 Hinc vocat orion magni pars maxima cæli ,  
 Et ratis heroum quæ nunc quoque navigat astris ,  
 Fluminaque errantes late sinuantia flexus ,  
*Et biferum cetum squamis , atque ore tremendo ,* 15  
 Hesperidumque vigil custos & divitis horti ,  
 Et canis in totum portans incendia mundum ,  
 Araque divorum cui votum solvit olympus.  
 Illinc per geminas anguis qui labitur arctos ,  
 Heniochusque memor currus, plaustrique bootēs, 20  
 Atque Ariadneæ cælestia dona coronæ ,  
 Victor & invisæ Perseus cum falce Medusæ ,  
 Andro-

Vulg. v. 1. RELICTIS. 2. LUMINA. 8. PROPERARE—  
 MUNDI LUBET. 9. vectatum toto. 16. AURI.



Andromedamque negans genitor cum conjuge Cephæus,

Inque alas stellatus equus, celerique sagittæ  
Delphinus certans, & Juppiter alite tectus, 25  
Ceteraque in toto passim labentia cælo.

Quæ mihi per proprias vires sunt cuncta canenda;  
Quid valeant ortu, quid cum merguntur in undas,  
Et quota de bis sex astris pars quodque reducat.

*Has stellis proprias vires & tempora rerum 30*  
*Constituit magni quondam fabricator olympi.*

Vir gregis & ponti victor, cui parte relicta  
Nomen onusque dedit, nec pelle immunis ab ipsa;  
Colchidos & magicas artes qui visere Jolcon  
Medæ jussit, movitque venena per orbem; 35  
Nunc quoque vicinam puppim, ceu naviget, argo  
A dextri lateris ducit regione per astra.

Sed tum prima suos puppis confurgit in ignes,  
Quattuor in partes cum corniger extulit ora:  
Illâ quisquis erit terris oriente creatus, 40

Rector erit puppis, clavoque immobilis hærens  
Mutabit pelago terras, ventisque sequetur  
Fortunam, totumque volet tranare profundum  
Classibus, atque alios Minyas, aliumque videre  
Phasin, & in cautes Tiphyn superare trementem. 45

Tolle istos ortus hominum sub fidere tali;  
Sustuleris bellum Trojæ, classemque solutam  
Sanguine & appulsam terris: non invehet undis  
Perlida, nec pelagus Xerxes facietque tegetque:  
Vera Syracusis Salamis non merget Athenas: 50  
Punica nec toto fluitabunt æquore transtra:

Actia-

Vulg. v. 24. QUAQUE VOLAT. 29. QUO—QUEMQUE.  
34. VERTERE JOLCO. 35. MEDEAM. 38. ICUM. 40. ILLO.  
44. MENSES. 46. PARTUS. 49. SIPARA—FERIETQUE.  
50. MERGIT. 51. ROSTRA.

Actiacosve sinus inter suspensus utrimque  
 Orbis , & in ponto cæli fortuna natabit.  
 His ducibus cæco discurrunt æquore classes ,  
 Et coit ipsa sibi tellus , totusque per usus 59  
 Diversos rerum ventis arcessitur orbis.  
 Sed decima lateris surgens de parte sinistri  
 Maximus orion , magnumque amplexus olympum ;  
 ( Quo fulgente super terras cælumque trahente ,  
 Ementita diem nigras nox contrahit alas ) 60  
 Solertes animos , velocia corpora finget ,  
 Atque agilem officio mentem , curasque per omnes  
 Indelassato properantia corda vigore.  
 Instar erit populi , totaque habitabit in urbe  
 Limina pervolitans , unumque per omnia verbum 65  
 Mane salutandi portans communis amicus.  
 Sed cum se terris aries ter quinque peractis  
 Partibus extollit , primum juga tollit ab undis  
 Heniochus , clivoque rotas convellit ab imo ,  
 Qua gelidus boreas aquilonibus instat acutis. 70  
 Ille dabit proprium studium , cæloque retentans ,  
 Quas prius in terris agitator amaverat , artes :  
 Stare levi curru , moderantem quattuor ora  
 Spumigeris frenata lupis , & flectere equorum  
 Prævalidas vires , ac torto stringere gyro : 75  
 Aut , cum laxato fregerunt cardine claustra ,  
 Exagitare feros , pronumque anteire volantes ,  
 Vixque rotis levibus summum contingere campum ,  
 Vincentem pedibus ventos : vel prima tenentem  
 Agmina in obliquum currus agitare malignos , 80  
 Obstantemque mora totum præcludere circum :  
 Vel medium turbæ , nunc dextros ire per orbes  
 Fiden-

Vulg. v. 52. ActiacosQUE. 54. DUCUNTUR IN. 57. SUM  
 MA. 58. magnum COMPLEXUS. 71. RETENTAS. 76. FU  
 GERUNT. 81. PERLUDERE.

Fidentem campo ; nunc meta currere acuta ,  
 Spemque sub extremo dubiam suspendere calce.  
 Necnon alterno defultor fidere dorso 85  
 Quadrupedum , & stabiles poterit defigere plantas ;  
 Perque volabit equos , ludens per terga volantum :  
 Aut solo vectatus equo , nunc arma movebit ;  
 Nunc ciet in longo per cursus praelia circo :  
 Quicquid de tali studio formatur , habebit. 90  
 Hinc mihi Salmoneus ( qui cælum imitatus in urbe  
 Pontibus impositis , missisque per æra quadrigis  
 Expressisse sonum mundi sibi visus , & ipsum  
 Admovisse Jovem terris ; male fulmina fingi  
 Sensit , & immisos ignes super ipse secutus 95  
 Morte Jovem didicit ) generatus possit haberi.  
 Hoc genitum credas de fidere Bellerophonten  
 Imposuisse viam mundo per signa volantem :  
 Cui cælum campus fuerat ; terræque fretumque  
 Sub pedibus : non ulla tulit vestigia cursor. 100  
 His erit heniochi surgens tibi forma notanda.  
 Cumque decem partes aries duplicaverit ortu ,  
 Incipient hoedi tremulum producere mentum ,  
 Hirtaque tum demum terris promittere terga ,  
 Qua dexter boreas spirat. ne crede severæ 105  
 Frontis opus signo , strictas in colla secures ,  
 Abreptumque patri Torquatum , & Horatia facta.  
 Majus onus signo est ; hoedis nec tanta petulcis  
 Conveniunt. levibus gaudent , lascivaque signant  
 Pectora : & in cursus alacres,agilemque vigorem 110  
 Desudant. vario ducunt in amore juventam.

In

1. Vulg. v. 84. CASU. 87. PER QUOS VADIT equos, LU-  
 DET. 89. LICET—PRÆMIA. 91. IMITATUR in ORBE.  
 94. DE FULMINE FINGIT. 95. IMMENSOS. 100. CAM-  
 PUS. 101. HÆC—CAVENDA. 102. ORTUS. 105. NEC 106.  
 STRICTOS NEC CREDE CATONES. 107. AUT BRUTUM  
 ATQUE PAREM. 110. LUSUS AGILES.

In vulnus numquam virtus , sed sæpe libido  
 Impellit; turpisque emitur vel morte voluptas.  
*Et minimum cecidisse malum est , sed crimine victum.*  
 Necnon & cultus pecorum nascentibus addunt, 115  
 Pastoremque suum generant , cui fistula collo  
 Hæreat , & voces alterna per oscula ducat.  
 Sed cum bis denas augebit septima partes  
 Lanigeri , surgent hyades : quo tempore natis  
 Nulla quies placet; in nullo sunt otia fructu : 120  
 Sed populum turbamque petunt , rerumque tumultus.

Seditio clamorque juvat ; Gracchosque tenentes  
 Rostra volunt , montemque sacrum , rarosque Quirites :

Pacis bella probant ; furtimque alimenta ministrant.  
 Immundosve greges agitant per sordida rura : 125  
 Et fidum Laërtiadæ genuere syboten.

Hos generant hyades mores surgentibus astris.  
 Ultima lanigeri cum pars excluditur orbi ,  
 Quæ totum ostendit terris , atque eruit undis ;  
 Olenie servans prægressos tollitur hoedos , 130

*E gelido stellata polo quæ dextera pars est ,*  
 Officio magni mater Jovis. illa tonanti  
 Nutrimenta dedit , pectusque implevit hiantis  
 Lacte suo , dedit & dignas ad fulmina vires.  
 Hinc timidæ mentes, tremebundaque corda creantur,  
 Suspensa in strepitus, levibusque obnoxia causis. 136  
 His tamen ingenita est visendi ignota cupido ,  
 Ut nova per montes quærunt arbusta capellæ ,  
 Semper & ulterius pascentes tendere gaudent.

Taurus , in averfos præceps cum tollitur artus ,  
 Sexta

Vulg. v. 119. SURGUNT. 124. CURÆQUE. 125. IMMUNDOSQUE. 133. FUNDAMENTA. 136. TREPIDIS. 137. ETIAM INGENITUR. 138. montesQUE RUUNT. 140. UT—ORTUS.

Sexta parte fui certantes luce sorores 141

Pleïadas ducit : quibus aspirantibus , aliam

In lucem eduntur Bacchi Venerisque sequaces :

Perque dapes , mensamque super petulantia corda ;

Et sale mordaci dulces quærentia risus. 145

Illis cura sui cultus , frontisque decoræ

Semper erit : tortos in fluctum ponere crines ,

Aut vinclis revocare comas , & vertice denso

Fingere , & appositis caput emutare capillis ,

Punicibusque cavis horrentia membra polire , 150

Atque odisse virum , sterilesque optare lacertos.

Femineæ vestes ; nec in usum tegmina plantis ,

Sed speciem ; fractique placent ad mollia gressus.

Naturæ pudet , atque habitat sub pectore cæca

Ambitio , & morbum virtutis nomine jactant. 155

Semper amare parum est : cupient & amare videri.

Jam vero geminis fraterna ferentibus astra

In cælum , summoque natantibus æquore ponti ,

Septima pars leporem tollit : quo fidere natis

Vix alas natura negat volucrumque meatus ; 160

Tantus erit per membra vigor referentia ventos.

Ille prius victor stadio , quam missus , abibit :

Ille citò motu rigidos eludere cæstus ;

Nunc exire levis missas , nunc mittere palmas :

Ille pilam celeri fugientem reddere planta , 165

Et pedibus pensare manus , & ludere folle ,

Mobilibusque citos ictus glomerare lacertis :

Ille potens turba perfundere membra pilarum ,

Per totumque vagas corpus disponere palmas ,

Ut teneat tantos orbes , sibique ipse reludat , 170

I

Et

Vulg. v. 141. LUCIS AD ORAS. 144. MENSAQUE. 152.  
INSUNT. 153. SPECIES FICTIQUE. 154. CÆCO. 160. VO-  
LUCRESQUE. 163. MONITU. 166. SALTU. 168. TUR-  
BAM.

Et velut edoctos jubeat volitare per ipsum.

Invigilant curis : somnos industria vincit :

Otia per varios exercent dulcia lusus.

Nunc cancro vicina canam, cui parte sinistra

Confurgunt jugulæ : quibus aspirantibus orti 175

Te, Meleagre, colunt flammis absentibus ustum,

Reddendentque tuæ post mortem mutua matri;

Cujus & ante necem paulatim vita sepulta est:

Atque Atlanteos conatum ferre labores :

Et Calydonea bellantem rupe puellam, 180

Vincentemque viros; &, quam potuisse videre

Virgine majus erat, stringentem vulnere primo :

Quaque erat Actæon filvis imitandus, & ante

Quam canibus nova præda fuit. ducuntur & ipsi

Retibus, & claudunt vastos formidine montes, 185

Mendacesque parant foveas, laqueosque tenaces,

Currentesque feras pedicarum compede nectunt,

Aut canibus ferrove necant, prædasque reportant.

Sunt quibus in pontum studium est, cepisse natan-  
tum

Diversas facies, & cæco merfa profundo 190

Sternere littoreis monstrorum corpora arenis,

Horrendasque fretis in bella laceffere phocas,

Et colare vagos inductis retibus amnes,

Ac per nulla sequi dubias vestigia prædas.

Luxuriæ quia terra parum, fastidiet orbem 195

Venter, & ipse gulam Nereus ex æquore pascet.

At Procyon oriens, cum jam vicesima cancri

Septimaque ex undis pars sese emergit in astra,

Venatus non ille quidem, verum arma creatis

Ve-

Vulg. v. 172. INVIGILAT SOMNIS CURAS. 173. EXERCET. 176. HABITANTIBUS. 177. PER—MUNERA. 179. ATALANTEOS. 181. VIDERI. 182. STERNENTEM. 183. QUAMQUE. 185. CAMPOS—MORTIS. 189. PONTO—FERARUM. 192. HORRENDUM—PONTUM. 194. DUBITANT.

Venandi tribuit: catulos nutrire sagaces, 200  
 Et genus a proavis, mores numerare per urbes;  
 Retiaque, & valida venabula cuspide fixa,  
 Lentaque contextis formare hastilia nodis;  
 Et quodcumque solet venandi poscere cura  
 In proprios fabricare dabit venalia quæstus. 205

Cum vero in vastos surget Nemeæus hiatus;  
 Exoriturque canis, latratque canicula flammæ,  
 Et rabit igne suo, geminatque incendia solis:  
 Qua subdente facem terris, radiosque movente,  
 Dimicat in cineres orbis, fatumque supremum 210  
 Sortitur, languetque suis Neptunus in undis,  
 Et viridis nemori sanguis decedit, & herbis.  
 Cuncta peregrinos orbes animalia quærunt:  
 Atque eget alterius mundus. natura fuisset  
 Ægrotat morbis, nimios obsessa per æstus, 215  
 Inque rogo vivit. tantus per sidera fervor  
 Funditur, aque uno se accendunt lumine cuncta.  
 Hæc tibi se ponto per pronas extulit oras,  
 Nascentem si quem pelagi perstrinxerit unda,  
 Effrenos animos, violentaque pectora finget, 220  
 Irarumque dabit fluctus, odiumque, metumque  
 Totius vulgi. præcurrunt verba loquentes:  
 Ante os est animus: nec magnis concita causis  
 Corda micant, & lingua rabit, latratque loquendo:  
 Morsibus & crebris dentes in voce relinquit: 225  
 Ardescit vino vitium, viresque ministrat  
 Bacchus, & in flammam sævas exfuscitat iras.  
 Nec silvas rupeſve timent, ungueſve leonis,  
 Aut spumantis apri dentes, aut cornua tauri:

I. 2

Effun-

Vulg: v. 201. ARTES: 206. SURGIT: 207. FLAMMANS.  
 217. ATQUE uno CEU SINT IN. 220. FINGIT: 222. LO-  
 QUENTIS. 226. VITIO. 227. FLAMMA. 228. rupeſQUE  
 TIMET VASTOSQUE LEONES. 229. ATQUE ARMA FERARUM.

Effunduntque suas concessio in robore flammæ. 230  
 Nec tales mirere artes sub sidere tali :  
 Cernis , ut ipsum etiam sidus venetur in astris ?  
 Prægressum quærit leporem comprehendere cursu.  
 Ultima pars magni cum tollitur orbe leonis ,  
 Crater auratis surgit cælatus ab astris. 235  
 Inde trahit quicumque genus moresque , sequetur  
 Irriguos rivis campos , amnesque , lacusque :  
 Et te , Bacche , tuas nubentem junget ad ulmos ,  
 Disponetve jugis , imitatus fronde choreas ;  
 Robore vel proprio fidentem in brachia ducet , 240  
 Teque tibi credet : Semeleve a matre resectum  
 Adjunget palis , segetemque interferet uvis :  
 Quæque alia innumeri cultus est forma per orbem ,  
 Pro regione colet. nec parce vina recepta  
 Hauriet e cratere , & fructibus ipse fruetur , 245  
 Gaudebitque mero , mergetque in pocula mentem.  
 Nec solum terræ spem credet in annua vota :  
 Annonæ quoque vectigal , mercesque sequetur ,  
 Præcipue quas humor alit ; nec deserit unda.  
 Tales effinget crater humoris amator. 250  
 Jam subit Erigone : quæ cum tibi quinque feretur  
 Partibus ereptis ponto , tollentur ab undis  
 Clara Ariadneæ quondam monumenta coronæ ,  
 Et molles tribuent artes. hinc dona puellæ  
 Namque nitent ; illinc oriens est ipsa puella. 255  
 Ille colet nitidis gemmantem floribus hortum ,  
 Pallentes violas , & purpureos hyacinthos ,  
 Liliaque , & Tyrios imitata papavera fucos ,  
 Vernantisque rosæ rubicundo sanguine florem.  
 Caryleumque oleis viridemve in palmite collem 260  
 Con-

. V. 230. EFFUNDITQUE. 237. RURIS. 239. DISPO-  
 NETQUE—IMITATAS. 241. SEMPER QUIN. 242. CALA-  
 MIS. 245. EMISCENS. 251. TER. 258. TYRIAS—LUCES.  
 260. Caryleum. FOLIS VIRIDI. QUIN. GRAMINE. 1.



Conferet, & veris depinget prata figuris :  
 Aut varios nectet flores, fertisque locabit ;  
 Effingetque suum fidus : quin mutua pressos  
 Incoquet, eque Arabum filvis miscebit odores ;  
 Et Medos unguenta dabit referentia flatus, 269  
 Ut sit adulterio succorum gratia major :  
 Munditiæ cultusque placent, artesque decoræ,  
 Et lenocinium vitæ, præsensque voluptas.  
 Virginis hoc anni poscunt, floresque coronæ.  
 At cum, per decimam confurgens horrida par-  
 tem, 270

Spica feret præ se vallantes corpus aristas,  
 Arvorum ingenerat studium rurisque colendi ;  
 Seminaque in foenus fulcatis credere terris ;  
 Usuramque sequi majorem forte, receptis  
 Frugibus innumeris ; atque horrea quærere messi :  
 ( Quod solum decuit mortales nosse metallum : 276  
 Nulla fames, non ulla forent jejunia terris. )

*Dives erat census saturatis gentibus orbis,*  
 Et si forte labor ruris tardaverit artes,  
 Quis sine nulla Ceres, non ullus feminis usus, 280  
 Subdere fracturo filici frumenta, superque  
 Ducere pendentes orbes, & mergere farra,  
 Ac torrere focis, hominumque alimenta parare,  
 Atque unum genus in multas variare figuras.  
 Et quia dispositis habitatur spica per artem 285  
 Frugibus, & structo similis componitur ordo,  
 Seminibusque suis cellas atque horrea præbet ;  
 Sculptentem faciet sanctis laquearia templis,  
 Condentemque novum cælum per tecta tonanti.

I 3

Hæc

Vulg. v. 263. SIMILES IN. 264. ATQUE — MULCEBIT.  
 265. MEDICOS. 267. ADSUNT. 271. SQUALLENTIS — ARI-  
 STÆ 281. FRACTUROS SILICIS. 285. APTATUR. 286. EX-  
 STRUCTU SIMILI. 289. TONANTIS.

Hæc fuerat quondam divis concessa figura : 290  
 At jam luxuriæ paret. triclinia templis  
 Concertant; tectique auro jam velsimur auro.  
 Sed parte octava surgentem cerne sagittam  
 Chelarum. dabit hæc jaculum torquere lacertis ,  
 Et calamum nervis , glebas & mittere virgis ; 295  
 Pendentemque suo volucrem deprendere cælo ,  
 Cuspide vel triplici securum figere piscem.  
 Quod potius dederim Teucro fidusve genusve ?  
 Teve , Philoctete , cui malim credere parti ?  
 Hectoris ille faces arcu de classe fugavit , 300  
*Mittebat qui vos , ignes , in mille carinas :*  
 Hic fortem pharetra Trojæ bellique gerebat ,  
 Major & armatis hostis subsederat exul.  
 Quinetiam ille pater tali de sidere cretus  
 Esse potest , qui serpentem super ora cubantem , 305  
 Infelix , nati , somnumque animamque bibentem ,  
 Sustinuit misso petere ac prosternere telo.  
 Ars erat esse patrem : vicit natura periculum ,  
 Et pariter juvenem somnoque ac morte levavit ,  
 Tunc iterum natum , & fato per somnia raptum. 310  
 At cum secretis improvidus hoedus in arvis  
 Erranti similis fratrum vestigia quærit ,  
 Postque gregem longo producit intervallo ;  
 Solertes animos , agitataque pectora in usus  
 Effingit varios , nec deficientia curis , 315  
 Nec contenta domo. populi sunt illa ministra ,  
 Perque magistratus , & publica jura feruntur.  
 Non illo coram digitos quæsierit hasta ;  
 Defueritve bonis sector , poenamve lucretur  
 Noxius ,

Vulg. v. 291. NUNC—PARS EST. 294. ET. 300. TELO-  
 QUE. 302. HINC ORTAM PHARETRAM—BELLUMQUE.  
 307. ET. 311. ASTRIS. 315. VARIIS. 318. ULLO CA-  
 REAT DIGITO , QUAQUE IVERIT. 319. DEFUERITQUE—  
 POENAMQUE.

Noxius, aut patriam fraudarit debitor æris. 320  
 Cognitor est urbis. necnon lascivit amores  
 In varios, ponitque forum, suadente Lyæo;  
 Mobilis in saltus, & scenæ mollior arte.  
 Nunc surgente nepa, testudinis enatat undis  
 Forma, per heredem tantum post fata sonantis, 325  
 Qua quondam mentemque feris Oeagrius Orpheus,  
 Et sensus scopulis, & silvis addidit aures,  
 Et Diti lacrimas, & Parcis denique filum.  
 Hinc venient vocis dotes citharæque sonantis,  
 Garrulaque in modulos diversa tibia forma, 330  
 Et quodcumque manu loquitur, flatuve movetur.  
 Ille dabit cantus inter convivia dulces,  
 Mulcebitque sono Bacchum, noctesque tenebit.  
 Quinetiam curas inter, secreta movebit  
 Carmina, furtivo modulatus murmure vocem: 335  
 Solus & ipse suas semper cantabit ad aures.  
*Chelaram surget cum pars vicesima sexta*  
*Hinc distante lyra, quæ cornua ducit in astra,*  
 Sed regione nepæ vix partes octo trahentis,  
 Ara ferens turis, stellis initantibus, ignem, 340  
 (In qua devoti quondam cecidere gigantes,  
 Nec prius armavit violento fulmine dextram  
 Juppiter, antè focos quam constitit ipse sacerdos;)  
 Quos potius finget partus, quam templa colentes,  
 Atque auctoratos in tertia jura ministros, 345  
 Divorumque sacra venerantes numina voce,  
 Pene deos, & qui possunt ventura videre?  
 Quattuor appositis centaurus partibus effert  
 Sidera, & ex ipso mores nascentibus addit.

I 4

Hic

Vulg. v. 320. ET. 322. SE DATQUE. 324. LYRA. 325.  
 PRÆFATA. 326. SONITUMQUE SERENS. 328. MORTI—  
 FINEM. 329. BOREÆQUE. 330. QUÆ MODULIS DIVER—  
 SE—FORMAT. 331. FLATUQUE. 333. NOCTISQUE TENE—  
 BRIS. 343. DEOS. 344. ORTUS.

Hiç mulos aget aut mannos, mixtoque jugabit. 350  
 Semine quadrupedes, aut curru cellior ibit;  
 Aut ornabit equos phaleris, aut ducet in arma.  
 Ille tenet medicas herbas ad membra ferorum:  
 Hoc est artis opus non expectare gementes,  
 Sed non auditos mutorum tollere morbos, 355  
 Et sibi non ægros jamdudum credere tales.

Nunc subit arcitenens, cujus pars quinta nitentem  
 Arcturum ostendit cælo; quo tempore natis  
 Fortuna ipsa suos audet committere census,  
 Regales ut opes & sancta æraria servant, 360  
 Regnantes sub rege suo, rerumque ministri:  
 Tutelamve gerant populi, domibusve regendis  
 Præpositi, curas alieno limine claudant.

Arcitenens cum se totum produxerit undis  
 Ter decima sub parte feri; formantibus astris, 365  
 Plumeus in cælum nitidis olor evolat alis:

Quo surgente trahens lucem, matremque relin-

quens,  
 Ipse quoque aërios populos, cæloque dicatum  
 Alituum genus in studium censusque vocabit.  
 Mille fluent artes, aut bellum indicere mundo, 370

Et medios inter volucrem prensare meatus:

Aut nido captare suo, ramove sedentem,

Pascentemve super surgentia ducere lina.

Atque hæc in luxum: jam ventri longius itur,

Quam modo militiæ. Numidarum pascimur oris, 375

Phasidos & lucis: arcessitur inde macellum,

Unde aurata novo convecta est remige pellis.

Quin-

Vulg. v. 350. AUT — MIXTOSQUE. 352. ONERABIT —  
 ARMIS. 353. ARTES — FERARUM. 355. ET — MUTARUM.  
 356. CORPUS. 358. PONTO. 362. tutelamQUE GERENT.  
 363. CLAUDENT. 369. alitumQUE genus studium. 372. NI-  
 DIS DAMNARE SUIS. 374. AT QUÆ. 376. DAMNIS. 377.  
 AQUORE.

Quinetiam linguas hominum sensusque docebit  
 Aërias volucres, novaque in commercia ducet,  
 Verbaque præcipiet naturæ lege negata. 380

Ipse deum cynus condit vocemque sub illo;  
 Non totus volucer, secumque immurmurat intus.  
 Nec te prætereant, clausas qui culmine fumino  
 Pascere aves Veneris gaudent, & credere campo,  
 Ac certis revocare notis; totamve per urbem 385  
 Qui gestant caveis volucres ad iussa paratas,  
 Quorum omnis parvo consistit passere census.  
 Has erit & similes tribuens olor aureus artes.

Anguitenens magno circumdatus orbe draconis  
 Cum ver, in regione tuæ, capricorne, figuræ, 390

Non inimica facit serpentum membra creatis.  
 Accipient finibusque suis, peploque fluenti;  
 Osculaque horrendis jungent impune venenis.  
 At cum se patrio producet ab æquore piscis,  
 In cælumque ferens alienis finibus ibit; 395

Quisquis erit tali capiens sub tempore vitam,  
 Litoribus ripisque suos circumferet annos,  
 Pendentem & cæco captabit in æquore piscem,  
 Cumque suis domibus concha valloque latentes  
 Protrahet immerfus. nihil est audere relictum. 400

Quæstus naufragio petitur, corpusque profundo  
 Immissum pariter cum præda exquiritur ipsa.  
 Nec semper tanti merces est parva laboris:  
 Censibus æquantur conchæ, rapidumque notari. \*  
 Vix quisquam est locuples. oneratur terra profun-  
 do. 405

Tali forte suas artes per litora tractat,  
 Aut emit externas pretio: mutatque labores,

I 5

In-

Vulg. v. 384. REDDERE CÆCAS. 385. AUT—TOTAMQUE,  
 390. IN. 392. ACCIPIUNT. 393. JUNGUNT. 394. PRO-  
 DUCIT. 400. PROTRAHIT. 402. QUAM. 403. NAM. 407.  
 EXTERNOS.

Institor æquoreæ varia sub imagine mercis.  
 Cumque fidis magno succedunt sidera mundo,  
 Quæsitore scelerum veniet, vindexque reorum, 410  
 Qui commissa suis rimabitur argumentis,  
 In lucemque trahet tacita lætantia fraude.  
 Hinc etiam immitis tortor, poenæque minister;  
 Et quisquis vero favit, culpamve perodit  
 Proditor; atque alto qui jurgia pectore tollat. 415  
 Cæruleus ponto cum se delphinus in astra  
 Erigit, & squamam stellis imitantibus exit,  
 Ambiguus terræ partus, pelagoque creatur.  
 Nam velut ipse citis perlabitur æquora pinnis,  
 Nunc summum scindens pelagus, nunc alta pro-  
 fundi, 420  
 Et sinibus gyros glomerat, fluctumque figurat;  
 Sic, venit ex illo quisquis, volitabit in undis:  
 Hic alterna ferens in lentos brachia tractus,  
 Nunc plausa refonabit aqua; nunc æquore mersas  
 Diducet palmas, furtivus remus in ipso: 425  
 Nunc in aquas rectus veniet, passuque natabit;  
 Et vada mentitus reddet super æquore campum:  
 Aut immota ferens in tergus membra latuisse,  
 Non onerabit aquas, summisque accumbet in undis,  
 Pendebitque super; totus sine remige velum est. 430  
 Illis in ponto jucundum est quærere pontum,  
 Corporaque immergunt undis, ipsumque sub antris  
 Nerea, & æquoreas conantur visere nymphas;  
 Exportantque maris prædas, & rapta profundo  
 Naufragia, atque imas avidi scrutantur arenas. 435  
 Par ex diverso studium sociatur utrumque

In

Vulg. v. 412. LATITANTIA. 415. PRODITUR. 421. VI-  
 RES SUMIT. 423. NUNC. 424. ET—MERSUS. 425. DE-  
 DUCET—FURTIVO. 426. PASSIMQUE. 427. ÆQUORA.  
 428. LATUSQUE. 430. TUTUS—VOTUM. 432. QUI MER-  
 GUNT. 436. STUDET ET.

In genus, aque uno digestum semine surgit.  
 Adnumeres etiam illa licet cognata per artem  
 Corpora, quæ valido saliant excussa petauro,  
 Alternosque cient motus: delatus & ille 440  
 Huc jacet, atque hujus casu suspenditur ille.  
 Membrane, per flammæ orbemque emissa flagrant,  
 Molliter ut liquidis per humum ponuntur in undis.  
 Delphinumque suo per inane imitantia motu  
 Et viduata volant pennis, & in aëre ludunt. 445  
 At si deficient artes, remanebit in illis  
 Materies tamen apta. dabit natura vigorem,  
 Atque alacres cursus, campoque volantia membra.  
 Sed regione means Cepheus humentis aquari  
 Non dabit in lusum mores. facit ora severa: 450  
 Frontes ac vultus componit pondere mentis.  
 Pascentur curis, veterumque exempla revolvunt  
 Semper, & antiqui laudabunt verba Catonis,  
 Tutorisve supercilium, patruis rigorem.  
 Componet teneros etiam qui nutriet annos, 455  
 Et dominum dominus prætextæ lege sequatur,  
 Quodque agit, id credat, stupefactus imagine juris.  
 Quinetiam tragico præstabunt verba cothurno,  
 Cujus erit quamquam in chartis stilus ipse cruentus.  
 Nec minus & scelerum facie, rerumque tumultu 460  
 Gaudebunt: vivi bustum memorare sepulchri,  
 Rustantemque patrem natos, solemque reversum,  
 Et cæcum sine luce diem: Thebana juvabit  
 Dicere bella uteri, mixtumque in fratre parentem:  
 Quin & Medæ natos, fratremque, patremque: 465  
 Hinc vestes, flammæ illinc pro munere missas,  
 Aëriamque fugam, junctosque in curribus angues.

Mille

Vulg. v. 437. ATQUE. 438. AD NUMEROS—ILLE CIET.  
 440. ELATUS. 441. NUNC. 442. MEMBRAQUE. 457. AGET—  
 CREDES—VERI. 461. ATRI LUCTUM. 463. SOLE. 465. QUÆ-  
 RERE. 467. VECTOSQUE EX IGNIBUS ANNOS.

Mille alias rerum species in carmina ducent.  
 Forſitan ipſe etiam Cepheus referetur in actus.  
 At ſi quis ſtudio ſcribendi mitior ibit, 470  
 Comica componet lætis ſpectacula ludis.  
 Ardentes juvenes, raptæque in amore puellas,  
 Eluſoſque ſenes, agilesque per omnia ſervos,  
 Quis in cuncta ſuam produxit ſæcula vitam  
 Doctor in urbe ſua linguæ ſub flore Menander, 475  
 Qui vitæ oſtendit vitam, chartiſque ſacravit.  
 Et, ſi tanta operum vires commenta negarint,  
 Externis tamen aptus erit nunc voce poëtis,  
 Nunc tacito geſtu; referetque affectibus ora,  
 Et ſua dicendo faciet; ſoluſque per omnes 480  
 Ibit perſonas, & turbam reddet in uno:  
*Aut magnos Heroas aget, ſceniſque togatas.*  
 Omnis fortunæ vultum per membra reducet,  
 Æquabitque choros geſtu, cogetque videre  
 Præſentem Trojam, Priamumque ante ora cadentem.  
 Nunc aquilæ ſidus referam, quæ parte ſiniſtra 486  
 Rorantis juvenis, quem terris ſuſtulit ipſa,  
 Fertur, & extentis prædam circumvolat alis.  
 Fulmina miſſa refert, & cælo militat ales,  
 Bis ſextamque notat partem fluvialis aquari. 490  
 Illius in terris orientis tempore natus  
 Ad ſpolia & partas ſurget vel cæde rapinas.  
*Cumque hominum dederit ſtrages, dabit ille ferarum:*  
 Nec pacem a bello, civem diſcernet ab hoſte.  
 Ipſe ſibi lex eſt; &, qua fert cumque voluntas, 495  
 Præcipitat vires: laus eſt contendere cuncta.  
 At ſi forte bonis acceſſerit impetus auſis,  
 Improbitas fiet virtus. & condere bella,  
 Et magnis patriam poterit decorare triumphis.

Et

Vulg. v. 468. CARMINE. 469. GESTUS. 479. SATURO.  
 497. ET ſi. 499. ORNARE.



Et quia non tractat volucris, sed suggerit, arma; 500  
 Immissosque refert ignes, & fulmina reddit;  
 Regis erit magnive ducis per bella minister,  
 Ingentesque suis præstabit viribus usus.

At cum Cassiope, bis denis partibus actis,  
 Æquorei juvenis dextra de parte resurgit, 505  
 Artifices auri faciet; qui mille figuris

Vertere opus possint, caræque acquirere dotem  
 Materiæ, & lapidum vivos miscere colores.

Hinc augusta nitent sacratis munera templis,  
 Aurea Phoebeis certantia culmina flammis, 510  
 Gemmarumque jubar, radiantes lucibus ignes.

Hinc Pompeia manent veteris monimenta triumphæ,  
 Et Mithridateos vultus induta tropæa.

*Et quod erat regnum, pelagus fuit: una malorum  
 Non extincta lues, semperque recentia flammis. 515*

Hinc lenocinium formæ, cultusque repertus  
 Corporis, atque auro quæsitæ est gratia frontis,  
 Perque caput ducti lapides, per colla, manusque,  
 Et pedibus niveis fulserunt aurea vincla.

Quid potius matrona velit tractare creatos, 520  
 Quam factum revocare suos quod possit ad usus?

Ac ne materies tali sub munere desit,  
 Quærere sub terris aurum, furtoque latentem  
 Naturam eruere omnem, orbemque invertere prædæ  
 Imperat, & glebas inter deprendere gazam, 525  
 Invitamque novo tandem producere cælo.

Ille etiam fulvas avidus numerabit arenas,  
 Perfundetque novo stillantia litora ponto,  
 Magnaque ramentis faciet momenta minutis.

*Protulit, ut legeret census spumantis in aurum, 530  
 Et perlucens cuperet prensare lapillos.*

Vorti-

Vulg. v. 510. LUMINA. 511. JULI. 528. STELLANTIA.  
 529. PARVAQUE.

Vorticibus mediis oculis immittet avaros.  
 Et coquet argenti glebas, venamque latentem  
 Eruet, & filicem rivo saliente liquabit.  
 Aut facti mercator erit per utrumque metalli, 535  
 Alterum & alterius semper mutabit ad usus.  
 Talla Cassiope nascentum pectora finget.

Andromedæ sequitur sidus, quæ, piscibus ortis  
 Bis sex in partes, cælo venit aurea dextro.  
 Hanc quondam poenæ dirorum culpa parentum 540  
 Prodidit, infestus totis cum finibus omnis  
 Incubuit pontus, timuit Maurusia tellus.  
 Proposita est merces, vesano dedere ponto  
 Andromedan, teneros ut bellua manderet artus.  
 Hic Hymenæus erat: solataque publica damna 545  
 Privatis lacrimis ornatur victima poenæ,  
 Induiturque finis non hæc ad vota paratos,  
 Virginis & vivæ rapitur sine funere funus.  
 Ac simul infesti ventum est ad litora ponti,  
 Mollia per duras panduntur brachia cautes: 550  
*Astrinxere pedes scopulis, injectaque vincla,*  
 Et cruce virginea moritura puella pependit.  
 Servatur tamen in poena cultusque pudorque.  
 Supplicia ipsa decent. nivea cervice reclinis  
 Molliter ipsa, suæ custos est ipsa figuræ. 555  
 Defluxere sinus humeris, fugitque lacertos  
 Vestis, & effusi scapulis lufere capilli.  
 Te circum Alcyones pennis planxere volantes,  
 Fleveruntque tuos miserando carmine casus,  
 Et tibi contextas umbram fecere per alas. 560  
 Ad tua fustinuit fluctus spectacula pontus,  
 Assuetasque sibi desiit perfundere ripas.

Ex-

Vulg. v. 535. ET. 536. IN. 537. FINGIT. 542. CUM NAU-  
 FRAGA. 545. SOLAQUE IN. 546. PRO NATIS LACRIMANS—  
 POENA. 547. IN. 549. AT. 553. VULTUSQUE. 555. SOLA.  
 557. SCOPULIS HÆSERE.

Extulit & liquido Nereis ab æquore vultus;  
 Et casus miserata tuos roravit & undas.  
 Ipsa levi flatu refovens pendentia membra 565  
 Aura per extremas resonavit flebile rupes.  
 Tandem Gorgonei victorem Persea monstri  
 Felix illa dies redeuntem ad litora duxit.  
 Hæque, ubi pendentem vidit de rupe puellam,  
 Dirigit, facies quem non stupefecerat hostis: 570  
 Vixque manu spoliū tenuit: victorque Medusæ  
 Victus in Andromeda est. jam cautibus invidet ipsis,  
 Felicesque vocat, teneant quæ membra, catenas.  
 At postquam poenæ causam cognovit ab ipsa,  
 Destinat in thalamos per bellum vadere ponti, 575  
 Altera si Gorgo veniat, non territus ire.  
 Concitat aërios cursus, flentesque parentes  
 Promissu vitæ recreat, pactusque maritum  
 Ad litus remeat. gravidus jam surgere pontus  
 Coeperat, & longo fugiebant agmine fluctus 580  
 Impellentis onus monstri. caput eminent undas  
 Scandentis, pelagusque vomit. circumsonat æquor  
 Dentibus, inque ipso rapidum mare navigat ore.  
 Hinc vasti surgunt immensis torquibus orbes,  
 Tergaque consumunt pelagus. sonat undique Syrtis,  
 Atque ipsi metuunt montes, scopulique ruentem. 586  
 Infelix virgo, quamvis sub vindice tanto,  
 Quæ tua tunc fuerat facies? quam fugit in auras  
 Spiritus? ut toto caruerunt sanguine membra?  
 Cum tua fata cavis e rupibus ipsa videres, 590  
 Adnātemque tibi poenam, pelagusque ferentem,  
 Quantula præda maris? plausis hic subvolat alis  
 Perseus, & cælo pendens sic fertur in hostem,  
 Gorgo-

Vulg. v. 563. VULTUM. 570. FACIE. 582. SCINDEN-  
 TIS—MOVET. 584. VASTIS URGENT IMMENSI. 592. SED  
 PENNIS—ALTE. 593. JACULATUR.

Gorgoneo tinctum defigens sanguine ferrum.  
 Illa subit contra, versamque a gurgite frontem 595  
 Erigit, & tortis innitens orbibus alte  
 Emicat, ac toto sublimis corpore fertur.  
 Sed quantum illa subit, seque ejaculata profundo est,  
 Is tantum revolat, laxumque per æthera ludit.  
*Perseus, & Ceti subeuntis verberat ora.* 600  
 Nec cedit tamen illa viro, sed sævit in auras  
 Morfibus, & vani crepitant sine vulnere dentes.  
 Efflat & in cælum pelagus, mergitque volantem  
 Sanguineis undis, pontumque extollit in astra.  
 Spectabat pugnam pugnandi causa puella; 605  
 Jamque oblita sui, metuit pro vindice tali  
 Suspirans, animoque magis quam corpore pendet.  
 Tandem confossis subsedit bellua membris,  
 Plena maris, summasque iterum remeavit ad undas,  
 Et magnum vasto contextit corpore pontum, 610  
 Tunc quoque terribilis, nec virginis ore videnda.  
 Perfundit liquido Perseus in marmore corpus,  
 Major & ex undis ad cautes provolat altas,  
 Solvitque hærentem vinclis de rupe puellam,  
 Desponsam pugna, nupturam dote mariti. 615  
 Hic dedit Andromedæ cælum, stellisque sacravit,  
 Mercedem tanti belli, quo concidit ipsa  
 Gorgone non levius monstrum, pelagusque levavit.  
 Quisquis in Andromedæ surgentis tempora ponto  
 Nascitur, immitis veniet, poenæque minister, 620  
 Carceris & duri custos, quo stante superbo  
 Prostratæ jaceant miserorum in limine matres,  
 Pernoctesque patres cupiant extrema suorum  
 Oscula,

Vulg. v. 595. ASSURGENS CONVERSAQUE. 598. SEM-  
 PER JACULATA profundo. 599. IN. 609. summas ITE-  
 RUMQUE RENAVIT. 612. PERFUDIT. 613. PERVOLAT.  
 617. CONDIDIT. 619. TEMPORE. 621. SUPERBÆ.

Oscula , & in proprias animam transferre medullas :  
 Carnificisque venit mortem vendentis imago , 625  
 Accensosque rogos , & tinctas cæde secures.  
 Supplicium vectigal erit. qui denique posset  
 Pendentem e scopulis ipsam spectare puellam :  
 Interdum poenis innoxia corpora servat ,  
 Vincitorum dominus, sociusque in parte catenæ. 630  
 Piscibus exortis , cum pars vicesima prima  
 Signabit terræ limen , fulgebit & orbi ;  
 Aërius nascetur equus cæloque volabit ,  
 Velocesque dabit sub tali tempore partus ,  
 Omne per officium vigilantia corda ferentes. 635  
 Hic glomerabit equo gyros , dorsoque superbus  
 Ardua bella geret rector cum milite mixtus.  
 Hic stadium fraudare fide , poteritque videri  
 Mentitus passus , & campum tollere cursu.  
*Quamvis extremo citius revolaverit orbe* 640  
 Nuntius extremum velox penetraverit orbem.  
 Vilibus ille etiam sanabit vulnera fuccis  
 Quadrupedum : & medicas herbas in membra fe-  
 rorum  
 Noverit , humanos & quæ nascentur ad usus.  
 Nixa genu species , & Grajo nomine dicta 645  
 Engonasi , ( ignota facies sub origine constat )  
 Dextra per extremos attollit lumina pisces.  
 Hinc fuga nascentum , dolus , insidiæque creantur ,  
 Grassatorque venit media metuendus in urbe.  
 Et si forte aliquas animis exsurget in artes , 650  
 In prærupta dabit studium , vendetque periculo  
 K Inge-

Vulg. v. 625. DUCENTIS. 626. ACCENSISQUE ROGIS  
 & STRICTA SÆPE SECURI. 627. POSSIT. 632. SIGNA-  
 TOR TERRÆ LUMEN. 635. COME—MEMBRA. 638. NUNC  
 STADIO—FIDEM. 639. MENTIRI—CAMPO—CURSUM.  
 641. VEL BIS. 643. ARTES—FERARUM. 646. INGENICLA  
 NITENS. 650. ANIMO CONSURGET. 651. VINCETQUE.

Ingenium. ac tenues ausus sine limite gressus  
 Certa per extentos ponet vestigia funes;  
 At cæli meditatus iter vestigia perdet  
 Pene sua, & pendens populum suspendet ab ipso. 655  
 Læva sub extremis confurgunt sidera ceti  
 Piscibus, Andromedam ponto cæloque sequentis.  
 Hic trahit in pelagi cædes, & vulnera natos  
 Squamigeri gregis: extentis laqueare profundum  
 Retibus, & pontum vinclis arcare furentem; 660  
 Et velut in laxo securas æquore phocas  
 Carceribus claudunt raris, & compede neſtunt;  
 Incautosque trahunt macularum lumine thynnos.  
 Nec cepisse fat est: luctantur rumpere nodos,  
 Expectantque novas acies, ferroque necantur, 665  
 Inficiturque suo permixtus sanguine pontus.  
 Tum quoque, cum toto jacuerunt litore prædæ,  
 Altera fit cædis cædes: scinduntur in artus,  
 Corpore & ex uno varius describitur usus.  
 Illa datis melior succis pars, illa retentis. 670  
 Hinc sanies pretiosa fluit, floremque cruoris  
 Evomit, & mixto gustum sale temperat oris.  
 Illa putris turba est. strages confunditur omnis,  
 Permiscetque suas alterna in damna figuras,  
 Communemque cibus usum, succumque ministrat.  
 Aut cum cæruleo stetit ipsa simillima ponto 676  
 Squamigerum nubes, turbaque immobilis hæret,  
 Excipitur vasta circumvallata sægena,  
 Ingentesque lacus & Bacchi dolia complet,  
 Humorisque vomit socias per mutua dotes; 680  
 Et

Vulg. v. 652. AUT. 653. PONIT. 654. ET. 655. ET  
 PENE UT—SUSPENDIT. 658. HOC. 660. ARMARE SE-  
 QUENTEM. 663. VIMINE. 664. CORPORA NODIS. 667.  
 TOTUS. 669. CORPORA. 676. AT. 677. TERREQUE.  
 680. HUMORESQUE VOMET SOCIA—DOTE.

Et fluit in liquidam tabem resoluta medulla.  
 Quinetiam magnas poterunt celebrare salinas,  
 Et pontum coquere, & ponti secernere virus,  
 Cum solidum certo distendunt margine campum,  
 Adpelluntque suo deductum ex æquore fluctum, 685  
 Claudendoque negant. tum demum suscipit auras  
 Area, tum posito per solem humore nitescit.  
 Congeritur siccum pelagus, mensisque profundi  
 Canities seposita maris; spumæque rigentis  
 Ingentes faciunt cumulos; pelagique venenum, 690  
 Quo perit usus aquæ fucco corruptus amaro,  
 Vitali sale permutant, redduntque salubre.  
 At revoluta polo cum pronis vultibus arctos  
 Ad sua perpetuos revocat vestigia passus,  
 Nunquam tincta vadis, sed semper flexilis orbe: 695  
 Aut cynosura minor cum prima luce resurgit,  
 Et pariter vastusve leo, vel scorpios acer  
 Nocte sub extrema permittunt jura diei:  
 Non inimica feræ tali sub tempore natis  
 Ora ferent, placidasque regent commercia gentes.  
 Ille manu vastos poterit frenare leones, 701  
 Et palpare lupos, pantheris ludere captis,  
 Nec fugiet validas cognati fideris urfas.  
 Ille elephanta premet dorso, stimulisque monebit;  
 Inque artes hominum, perversaque munia ducet, 705  
 Turpiter in tanto scandentem pondere funes.  
 Ille tigrim rabie solvet, pacique domabit;  
 Quæque alia infestant silvis animalia terras,

K 2

Junget

Vulg. v. 681. LIQUIDAS TABES—MEDULLAS. 686. UN-  
 DAS. 687. PONTUS. 688. MERSIQUE. 689. EMOTA.  
 690. TUMULOS. 691. QUODQUE ERAT. 692. SALU-  
 BREM. 693. PRIMIS. 696. AC. 697. TUM. 699. NA-  
 TUS. 700. FERET PLACIDAS REGET IN. 704. MOVEBIT.  
 705. MUNERA. 706. CEDENTEM—CUNCTIS.

Junget amicitia secum , catulosque sagaces.

\* \* \* \*

# M U L T A D E S U N T.

Tertia pleiadas dotavit forma sorores, 710

Cæruleum rubro vultum suffusa pyropo ,  
Invenitque parem sub te , cynosura , colorem ,  
Et quos delphinus jaculatur quattuor ignes ,  
Deltotonque tribus facibus , similique nitentem  
Luce aquilam , & flexos per lubrica terga dracones.

715

Tum quartum quintumque genus discernitur omni  
E numero , summamque gradus disjungit utramque.  
Maxima pars numero censu concluditur imo ,  
Quæ neque per cunctas noctes , neque tempore in  
omni

Resplendet , vasto cæli submota profundo : 720

Sed cum clara suos avertit Delia currus ,  
Cumque vagæ stellæ terris sua lumina condunt ,  
Mersit & ardentes orion aureus ignes ,  
Signaque transgressus mutat per tempora Phœbus ;  
Effulget tenebris , & nocte accenditur atra. 725

Tunc conferta licet cæli fulgentia templa  
Cernere luminibus densis , totumque micare  
Stipatum stellis mundum ; nec cedere summâ  
Floribus , aut siccæ curvum per litus arenæ :  
Sed quot eant semper nascentes æquore fluctus, 730  
Quot delapsa cadant foliorum millia silvis ,  
Amplius hoc ignes numero volitare per orbem.  
Utque per ingentes populus describitur urbes ,

Præci-

Vulg. v. 710. PLEIADES DOTABIT. 711. FEMINEUM.  
715. ARTUS per lubrica terga. 717. SUMMAQUE gradus  
QUI JUNGITUR ANGUE. 718. PER MINIMOS. 720. RE-  
SPLENDENT ALTO. 721. CURSUS. 722. VAGA EST ILLA  
ET—CONDIT. 727. SEMINIBUS—TOTISQUE. 728. NEC  
SPATIUM stellis MUNDO—SUMMAM. 733. INGENTEM—  
URBEM.



Præcipuumque patres retinent, & proximum  
equester

Ordo locum; populumque equiti, populoque sub-  
ire 735

Vulgus iners videas, & jam sine nomine turbam:  
Sic etiam in magno quædam respublica mundo est;  
Quam natura facit, quæ cælo condidit urbem.

Sunt stellæ procerum similes, sunt proxima primis  
Sidera, suntque gradus, atque omnia jura prio-  
rum. 740

Maximus est populus, minimo qui lumine fertur,  
Cui si pro numero vires natura dedisset,  
Ipse suas æther flammæ sufferre nequiret,  
Totus & accenso mundus flagraret olympos. 744


Vulg. v. 736. ETIAM. 737. RESPONDERE mundo. 738.  
HÆC CÆLI ORBEM. 740. JUNCTA PRIORI. 741. SUM-  
MO qui CULMINE.

## F I N I S.



L

NOTÆ



# NOTÆ SELECTÆ

## IN

### MANILII ASTRONOMICON.

#### Liber I.

**Vers. 1.** *conscia fati Sidera* ) Planetas puta, stellarumque configurationes, quas *Constellationes* vocare amat Jul. Firmicus, in quibus, ex illorum quidem opinione, omnis factorum ratio consistit. Phrasis Maroni ceterisque Poëtarum principibus usitata. Aliis quoque inanimatis rebus hoc *conscius* tribuitur: v. c. *conscia murmura* i. e. incantationibus apta, Stat. Theb. IX, 733. *conscia tellus*, Achil. I, 532. *flamma conscia signa*, Ovid. Amor. II, I, 8. quibus significatio hujus *conscius* accommodanda.

**Vs. 3.** *Celestis rationis opus* ) Sententia ex proxime præcedentibus derivanda, huc redit: *Divina mentis virtute factum*, ut *sidera* diversos hominum casus (formam, mores, fortunam, quæque illis accidunt) *varient* h. e. vario modo decernant, & ad *picturæ similitudinem* figurent: Firmic. Lib. IV. c. XV. Cf. quæ de Chaldæis Cicero de Divin. Lib. II. c. XLII. Verba ejus dabimus infra ad vs. 53. Noster rursus vs. 112. 261. & Lib. III, 58. sqq. Ovidius quoque eodem sensu hoc *variare* usus est Fastor. III, 449.

Jamque ubi cæruleum *variabunt* (non, *vallabunt*)  
*sidera* cælum Suspice.

*Deducere mundo* ) Summa est elegantia dictum. Non multo aliter Ovid. Metam. init.

primaque ab origine mundi  
Ad mea perpetuum *deducite* tempora carmen.

Nativam vocis significationem discimus ab Eod. Amor. I, XIV, 7. ubi:

Vel

Vel pede quod gracili *deducit* aranea filum.

Itaque Noster, se a mundi primordiis carmen exorsurum, ait, præcipuasque ejus partes expositurum *perenni quadam similique serie*, qua omnia veluti filum ex fusso deducantur. Huic fere *σύμφορος* est locus Stat. Achil. I, 6. sq.

Nec in Hectore tracto

Sistere, sed tota juvenem *deducere* Troja.

Advertendum autem, hanc vocem cum hoc *diducere* a Librariis sæpius fuisse commutatam: cujus erroris specimina in MSto quoque Lipsiensi passim legimus.

Vs. 5. *Ad nutantes silvas*) Gronovio præeunte, renuentibus licet Libris, Bentlejus particulam & in prævocabulum *ad* mutavit, quasi hæc cum sequenti *ferens* essent necitenda. Scripsit vero Poëta: *movere* aggredior *Heliconæ* & viridi *nutantes* vertice *silvas*.

Vs. 6. *Hospita sacra ferens*) Phrasis eximie poetica. Persius in Prologo vs. 7.

*Ad sacra* vatium carmen *affero* nostrum;

Ubi vide Cafaub. Nostrium imitatus videtur Germanicus vs. 3.

Te veneror, tibi *sacra fero*

Quibus hæc præcinuit Maro Georg. II, 475.

Musæ, Quarum *sacra fero*.

Ceterum *hospita sacra* Noster dixit *carmen suum intentatum*, quo quidem *inustata* & quasi peregrina donaria afferre sibi videtur. Est autem minus frequens hæc vocis *hospita* significatio; ac nonnisi in fœm. sing. & neutr. plur. legitur. Alias enim uti apud Virgil *hospita aquora* v. *flumina* sunt, quæ quis navigare vel transire facile potest. *Hospita vero spolia* Statio Achil. I, 66. sunt, bona hospitum furto abrepta.

Vs. 7. *Tu mihi, tu, Cæsar.*) Nostri Vulgati: *Nunc mihi* tu Cæsar. Cod. vero Gemblac. quem secutus Scaliger, *Hunc mihi* tu Cæs. *Hunc* Lips. quoque tuetur. *Cæsarem* vero Noster appellat Octavianum Augustum, plane uti Virg. Georg. III, 16. & ceteri ejus ætatis Poætæ, qui certatim Illi carmina sacrificiorum loco obtulerunt,

L 2

Vs. 9.

Vs. 9. *patri*) Jul. Cæsari, cujus Augustus non natura quidem, sed judicio & voluntate filius, imperiique hæres fuit. *Mundum*) i. cælum, ut alibi sæpius.

*Deus ipse*) Quod talis haberi, dici, coli vivus tunc Augustus voluit. Ita quoque Virgil. Ecl. I, 6.

O Meliboe *Deus* nobis hæc otia fecit.

Et Propertius III, III, 1.

*Arma Deus Casar* dites meditatur ad Indos.

Vs. 11. *Jamque favet mundus propius*) Codd. universi, *Jam propiusque favet* mund. Rectissime. Præterquam enim quod illa metathesis voc. *que* minime infrequens Poëtis, Tibull. I, VI. Propert. II, XX. tum vero noluit Noster dicere, cælum favere *illis, qui propius id scrutantur*. Probe scil. novit, vel non scrutantibus illud eximie nonnunquam favere. Nervus autem in hoc *propius* omnino situs; quod cum hoc *favet* jungendum. Est enim h. l. id quod *amicus, propensus*. Alibi *commodius, aptius*, vel simile quid, significat. Minucius Felix p. m. 15. Quid Mantuanus Maro? Nonne apertius, *proximius*, verius? Et Apulejus in Apol. Næ tu, Claudii maxime, patiens vir es, & oppido *proxima* humanitate. Itaque Nostri sic verba accipias, ac si dixisset: *Et jam propensus favet cælum*, nimirum propter Numen Cæsaris jam receptum, & Augusti mox recipiendum. Cf. infr. vs. 391. sqq.

Vs. 12. *Et cupit*) Hoc ferunt Codd. Gemblac. & Lipsienf. ex quo Docti fecerunt *rapit*, quod Vulgati omnes tenent. Dictum autem per Græcismum pro: *Et rapit ut* pandam. Servius ad Virgil. *Rapuit*, festinanter adduxit. Ideo ad divinos instinctus, qui subiti, significandos adhibetur: quemadmodum & *ferri*.

*Census*) Gembl. & Lips. cumque his Impressi omnes legunt *sensus*, quod malim retinere. Magis enim ei conveniens hoc *pandere*; quemadmodum apud Lucan. VI, 590. *pandere fata*. Sideribus autem non h. l. tantum Noster, verum & alibi *sensum* tribuit. Vid. Lib. II, 501. Atque *omnes mundi partes sentientes esse*, longe ante eum asseruit & rationibus firmavit Tullius de Nat. Deor. L. II. c. VIII. & cap. XV. Notat vero Poëta per *athereos sensus* vel, arcana cæli consilia; vel, siderum stellarumque affectiones & voluntatis

Iuntatis quasi inclinationes, cum his, qui homini proprie conveniunt, sensibus, auditu potissimum, visu & tactu. Vid. Lib. II, 466. sqq. 475. sqq. IV, 122. sqq. &c.

Vs. 13. *Hoc sub pace vacat* &c.) Ad optimorum Codd. fidem hæc ita distinguenda: *Hoc sub pace vacat tantum: Juvat ire* &c. Cod. Lips. *vocat*, cum Glossa: *ad hoc nos invitatur sub pace tua*. Sed rectius Gemblac. *vacat*, quod Cusi omnes referunt. Innuit enim, ante pacem ab Augusto orbi redditam, inter armorum strepitum, his vacare Musis ipsi non licuisse. Longe hoc apertius profitetur Lucret. Lib. I, 32. sqq. & vs. 42. sq. Pariter Ovidius, Germanicus & ejus ævi Poëtæ fere omnes.

*Per altum*) Malim, *per ipsum*, quod, multo certe significantius, Libri universi tuentur. *Ire per astra v. aëra* dicitur de iis, qui ista meditatione vel descriptione prosequuntur. Videtur ex Aristoph. sumptum, cujus Socrates Nub. vs. 225

Ἀεροβόλῳ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον.

Vs. 15. *adversos stellarum cursus*) Ex Veterum enim opinione stellarum quædam non mundo tantum, verum etiam sibi invicem contrarium motum habent. Vid. Cic. de Nat. Deor. L. II. c. XIX. Senec. Nat. Quæst. VII. Macrobr. Somn. L. I. c. XVIII. Cf. Nostr. infr. vs. 803. sq. & Lib. V. init. Addeſis Rhodig. L. A. L. I. c. XVIII. pr.

Vs. 17. *præcordia mundi*) Iterum L. III, 61. Non Planetas modo Signiferique signa intelligit, verum omnes cæli mobiliiores partes, quæ *alta firmamenta* dixit Græti Cynæg. Hæc enim Soli tam sunt propinqua, quam membranæ illæ cordi prætenſæ. Sol autem cor mundi: Macrobr. Saturn. L. I. c. XX.

Vs. 18. *Quaque regat*) Scaligeri est emendatio hujus *Quaque*, quod Codicum præcipui, interque eos Lips. habent. Fayus dedit *tegat*, qua voce, tanquam huic rei propria, Noster infra quoque utitur vs. 658. sq. & Ovid. Metam. I, 5. Unde sensus: *Quaque animalia cælum tegat i. modo condant, modo producat & spectantibus ostendat.*

*Terrena*) Hoc ab ingeniosissimo Bentlejo, minus tamen feliciter, effectum ex *generetque*, quod omnino retinendum.

Vs. 21. *Ad duo templa*) Apollinis sc. & Mercurii; quorum illi pro arte poetica, huic, pro astrorum doctrina gratitudinis hoc officium se debere, germanum in modum proficitur. Cf. vs. 19. & 30. sqq.

Vs. 25. *Quem primum interius*) Hoc *interius* Codd. Gembl. Palat. Lips. & ex iis Vulg. Bononiens. & Regiom. tenent *Infernis* agnoscunt Edit. Ald. & Pruckn. quod Scalig. Barth. Fayo magis placuit. Nobis, ut præferamus illud *interius*, vs. 31. inprimis suadet, Locum sic constitimus:

Quem primum *interius* licuit cognoscere *terris*  
Munera cælestium. Quis enim &c.

Interrogantis nota post *caelestum* locum non habet. Non enim quærit Poëta, quis primus illa munera interius cognoverit: sed sibi non nimis indulgens, ut simul insuetum carminis argumentum, impeditamque scribendi rationem excusaret, ait: *omnium ipsi primo concessum esse, arcana celi, qua homini par est, scrutari, eaque hoc carmine complecti*. Vides adeo, illa verba ad *canentem vatem* esse referenda: alioquin citra metri læsionem scripsisset: *Cui primo licuit &c.* Eandem illam opinionem (jactantius ne, an verius?) de se conceptam Auctor plus repetita vice prodidit. Videtis infr. vs. 113. II, 57. sqq. III, 36. sqq.

Vs. 26. *Quis enim nolentibus illis*) Rescribendum *condentibus*, quod Libri universi servant. *Condere* autem h. l. non valet *abscondere*; quod sane contra Manilii sententiam foret, qui Lib. IV, 920, ait:

Ipse vocat nostros animos ad sidera mundus:  
Nec patitur, quia non condit, sua jura latere.

Sed accipiendum illud pro *facere, construere*, uti Lib. II, 475. & V, 289. Ordo verborum: Quis enim condentibus illis mundum, clepsisset *eum furto*?

Vs. 27. *Cepisset*) Auctoritate omnium Codd. legendum *clepsisset*. Videtur ab hoc *κλέπτω* derivatum, cujus significationem ut plurimum servat. Quo minus autem illam per-vulgatam

vulgatam h. l. ei tribuamus, nil magis obstat, quam quod addidit *furto*, quod sane redundaret, nisi putaveris dictum pro *furtim* vel *occulte*. *Furtum* enim non ablata res solum, sed etiam *quicquid occulte geritur*, auctoritate veterum dici potest: Non. Marc. Cap. VI. Observavit autem priscae Latinitatis assertor Varro Lib. VI. *clepere* ab aliis usurpatum pro *corripere*, quod nostri Poetae dicto apprime conveniens videtur esse. Negat enim his verbis, interrogative conceptis, exactam corporum caelestium descriptionem ab alio quam concinnari potuisse, nisi quis *occulte corripuisset calum*, cum jam conderetur. At enim ut ait Jul. Firmic. L. III. c. I. *nec aliquid* (leg. aliquis) *interfuit eo tempore*, quo *mundus*, *divinae mentis ac providi numinis ratione formatus est*: nec eo usque se *intentio potuit humanae fragilitatis extendere*, ut *originem mundi facili posset ratione concipere aut explicare*.

Vs. 28. *Quis foret* &c.) Mire variant Codices & Interpretes in disponendis his qui post hunc leguntur undecim versibus. Sunt autem inter illos duo pessimae monetæ, quos nec Regiomontanus liber agnoscit. Ceterorum nonnulli suo videntur loco moti, qui ut in eum quem hic subijcimus ordinem redigantur, & structionis & sententiæ ratio postulatur. Itaque sic legas:

*Quis foret humano conatus pectore tantum,  
(Invitis ut Diis cuperet Deus ipse videvi)  
Sublimes aperire vias, animumque sub orbem  
Et per inane suis parentia finibus astra,  
Mominæque & cursus signorum pandere vires;  
Major uti facies mundi foret & veneranda  
Non species tantum, sed & ipsa potentia rerum:  
Sentirentque Deum gentes qua maximus esset?  
Tu princeps auctorque sacri, Cyllenie, tanti;  
Per te jam calum interius, jam sidera nota:  
Et natura dedit vires, seque ipsa reclusit,  
Regales animos primum dignata movere.*

Vs. 30. *Cyllenie*) Mercuri, Virgil. Æn. VIII, 138. sq. Huic Ægyptios, quos Astronomiam ille docuit, libros suos inscripsisse, auctor est Jamblichus de Ægyptiorum Secretis.

Vs. 32. *innumque* ) Ed. Regiom. *unumque*. Subscribit Barth Adv. p. 17. Per *unum orbem* notare Auctor videtur consonam astrorum choream, quam agere summa cum suavitate Poëtis dicuntur. Claudian. XXI, 84.

Vs. 34. *Momina* ) Cod. Lipf. & ceteri fere omnes, *Nonina* Illud tamen non prorsus ineptum. Veteres enim *momen* pro *momento*, quod utrumque a *moveo*, dixerunt. Notat proprie quamlibet mutationem, vel motionem utcunque exiguam & fere insensibilem. Lucret. *momine parvo, tantillo* Lib. III, 189. sq. *Momina* h. l. si placet, referre possis ad *stellas fixas*; *cursus* ad eas, quas, qui cum Græcis errare volunt, *Erraticas* salutant.

*Pondera, vires* ) Verior lectio Ed. Regiom. & Rom. *pandere vires*. Probata quoque Barth. Adv. p. 17.

Vs. 37. *quam maximus* ) Legendum omnino, *qua maximus*. Non enim hoc *quam*, nisi cum verbo *possum*, superlativo *maxime* jungi aſſolet. Emendavit quoque in Propertio Gronovius Lib. II, I, 1. *qua maxima* Roma est; ubi vulgatum erat, *quam maxima*. Sensus h. l. *ubi* vel *qua parte Deus esset maximus*: ubi maxime majestatem potentiamque suam exserit, nempe in cælo.

Vs. 38. sq. Exulant a Codd. Gemblac. & Palat. Neque Edit. Bononienf. & Regiom. eos agnoscunt.

Vs. 40. *Et natura* ) Editi Rom. & Regiom. *Naturæque dedit vires* scil. Deus, ut se ipsa recluderet ac patefaceret earum rerum curiosis.

Vs. 41. *Regales animos* ) i. Philosophos, Glossa in Cod. Lipf.

Vs. 44. & 45. Transpositiuncula opus habent, ut sensus constet. vs. 44. *Qua mundus* Ɔc. vs. 45. *Quas secat Euphrates* Ɔc.

*Mundus redit* ) i. Sol; uti Lib. II, 794. III, 212. & 591. Sensus: qua sol convertitur, & ab altero hæmisphærio ad nos evehitur; ut primo super Æthiopiam. Versus videtur traductus ex Hesiod. Ɔp., II, 145.

*Urbes*



*Urbes quas*) Babylonios ppta, & Ægyptios, quorum urbes illa flumina alluunt atque fecundant. Quare pro

*Secat Euphrates*) Malim legere *ferat*, quod Edd. Rom. Regiom. Ald. & Pruckn. expresse- runt, & in MSS. esse indicavit Junius. Nam de fecunditate Nilo alter respondere fluvius debet. *Feritatem* sane pro *fertilitate* usurpavit. Cyprianus in Carmine, quod Genesis inscribitur. Et *feritania palmeta* apud Solin. cap. LX. in membran- is legi credimus H. Stephano ad locum.

Vs. 47. *publica vota*) i. preces, sacra, sacrificia.

Vs. 48. *officio vincere Deum*) Cæli interpretes Deos hominesque *vincere* dicuntur Plinio H. N. L. II. c. XII. Malunt tamen alii, *junxere*, quod est in Edd. Regiom. Rom. & ceteris. Astricam enim scientiam professi sunt Numinum antistites, & cultum Deorum ut rem *junxerunt*. Vide vero an non legi possit, *vixere*: Vivunt enim Deorum officio, qui in rebus divinis occupantur.

Vs. 51. *movere*) i. incepere, excussere. Virgil. Æn. VII, 45.

Majus opus *moveo*.

Vs. 53. *Singula signarunt tempora casu*) Hujus artis principes extitere Chaldæi, qui vim quandam esse ajunt signi- fero in orbe, talem, ut ejus orbis unaquæque pars alia alio modo moveat immutetque cælum. Etenim cum cæli conversiones tempestatumque commutationes tantæ fiant accessu stellarum & recessu; cumque ea vi Solis efficiantur, quæ videmus: non verisimile solum, sed etiam verum esse cen- sent, perinde, utcunque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atque formari; ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitæ, casus cujusque eventus- que fingi. O delirationem incredibilem! Non enim omnis error stultitia est dicenda: Cic. de Div. Lib. II. c. XLII,

Vs. 55. *Nascenti*) Vulgati veteres, *Nascendique*, in quo quidem nil vitii est, nisi quod *que* pro *qua* scriptum.

Vs. 57. *quam parvi*) i. vel parvi, minutissimi.

L 5

Vs. 59.

Vs. 59. *Descripta* ) Libri omnes , *Percepta*. Unus Lipf. *Precepta* , pro *prac.* Si quid mutandum , legere malim *concep-  
ta* , quod scriptionis compendio proxime accedit.

Vs. 63. *tacitis legibus* ) Leges astrorum sunt stati illi & ordinarii cursus , limitibus suis & temporibus adscripti. Claudian. III, 6. Dudum enim Ægyptiorum retro majores , quos constat primos omnium cælum scrutari & metiri aulos , deprehenderunt , cum Sole & Luna quinque stellas vagari ; *nec tamen per omnes celi partes passim ac sine certa erroris sui lege discurrere* : Macrobr. Soman. Lib. I. c. XXI.

Vs. 64. *alterna mundum ratione* ) Cod. Lipf. *mundi*, si-  
ne sensu. *alt. rat.* scil. naturæ , quæ Deus Manilio , & astro-  
rum in eundem finem mutuo conspirante. Sic *alternò con-  
sensu* infr. II, 63. *mutua in alternum* præbere alimenta  
Lib. III, 53.

Vs. 65. *discurrere* ) Cod. Lipf. cum Edit. Rom. & Regiom.  
*discernere*. i. e. *deprendit*, *ipsa astra discernere vices fatorum  
certis signis* : Gloss. Cod. Lipf.

Vs. 66. *Ante illos* ) sc. Sacerdotes , vel Chaldæos , qui  
Astrologiæ principes extiterunt. Vid. ad vs. 53.

*Nullò discrimine* ) sc. causarum efficientium. Adeo enim  
rudis illa gens primitiva creditur , ut artem calluerit nullam.

Vs. 67. *operum ratione carebat* ) Exponit hæc Lucret.  
Lib. V, 1182. sqq.

Vs. 71. *Jam Sole regresso* ) Sic Gemblac. Bonon. Regiom.  
Alterum enim , quod sequitur *jam* , illud omnino requirit. ]

Vs. 72. *impar* ) Cod. Lipf. & Edlti quatuor *poterant*,  
quod ad collective sumptos referendum. Scaliger atque  
Fayus , *poterat*. Hoc si magis placet , tum vero verbo-  
rum is erit sensus : *Et non poterat illa ætas discernere cau-  
sis suis varios dies , incertaque noctis tempora , nec similes  
umbras &c.*

Vs. 76.

Vs. 76. *Immotusque* ) Hoc ex Gemblac. recepit Scaliger. Nec aliter Cod. Lips. Rectius vero pontus h. l. dicitur *im-motus* quam *ignotus*, uti est in Vulgatis; quod, qua remis nondum agitatus, novos orbes oculis subduxerat. Erat enim tunc immensum & *humana intentatum experientia pelagus*, totius orbis vinculum; terrarumque custodia, *inagitata remis vastitas*: uti eleganter exponit declamator ille apud M. Senecam.

*Novos orbes* ) Non frustra dixit, propter Britanniam paulo ante sua tempora a C. Jul. Cæsare detectam, quam *alterum orbem* vocabant. Germania vero Augusti imperio Romanorum armis penetrata, *novus orbis* audit Ovidio ad Liv. vs. 314. & 391.

Vs. 77. *Ventis credere* ) Sic quoque Petronius:

*Crede ratem ventis*, animum ne crede puellis.

*Vota* ) i. quæ votis expetuntur, spes ingentiores. Hæc sunt consilia mortalium; hæc *vota magnarum cogitationum*, idem ait Petron.

Vs. 78. *Se quisque satis novisse putabant* ) Lectio hæc est Cod. Lips. quam & in Sufiano Vir Doctus Britannus reperit. At Regiom. *sed quisque satis fuisse* putab. Rom. Ald. & Pruckn. *sed quisque satis se nosse* putabat. i. non pretendere cogitationes voluerunt; sed *quisque satis eo habuit, quod novit*: si vel nihil, ne se ipsum quidem, noverit. Tibull. IV, I, 7.

*Est nobis voluisse satis.*

Vs. 79. *Longa dies* ) Notat eam ætatem, qua Jupiter regnans non rudes & ignavos passus est vivere mortales: sed eorum mentes aut dura rerum egestate, aut infano habendi amore acuens ad artes inveniendas excolendasque coëgit. Virgil. Georg. I, 121. sqq.

Vs. 80. *Et labor ingenium miseris dedit* ) Idem ceteri Scriptores, qua Græci qua Latini, abunde prodiderunt. Falluntur autem qui putant, famem egestatemque ingenium largiri; cum potius in multis illud imminui, frangique animi vires videamus. Quod Poëta intellexit, dicens

Ἡ μὺσι τῆς ἀρχῆς ἀποκατεῖ δ' ἄλλον ἥμαρ.

Rectius

Rectius vero Noster hanc paupertati laudem tribuit, qua premendo jubet advigilare sibi. Mentem ejus interpretatur Chrysost. in IV. ad pop. Antioch. ubi eam e calamitatibus utilitatem percipi docet, quod *vagum animum* & circa multa hiantem *serio cogat attendere*, atque ad semetipsum convertit.

Vs. 83. *Et quodcunque*) Ita Scaliger recte emendavit ex Cod. Gemblac. Fidem facit Lipf. Recentiores Editi habent *quacunque*. Illud vero *quodcunque* valde est signans, & magni aliquid, utut incerti, significat. Pròpert. IV, l. 1.

Hoc *quodcunque* vides, hospes, qua maxima Roma est,  
Ante Phrygem Æneam collis & herba fuit.

Et Stat. Theb. XI.

Hoc *quodcunque* madent campi, quod sanguine fumant  
Stagna &c.

Vs. 84. *novum commentum*) Ed. Regiom. sic: In *commento bonum commentis læta dedere* i. e. *commentariis*, columnis vel pyramidibus inscriptis, vel alio quocunque modo noviter a se inventa publici juris & usus fecerunt.

Vs. 85. sq. *Tunc & lingua -- Et fera &c.*) Magis placet Regiom. qui pro *fera* dedit *fora* cum distinctione (:) i. *Lingua accepit leges & fora*, quæ cum juris dicundi tum sermonis exercendi causa constituta.

Vs. 87. *Et vagus in cacum*) Lectionem hanc a Scalig. ex Cod. Gembl. restitutam tuetur Lipf. & Edit. Regiom. Confirmat ipse Auctor. Lib. V, 190. Non autem ita dicitur *vagus*, ut intelligas vagationem nullo certo consilio errabundam; sed quæ motu feratur præfinito & lege stabili. Sic *vagus Sol* dicitur, *vaga Luna*, *vaga noctis lumina*, & id genus alia complura. Horatius item, pariter ac Noster, *mercatores* vocat *vagum*, Art. Poët. vs. 117. Errat enim utrumque hominum genus.

Vs. 88. *iter in commercia terris*) Sic mutarunt Gronov. & Bentlej. quorum delicatas aures offendit hoc *itiner*, quod Scripti pariter ac Vulgati Codd. universi habent. At sero emendant antiquitatem, qui istud reprehendunt. Nolim Nostrium genuina hac Plautinæ prosapiæ nota privari. *Itiner*

*ner* priscum vocabulum, frequens apud veteres Poëtas, quorum testimonia recitant Priscianus & Nonius. Vid. Aufon. Popma de Usu Ant. Locut. Lib. I. c. VI. Utitur Plautus *Mercoat.* V, II, 72. Martian. Capell. Lib. IX. p. 304. Idem veteri Poëtæ apud A. Gellium restitui olim curabimus. Tu modo fac Nostri verba sic colloques : *Itiner fecit commercia terris ignotis.* Sensus erit : Homines, ex quo cœperunt iter terra marique facere, longe distitas gentes commercio junxerunt. Nam, ut ait Priscianus, *disjunctas gentes docuerunt jungere merces.* Per etiã commodè scripsit Plin. H.N. Lib. XIX. c. I. Linum herba est, *qua admovent Ægyptum Italiae.*

Vs. 90. *ex aliis alia* ) Et metri & sententiæ ratio postulat, ut ad fidem vetustior. Codd. legamus *alias* sc. artes.

Vs. 91. *linguas didicere volucrum* ) Augurium notat. Species pro genere Alii legunt *pradicere*, quod non ineptum prorsus. Pacuvio Augures dicuntur, *qui linguas avium intelligunt* : apud Cicer. de Divinat. Lib. I. c. LVII.

Vs. 91. *Consultare fibras* ) Verbum *consultare* huic rei proprium. Vid. Briffon. de Form. L. l. p. m. 21. sq. *fibras* Noster uberius exponit Lib. IV, 912.

*Rumpere vocibus angues* ) Incantationis species ; de qua Virgil. Ecl. VIII, 71. Ovid. Metam. VII, 199. sqq. Amor. II, 1, 25.

Vs. 93. *Sollicitare umbras* ) Malim cum Regioni scribere *solicit.* quod est veluti *solo excitare.* Voss. Etym. h. v. Magis vero propriam est *electare*, quod ab hoc *elicere.* Usus Papin. Theb. IV, 414. Ad Necromantiam vel Necyomantiam pertinent, qua mortuorum manes e sepulcris evocantur. Cic. de Divinat. Lib. I. Lucan. Lib. VI. Silius Lib. XIII. Heliodor. Lib. VI. fin. & Peucer. de Divinat. p. 29. quos confaret, qui volet. Decantata enim res est.

*Acberonta movere* ) Dæmonum evocatio. Virgil. Æneid. VII. 312.

Vs. 94. *In noctemque dies vertere &c.* ) Aliud incantamentum, de quo Ovid. Metam. VII, 201. sq.

Vs. 95.

Vs. 95. *docilis*) Regiom. non admodum male, *talis*.

Vs. 96. *Finemque manumque*) Sic Cod. Lipf. & Edit. Regiom. Neque tamen prorsus dammandum illud *modumque*, quod ante Scaligerum dederunt Ald. Rom. Pruckn.

Vs. 97. *Ascendit ratio*) sc. humana. Cic. de Nat. Deor. Lib. II. c. VII. Quid vero? *Hominum ratio non in calum penetravit?* Soli enim ex animantibus nos astrorum ortus, obitus cursusque cognovimus. Vid. Eund. l. c. cap. LXI pr.

*Cepitque profundis claustris*) Reponendum *causis*, quod optimi Codd. præstant. Non enim humanæ rationis est, naturam rerum claustris comprehensam tenere. Afferit vero Manil. huic ætati eam scientiæ perfectionem, quæ in superiori desiderabatur, vs. 72.

Vs. 98. *usquam*) i. ulla in re. Iterum infra vs. 212. ubi significat, *ulla ex re*.

Vs. 104. *Viresque tonandi*) Ita Noster infra vs. 375. Neque tamen usque quaque hallucinantur, qui legunt *tonantibus*, quod ex suis membranis describere Regiom. & Scalig. Et fulmen & tonitru vs. sq. aliis causis adscribit, uti Ovid. Metam. I. 54. sq. Equidem vero, si vel unus sincerus Codex faveret, mallet scribere *nomenque Tonantis*. Erat enim antiqua Augurum formula: *Jove fulgente, tonante*, pro qua deinceps dicebatur, *calo fulgente, tonante*: Cic. de Nat. Deor. L. II. c. XXV. cf. Eund. de Divin. L. II. c. XVIII.

Vs. 105. *Et sonitum ventis concessit*,) Ventus & aër Poëtis sæpe eodem nomine veniunt. Loquitur autem Noster de sonitu vel fragore fulmen comitante. Quem si ventis tribuissent hujus ætatis homines, hoc certe non accuratius essent philosophati, quam agrestibus rudiores. Quamobrem rectius videtur Regiom. hunc vs. interpunxisse: *Et sonitum ventis: concessit nubibus ignem*. Sanioris doctrinæ studiosi, qui Jovi fulmen eripuerunt, confutarunt quoque vulgo receptam opinionem, quæ ventis fragorem fulminis, nubibus nonnisi aquam, pluvias, nimbos attribuit.

*Concessit nubibus ignem*) ex quo omnis fulminum ratio in Physicorum scholis recte deducitur. Cf. Nost. infr. vs. 850. sq. Lucret.

Lucret. Lib. VI, 145. sq. 245. sqq. Add. Cardan. de Subtilit. p. m. 550.

Vs. 113. *ſurgit* ) nafcitur , exponendum eſt.

Vs. 114. *Fortuna* ) Dea. Papin. Theb. V, 131. ſqq.

rapuit gavifa Polyxo *Fortunam*

atque iterat :

*Deus ultor in iras*

adportat , *cæptisque favet* &c.

Vs. 116. *evincere moles* ) Emendatio eſt Bentl. cui favere videtur unus Maronis locus *Æneid.* II, 497.

*evicit gurgite moles.*

Codices vero univerſi habent *emergere* , quod quidem active ſumptum vix alibi reperiri ait Huetius. Sed legerat in membranis Ovidii Heinfius , qui illud Auctori vindicaviſt Faſtor. III, 367.

totum jam Sol *emerſerat orbem.*

Plura ibi exempla prodidit V. D. quæ, ſe *emergere* non minus latine ac illud dici , probant. Sunt & Codd nonnulli, in quibus Heinfio lectum *evolvere*. Hoc noſtri loci eſt. Habet Cod. Suſianus , notante Anon. Anglo. Ecquid voci moles jungi aptius poteſt ? Sic Ennius apud Macrobian.

Quis potis ingentes oras *evolvere* belli ?

Quod imitatus Virgil. *Æneid.* IX, 528. Uſus quoque Statius de ſuo carmine Theb. I, 2. ubi *evolvere* eſt , ex iſtis principiis recensere. Nec omittendus Ovid. qui *Metam.* XV, 152. ſane quam eleganter ſcripſit

*ſeriem evolvere fati.*

Vs. 123. ſq. *ſemperque fuiſſe Et fore* ) Ariſtotelis ſententia, qui Lib. I. de cælo cap. X. ſqq. docet , *mundum ingenitum eſſe* & *æternum*. Huic totus favet Lucret. apud quem V, 515. videbis

*æterni fidera mundi.*

Vs. 125. *Seu permixta chaos* ) Hæc primus omnium de Chao prodidit Heſiod. in Theog. cui ſuccinuit Ovid. *Metam.* init.

Vs. 127.

Vs. 127. *Sive individuū*) ἀτόμους. Micas vertit Seneca, alii, *monadas*. Hæc autem *monas* initium finisque omnium, neque ipsa principii aut finis sciens, ad summum refertur Deum: Macrobi. Saturnal. Lib. I. cap VI.

Vs. 130. *sumptum*) hoc, auctore Cod. Gembl. dedit Scaliger, pro *sumum*, quod habent ceteri. Dicit autem, *pauē ex nihilo sumptam τὴν ἀτομον*, qua Epicurus nihil tenuius in rerum natura esse docebat. Quod valde exagitat Cicero in de Finib.

Vs. 131. *cacaque materies*) Lucret. I, 1103. *caca primordia* dixit insensilia rerum principia, ex mente Epicuri, qui εἰδέναι, ait, ἀτομον ὅπως αἰσθήσει. τὰν το μέγιστος μὲν εἶναι περὶ ἀτόμους.

Vs. 132. *Sive ignis*) Hippasii & Heracliti sententia, quam præclare refutat Lucret. I, 635. sqq.

Vs. 133. *habitantq. per omne corp.*) Vid. infr. vs. 850. sqq.

Vs. 135. *Seu liquor*) Sic statuit Thales Milesius, testibus Laërt. Lib. I. & Plutarch. de Placit. Philos. I, 3. Convellit hunc quoque Lucret. I, 706. sqq.

Vs. 136. *ipsumque creat*) Scalig. ex Gemblac. *vorat*. Consentit Lips. Impressi vetustiores, *vocat*. Utraque lectio melior Bentlejana. *Liquor vorat* ignem, & ignis liquorem. *Vocat* autem liquor ignem, i. e. cupit, requirit, ad excitandum & continuandum motum, ad expellendos vapores eosque rarefaciendos.

Vs. 137. *Aut neque terra &c.*) Empedoclis sententia, qui quatuor elementa primum rerum principium posuit. Sext. Empir. L. VIII. Lucret. I, 715. sqq.

Vs. 138. *faciuntque Deum per quattuor artus*) Per metaphoram Auctor quatuor elementa dicit *quatuor artus*, ex quibus deus Empedoclis componitur. *Deus* autem h. l. est mundus, qui ita dicitur, quod non modo immortale animal ac divinum sit, plenum inclytæ ex illa purissima mente rationis: sed



sed quod & virtutes omnes, quæ illam primæ omnipotentiam summitatis sequuntur, aut ipse faciat aut contineat : Macrob. Saturn. Lib. I.

Vs. 139. *prohibentque* ) Uti faciunt, struxere, sic prohibent. At MS. Lipf. *prohibetq.* i. globus mundi, ex istorum quidem opinione, nil extra vel supra se habet, a quo creatus atque dispositus sit.

Vs. 141. *nec calidis* ) Scalig. *ne cal.* cui favent Cod. Lipf. & Cusi veteres.

Vs. 142. *concors* ) MS. Lipf. *consors.* Forte & errando Codex bona quempiam docere possit.

Vs. 143. *Quæ nexus habiles* ) Idem Cod. *Quem nex. habilis.* Regiom. *Quam nex. habilis.* Rom. Ald. & Pruckn. *Quam nexus habilisque* & opus.

Vs. 144. *capacia reddit* ) Cod. Lipf. *rapacia.* Impressi similiter, & *reddunt* pro reddit.

Vs. 146. *tantum supra est hominemque deumque* ) Editi vetustiores omnes, *superest hominumque deumque.* Non ita male, uti visum est Scaligero atque Bentlejo. Videtur enim Auctor reddere rationem velle, cur de origine mundi nihil certi statuere quisquam possit, sc. *quod tot supersunt homines quot dii* : unde dubium semper erit, num mundus cum diis, an ab iis, an post eos natus sit.

Vs. 147. *quacunque* ) Rectius Cod. Lipf. & cum eo Regiom. Rom. Ald. Pruckn. *quacunque.* Ait enim : *Quacunque sit origo mundi*, sive habeat principium, sive non, (nam id in dubio est) *non dubitatur tamen de forma.*

Vs. 151. *natura mania* ) cælos, qui suo ambitu, tanquam vallo, totum mundum circumcingunt, Sic Lib. III, 48. Lucret. I, 73. 1049. & alibi sæpius.

Vs. 152. *secessit* ) MS. Lipf. & Impressi omnes cum Scaligero faciunt, qui dedit *descendit.* Quod qui factum, sic explicat

M

plicat Macrobius. Quicquid ex omni materia purissimum ac liquidissimum fuit, id tenuit summam, & æther vocatus est. Pars illa cui minor puritas & inerat aliquid ponderis, aer extitit, & in secunda delapsus est: Somn. Lib. I. c. XXII.

Vs. 153. *per inania mundi*) i. e. vacua mundi loca, qualia intelligit h. v. & asserit Lucret. Lib. I, 656. 662. & alibi passim. Ab hoc est *inaniis* apud Plaut. Aulul. I, II, 6. ubi absolutam domus vacuitatem denotat. Vs. 200. & deinceps apud Nostrium hoc ipsum verbum aerem vel cælum designat.

Vs. 154. *Ignem ut flatus alat*) Posita distinctione (.) post hoc *mundi*, uti in Ed. Regiom. Rom. & Ald. melius est cum Scaliger legere, *Ignem flatus alit* &c. In quibus nihil mutat MS. Lips. Nec Rhodiginus aliter legit L. A. Lib. I. cap. XIII. Cf. Nost. infra vs. 157. sq. & III, 52. sq.

Vs. 155. *fluctusque natantes*) Sic in Cod. Gemblac. scriptum reperit Scaliger. Hoc *fluctus* autem in Chirographis cum hoc *flatus* sæpius permutatum. Exemplo sit Lucan. V, 559.

*pelagus flatusque negabunt.*

ubi male quidam, *fluctusque*. Idem nostro accidit loco. Cod. autem Lips. & Editi vetustiores præstant *flatusque*, quod vehementer probo.

Vs. 156. *Æquoraque effudit*) Ita emendare visum est Bentlejo & ante eum Barthio ad Stat. Theb. IX, 438. Damnat vero ille, quam hic laudat, Scaligeri interpretationem, qui constanti Codd. fide legit, *aquora perfudit*, sed per transpositionem hanc verborum structuram dedit: *fluctusque natantes fudit per aquora*. Non placet. Simpliorem &, quod sibi persuasit, veriorem excogitavit Huetius: Tertia fors undas stravit & nascentia æquora toto ponto perfudit; h. e., inquit V. C. *per recentes planities terra effudit*. Cui, si nihil aliud impedimento esset quam defectus particulæ *que*, equidem subscribere nullus dubitarem. Verum illa, *fluctus stravit natantes* non sibi tantum invicem  
verum

verum etiam Auctoris rationi aperte repugnant. Aliter Maro Æneid. V, 763.

*placidi straverunt aquora venti.*

Ceterum bene habet hoc *effudit* in locis a Bentl. productis, e Nostro II, 225. & Ovid. Amor. II, XVI. 25. ubi de Aquario & Charybdi fermo est. In loco præsentis non item. Cur non dedit potius: *Et freta diffudit* ex Ovid. Metam. I, 36. Ut taceam, illud *effundere* contrariam plane rei, de qua agitur, habere notionem; quod ex hoc Ciceronis dicto luculenter apparet: Mare conglobatur undique æquabiliter, neque *redundat* unquam, neque *effunditur*, de Nat. Deor. Lib. II. c. XLV. O miseram Auctoris sortem! quem turba Medicorum, ubi sanandum putat, ibi multo reddit ægriorem. Age vero sublata in fine versus distinctione, quam nec illi qui præsto sunt Codd. agnoscunt, sic constituamus locum, ut non cum antecedentibus modo cohæreat, sed etiam cum sequentibus, quæ alioquin prorsus hiulca jacerent: *Tertia fors undas stravit & perfudit flatus natantes aquora (toto nascentia ponto) ut liquor exhalet &c.* Videbis profecto, ni aliorum oculos habueris averfos, quam concinne eleganterque hæc dicta sint, & quam apte omnia sibi invicem respondeant. Durior quidem videri phrasis possit, *flatus natantes aquora*. Verum genuinam esse nemo dubitabit, nisi qui nondum legerit apud Martialis charta *natabit aquas* Lib. XIV, 196. & apud ipsum Maronem, *fluvium innaret Clœlia*, non *Cœlia*, quod est in mendo apud Non. Marcell. p. m. 172. *Flatus* autem non *fluctus* requiruntur, ad exhalationes aquarum summo ætheri, in partem quasi, transmittendas. Auctor Tullius, non ille jam adolescentulus, qui Aratea convertit, de Nat. Deor. Lib. II. c. XLV. ubi *Huic*, inquit, (mari) *continetur aër*, fertur ille quidem levitate sublimi, sed tamen in omnes partes *se ipse fundit*. Et mox: Sunt autem stellæ naturæ flammæ. Quocirca *terra*, *maris*, *aquarum vaporibus aluntur* iis, qui a Sole ex agris tepesfactis & ex aquis excitantur &c. Hoc ipsum autem ventorum quoque agitationi tribuit l. c. cap. X. his verbis: Atque etiam *maria agitata ventis* ita tepescunt, ut intelligi facile possit, in tantis illis humoribus inesse calorem. Adde his quæ ad rem differit Rhodig. L. A. Lib. I. c. XIII. & XVI.

Vs. 160. *Convenitque*) Melius, *concrevitque*, quo verbo Virgil. & Lucret. sæpius usi sunt de rebus in unum corpus conjunctis. *Limus* autem est concretio humoris cum re qualibet. Cf. Lucret. V, 496. fqq.

Vs. 162. fq. *humor secessit in auras Et strinxerunt siccata aquora terras*) Nullo sensu, judice Bentlejo, ferebatur: hum. secess. *in undas* Et æq. sicc. mag. *strinxerunt terras*. Animadvertit quoque Huetius, qui proinde legi jubet, *siccatasque* magis strinxerunt æquora terras. Qua sane medicina, si quidem opus, nulla præstantior afferri huic loco posset. Et enim *strinxerunt* idem est ac *absciderunt*, ut apud Virgil. Eclog. IX, 61.

Agricolæ *stringunt* frondes,

ubi Servius: *amputant, decutiunt*. Quo sensu concinit Nostro Ovid. Metam. I, 22.

& terris *abscidit* undas.

At dudum observarunt Viri docti hæc verba *stringere & struere* ab imperitis Librariis sæpius esse permutata. Vid. Heins. & Drakenb. ad Silium Lib. IV, 746. Eadem confusio apud Gratium Cynæget. vs. 110. Cum autem hoc *stringere* eo quo diximus sensu nusquam alibi apud Nostrium occurrat, ipse vero supra vs. 139. scripsit

Et mundi *struxere* globum;

equidem vehementer probo Cod. Lips. scripturam,

humor secessit *in undas*

Et siccata magis *struxerunt* æquora terras.

Accedit Cod. Sufian. qui similiter *struxerunt*, notante Anon. Anglo. Sensus verborum hic erit: Quo magis humidum per associationem particularum homogenearum *in undas* i. in suos alveos *secessit*, Et *siccata magis aquora* i. ea loca quæ æquoribus superfusa erant, ob secessionem aquarum siccata, *struxerunt* (accumularunt) *terras*, ut supra æquor attolli viderentur.

Vs. 164

Vs. 164. *Adjacuitque fluidum æquor* ) Edd. Regiom Rom. & Ald. *scriptionis Manilianæ* notam fideliter fervantes, legunt *fluidum*. Quod ne dubitem alteri præferre, facit Lucret. II, 463.

quæ *fluvida* constant

*Sudor uti maris est,*

ubi *sudor* vel *udor* idem, quod *unda maris*. Pergit Noster: Hic cum *fluidum æquor* ob gravitatem aquarum specificam profundum peteret, & in *cavis* quasi *convallibus* *adjaceret* *terris* eas circum circa premens & urgens, *Emerfere fretis montes* &c.

Vs. 166. *clausus - undique ponto* ) Mare vicissim claudi *terris* affirmat Lucret. I, 999.

*Terra mare, & contra mare terras terminat omneis.*

Vs. 167. *Imaque de cunctis mediam* &c. ) Variis modis Interpretes hunc locum tentaverunt, modo non ulceraverunt. Putaveram olim, pro *Imaque* legi posse & debere *Itaque* vel *Illaque*. Nunc vero Auctoris *scriptionem* agnosco proboque. Videtur imitatus illud Virgilii *Æneid*. IV, 24.

Sed mihi vel *tellus* optem prius *ima* dehiscat.

Frustra vero in contrarium urget Bentlejus: *orbis* masc. gen. præcessit, non *tellus*. Attendit enim Auctor τὸ συν-μαρνόμενον non τὸ πῦρόν. Pariter Ovidius *Met*. XIII, 821.

*Hoc pecus omne meum est; multa quoque vallibus*  
errant:

*Multas* silva tegit

Et Cicero in *Timæo*: Singularem Deus *bunc mundum* atque *unigenam* procreavit. Non est enim unigena ejusdem formæ ac indigena: sed uti omnigenus ita etiam unigenus pro unigenitus dici, fas est, ut credamus. Vid. loc. in *Fragm. Cic. p. m.* 1022. pr.

Vs. 168. *ab illo* ) Sic MS. Lipf. & Edit. Rom. Bene; si ad orbem referas, ut est in *Glossa Cod. Lipf.* Barthius vero

M 3

ad

ad Theb. VIII. p. 858. mavult, *ab illa*, cui favet Edit. Regiom. & hoc *imague*.

Vs. 170. *medium totius & imum est*) Variatio generis morari neminem potest, nisi qui indiligenter Auctorem legerit. Videtur subintelligendum provocab. *quid*, ac si dixisset: *media & ima totius pars est*. Repetitio minime otiosa. Conclusionis locum tenet: eandemque Noster sententiam, qua sibi mire placet, deinceps sæpius iteravit, tanquam quæ ad fundamentum systematis omnino pertineat. Vide infra vs. 179. sq. 201. sqq. & IV, 596. sqq. Varro quoque *terram mundi mediam* dixit, de L. L. p. m. 69. Neque ullus est, Platoniorum præsertim disciplinæ addictus, Auctor, vel Græcus vel Latinus, qui non in eadem sententia versetur. Græcorum quidem hac de re placita prodidit & excussit Barth. I. m. c. Latinorum agmen ducit Cicero, quem vide de Nat. Deor. Lib. II. cap. VI. c. XVIII. c. XXXIII. c. XXXVI. Add. Lucret. V, 535. Tibull. IV, I, 151. Ovid. Metam. I, 12. &, qui ceteros omnes compilare fategit, Macrobian. Saturn. Lib. I. c. XXII.

Vs. 171. *Itaque contradiis &c.*) Cf. Lucret. Lib. I, 1052. II. 97 sq. & alibi Unde intelligitur, Nostrum ad Epicuri dogma sermonem accommodasse. Vult enim, ideo terram in medio mundi stabilem consistere, quod cunctæ illius partes præ gravitate sua ita se mutuo quasi ictibus brevibus propulserint; dum ad centrum mundi tendunt, ut ipsæ sese mutuo cohibeant, & impediant ultro citroque abire.

Vs. 172. *in longius ire*) Huetius rescribi vult, *prohibentur longius ire*. Sed frustra. Tametsi enim *longius ire* Ovidio & aliis usitatum; non minus tamen frequenter apud Auctores non dissimulandos hæc occurrunt, *in longius*, *in majus ire*. Quinctil. *in longius trahere* Inst. L. I. c. X. *in majus celebrare* Sallust. Jug. c. LXXVII. Tacito id genus loquendi admodum familiare, v. c. *ire in melius valetudinem* Principis Annal. XII, 68.

Vs. 173. *Quod nisi*) Ed. Reg. quidem, *Et nisi* libr. Sed elegantius illud in principio periodi ponitur, uti a Nepote Hannib.

Hannib. I, 1. *Quod nisi domi civium suorum invidia debilitatus esset &c.*

*librato penderet pondere tellus*) Pari modo eam Ovid. Metam. I, 13. *in spatii medio æquilibratam* dicit. Ceterum ea quæ inde a vs. 159 Noster præcepit, luculentius exponit & confirmat Plinius, amplissimus ille totius naturæ interpres, cujus verba, temperare mihi non possum, quin huc transferam. Ita vero ille Hist. Nat. Lib. II, c. V. pr. Vitalem hunc (aërem) & per cuncta rerum meabilem, totoque confertum: hujus vi suspensam, cum quarto elemento *librari medio spatio tellurem*. Ita mutuo complexu diversitatis effici nexum, & *levia ponderibus inhiberi, quo minus evolent; contraque gravia, ruant, suspendi*, levibus in sublimia tendentibus. Sic pari in diversa nisu, in suo quæque consistere, irrequieto mundi ipsius *constricta circuitu*: quo semper in se currente, *inam atque mediam in toto esse terram*, eandemque universi cardine *flare pendentem, librantem* per quæ pendeat &c.

Vs. 174. *Non ageret currus, mundi &c.*) Rectius omnino Scaliger & Edit. Vet. auctoritate Cod. Lips. *Non ag. cursus mundi &c.* uti vs. 176. de *cursu* non *curru* Lunæ, quem quidem alio loco, Lib. V, 3. cum illi tum huic adscribit. *Subire* h. l. ingredi, vel venire ac se ostendere. Virgil. & Lucil. apud Marcell. p. m. 197.

Vs. 175. *Phæbus ab occasu*) Scripsit Auctor *Phæb.* ad *occaf.* Fidem faciunt MS. Lips. & Ed. Regiom. Rom. cet.

Vs. 176. *submersos cursus*) Loquitur Auctor ex Veterum, quam constanter servat, opinione, qua Solem, Lunam & fidera ad occasum Oceano submergi atque ex eodem pariter emergere credebant. Virgil. Georg. II, 481.

*Regeret*) Supple *non* ex vs. 174. *Et Luna non regere curs.* Sic partic. *ve* pro *nec*, i. & *non* infr. vs. 184.

*Per inania*) i. aërem. Stat. Theb. VI, 710. de disco Hippomedontis:

fugit horrendo *per inania* saltu.

Noſter iterum infra vs. 200. 553. & alibi ſæpius. Aliud eſt ipſum quod vocant *inane*, quod a latere Oceani navigantibus obſtare dicit Plin. Hiſt. Nat. Lib. XIX. cap. I.

Vs. 178. *emenſo* ) Edit. Rom. Ald. Pruckn. *immerſo*. Sic etiam Vulp. legit ad Catull. Carm. LXI. ubi de Heſpero eodemque Lucifero plura. *Emenſus* paſſive dici exemplis probant V. D. ad Sil. Ital. L. I, 636. Sed verior hic ſcriptura, *immenſo*, quod ſervant MS. Lipſ. & Ed. Regiom.

Vs. 180 *ſunt pervia cuncta* ) Concludit : Quia tellus in medio ſita eſt, ſecundum ea, quæ demonſtrata ſunt, ergo omnia ſunt pervia. Super ſubterque terram omnia patent.

Vs. 181. *Qua cadat & ſubeat &c.* ) Ed. Regiom. *Quo caderet ſubeat cal* MS. Lipſ. & Ed. Ald. cum Scalig. *Qua caderet ſubeat cal*. Omnes autem, præter Scalig. hunc vs. ſtatim ſubjungunt hiſ : *ſunt pervia cuncta* & Reg. quidem deleta ibi diſtinctione (.) quam ceteri ſervant. In horum expediendo ſenſu bona fide harrilabor : *Pervia ſunt cuncta quacunque cadat* i. e. moveatur *calum* i. e. Sol, ſive *ſubeat* i. occidat, ſive rurfus *reſurgat*.

Vs. 183. *toties - naſcentem - mundum* ) Quæ Epicuri talpæ cæcioris ſententia, qua de vide Rhodig. L. A. Lib. XXIV. c. XIII. Editi vetuſt, *totiens*.

Vs. 184. *fata diurna* ) Perperam hic Ed. Reg. Rom. cet. *facta*. Quas voces fere ubivis in Cod. Gembl. permutatas eſſe animadvertit Scaliger. Satiuſ omnino, Cod. Lipſ. ſcripturam retineri, *partus & fata* i. ortuſ & occaſuſ.

Vs. 185. *Cum facies* ) Ed. Regiom. *Quom* fac. Scriptio vere Plautina. Eandem vs. 198. & fere ubivis ſervat.

Vs. 189. *Nec tirocinio peccet* ) Vix alibi ſcriptum reperias. *Tirocinio* dictum eſſe putamus pro, *infirmiſſimate*, *imperitiſſia* vel *quocunque errore in currendo*, quali nondum ſatiſ exercitatæ.

Vs. 190.



**Vs. 190.** *qui tempora monstrat* ) Ed. Reg. *quod. monstret.*  
**Rom. monstrat.** Melior his Scaligeri lectio, quam MS.  
 Lipsf. tuetur; *quod tempora monstrant.* Sententiæ item ra-  
 tio, sic ut legamus, postulare omnino videtur. Experien-  
 tiæ enim fidem testatur, diem æterna cum luce circumfer-  
 ri. Sol quippe semper lucet, & sibi constans dimidiam  
 terræ partem illustrat.

**Vs. 191. orbis ) genit. casus esse indicat Gloss. Cod. Lips.**

Vs. 192. *Semper & ulterior*) Sic idem Cod. Mox: *ad ortum*) Idem, *ad ortus*. Sensus ab interpunctione pendet. Vulgati nostri sublata post hoc *orbis* distinctione (.) sic cetera neſtunt - - eadem regionibus orbis *Semper*, & *ulterior* vad. *ort. ad ortus* &c.

Vs. 193. *calum cum Sole pererret*) MS. Lipf. cetera confirmans, in fine, *perennet*, quod mutari non debuit. Vult enim dicere: Quum eadem tempora sint iisdem orbis regionibus, & ulterius videntibus ortus ad ortum, & contra obitus ad obitum *continuetur* cum ipso cælo & Sole &c.

Vs. 197. *Quod patet* 𐤒𐤕. ) Verbum hunc obelo notat Bentlejus, tanquam spurium. Contra quem Codd. universi eum tumentur. Putat Ille putide dicta *motu cursuque*: sed magis videntur distincte posita, uti supra vs. 34. *momenta* 𐤒𐤕 *cursus*. Neque nisi injuste accusari ignaviæ Noster potest, qui hoc *volare* jam de motu mundi, mox idem de Luna stellisque usurpat. Cui vero ad hujusmodi repetitiones stomachus nauseat, & vel ideo versus & periodos obliterari jubet, illi profecto non in Nostro tantum, qui infra vs. 203. & 205. hoc *pariter* tertium iteravit, verum etiam vel in ipso Cicerone sat multa erunt expungenda. Ante vero quam violentam illis manum injiciat, consulat, quæso, Aufon. Popm. de Ufu Antiq. Locut. L. II. c. IX. p. m. 148. sqq.

Vs. 198. *curvusque reflectat*) Non erat reprobanda vetus lectio Cod. Lipf. & Editor. omnium: *cursumque reflectat* Huc illuc (,) agiles & serv. *Metas autem Solis* agiles dicti, non absurdum plane. Sunt enim signa Zodiaco infixa (Firmic, L, II, c. I.) in quibus Sol ita gradum movet, ut  
M 5 singulis

singulis mensē efficiat ac horas undecim fere ; uti scripsit Theon.

Vs. 203. *e toto - sublata* ) Recte, *sublata* ex Cod. Lips. Idem vero *est toto*. Dicit enim Noster : *est remota aequaliter a toto immenso mundi*.

Vs. 206. *Hac est natura facies* ) Rescribe, *est*, quod Codd. omnes tenent. *Natura* hic, ut alibi sæpiissime, *totum* signat *universum*, quod dicimus *mundum*. In altero autem hæmistichio *mundus* denotat *cælum*. *Naturæ*, inquit, s. mundi totius facies rotunda est, ergo & terræ.

Vs. 207. *teretes - figuras* ) Festo docente, *teres* est *in longum rotundum*, qualiter *teretes truncos* dicit Virgil. Æn. VI, 207. Horatio autem Serm. II, VII, 86. eleganti figura homo æquabilis & quasi ex omni parte bonus atque perfectus dicitur

*in se ipso totus teres atque rotundus.*

Noster videtur h. l. metri causa, *teres* pro *rotundus* scripsisse, quemadmodum infra quoque vs. 230. & Lib. III, 326. Similiter Lucret. qui Lib. V, 801. cicadas, ait, æstate linquere *teretes folliculos* i. *rotundas* gracilesque tuniculas. Rotundam vero stellarum figuram Macrobius disertis asserit verbis, in Somn. Scip. Lib. I. c. XIV.

Vs. 208. *Stellarum; Solisque* ) Magis se nobis probat lectio Cod. Regiom. hac interpunctione, *Stellarum Solisque* (:) orbem Lun. rot. Itaque Solis stellarumque rotundam figuram, qualis est, extra dubitationis aleam ponit. Lunam vero non semper rotundam conspiciamus, sed eo potissimum tempore, quo est, uti statim sequitur,

Vs. 209. *tumido corpore* ) In quo Maronem Noster imitatus, qui Georg. II, 324.

*Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.*

Ibi enim *tument* a virginibus ductum, quarum habitus, plena pubertate, viro maturus est, toto veluti corpore tumefcente, præsertim pectore & mammis. Hoc *plenam matu-*

*matritatem* dixit Petronius. Et eleganter Statius Theb. II, 204. *tumida virginitate* jugari. Itaque Luna corpore *tumido* esse dicitur, ubi eo est versus Solem habitu situque, ut plenos ac directos ejus radios concipere gaudeat, quod fit *in plenilunio*. Ad rem omnino faciunt, quæ Plin. tradit Hist. Nat. L. II. c. XIII. ubi, Certum est, inquit, Solis defectum non nisi in novissima primave fieri Luna, *quod vocant coitum: Lunæ autem non nisi plena*, semperque citra quam proxime fuit. Epithalamium Lunæ dictum habes apud Martian. Lib. IX. p. m. 305.

Vs. 210. *obliquos totus non accipit ignes*) i. e. Luna non obliquos sed directos Solis radios accipit; quod secus fit in Luna nascente, eademque per phases adolescente, ceu loquitur Macrobius in Somn. Lib. I. c. VI.

Vs. 211. *Divisque simillima forma*) Cum mundum voluerunt, Stoici præsertim, esse ipsum Deum; consequens erat, ut ipsi rotundam, ceu omni numero perfectam, figuram tribuerent. Proinde divinus & ipse Plato, cum de *τὸ γὰρ* loqui esset animatus, dicere quid sit ausus non est; solum vero ei simillimum de visibilibus Solem reperit, & per ejus similitudinem viam sermoni suo, attollens se ad non comprehendenda, patefecit: Macrobius Somn. L. I. c. II. Hinc explicandus Seneca, qui de Stoico: Quomodo potest *rotundus esse*, ut inquit Varro, sine capite, sine præputio?

Vs. 212. *usquam*) Vid. supr. ad vs. 98. Mox: *in ipsa*) Sic Rhodig. L. A. L. I. c. XIII. Cod. Lips. & ceteri universi, *in ipso*, quod referendum ad orbem rotundum, alioquin sententia nullius omnino saporis esset.

Vs. 213. *toto ore sibi*) Codd. omnes. *Sed similis toto remanet*; quod sane restituendum. *Toto* sc. corpore, vel, si mavis, tempore, quo notet æternitatem a parte post, uti in Scholis loquuntur. Dixerat enim, *nec finis in ipso*: sed semper sibi similis. Vide ad rem Ciceron. in Timæo, Fragm. Opp. p. m. 1022. pr.

Vs. 214. *Sic stellis &c.*) Adhuc sensus laborat, nisi legas *illis* sc. non stellis tantum, verum etiam Soli Lunæque, de quorum

rum rotunditate corporum paucis abhinc versibus sermonem instituit, eoque ad asserendam eandem terræ figuram, rotundam puta, viam sibi munivit.

*Mundoque*) i. cælo, uti vs. 206.

Vs. 216. *Canopum*) Est fulgida stella, *fidus clarum* & *amplissimum* Solino c. LVI. in gubernaculo austrino navis Argus. Ita omnes Veteres, præter Hyginum, qui τὸν ἑχάτων τὴν ποταμὴν Canopum vocatum scribit. Et idem Capella ab Hygino mutuatus. Quod autem dicit Noster, *Canopum non conspici, donec perventum sit in Ægyptum per pontum* ex situ Romæ intelligendum, & quoad in ceteris peccavit, corrigendus ex Solino l. c. & Plin. Histor. Nat. Lib. II. c. LXX.

Vs. 218. *Helicen*) i. Ursam majorem. *Ursa*, ex fabula apud Hygin. Poët. Astron. Lib. II. c. I. *Currus*, ex similitudine dicitur. ἄρκτον & ἑλικὴν Græci Septentrionem vocant. Vitruv. Lib. IX. cap. VI. *quarent*) pro desiderabunt; quippe conspectu Ursæ destituti, quorum verticibus imminet Canopus.

Vs. 219. *Quod laterum tractus obstant*) Hoc *Quod*, pro quo vulgatum erat *Qui*, Gronov. ex membrana Veneta restituit, idemque Regiom. quoque expressit. Neuter autem agnoscit illud *obstant*, quod præter rationem & necessitatem mutavit Bentlejus. Repone *habitant*. Eadem enim ratio, cur Helice sit ἀόρατος illis qui Canopum conspiciunt, siue illos latera *habitare*, seu *hæc* illis *obstare* dixeris.

*Medioque tumore*) MS. Lipf. vel solus forte huic lectioni favet. Legendum autem *mediique tumores*, ex Edit. Rom. Regiom. & cet. Non enim dicit Manilius, eos qui laterum tractus habitant, tumore medio eripere cælum terræ, sed quibus a vertice obstat Canopus, eos non videre Helicen, quia respectu eorum, quibus supra Helice, latus tenent orbiculata terra, & ideo tumores medii excludunt ab iis Helices conspectum. Seneca L. II. Nat. Quæst. c. XXVI. inquit: Sed scias licet nubes illic esse, unde splendor effertur: quas *videri* a nobis terrarum tumor non sinit. Pariter de

de defectibus Solis ac Lunæ Plin. Hist. Nat. L. II. c. XIII. pr. Omnibus autem, inquit, annis fieri utriusque sideris defectus statis diebus horisque sub terra. *Nec tamen cum superne fiunt, ubique cerni*, aliquando propter nubila, sæpius *globo terra obstante convexitatibus mundi*, i. cæli convexitati.

Vs. 221. *sui glomeraminis orbis*) Scaliger ad fidem suorum Codd. cum quibus MS. Lips. & Editi, quos vidimus, omnes consentiunt, dedit *glomerabilis*; quod minime ineptum videri debuit Gronovio atque Bentlejo. Displicet vero Huic, quod hoc *dat* sine Nominativo fertur, & deest tellus; quod nullo, inquit, jure conceditur. Atqui *terra* modo præcessit. Sed nec hoc ut repetatur, opus est, si quidem hunc verborum ordinem formaveris: *Orbis te, Luna, sui quæ glomerabilis testem dat*. Est autem *glomerabilis* pro *glomeratus*, *in orbem volvendus*, *volubilis*, quod infra IV, 523. ex laudatis Codd. similiter restituendum. Hoc autem argumentum præsupponit alterum, quod est palmarium. Nimirum, quod in Lunæ defectionibus umbra terræ absoluta rotunditate cernitur. Non eminentioribus & in tumulum surgentibus partibus conspicua, non concava, non cylindrica, non multiangula.

Vs. 223, *Non omnes pariter confundis*) i. e. perturbas. Ex eo, quod non uno eodemque tempore, diversis in locis idem est Solis & Lunæ aliusque sideris ortus & occasus, recte conficitur, nec defectiones Lunæ dissitis terræ populis simul apparere. Sed quo propior regio ortui, eo citius stella refulget; tardius, quod magis ad occasum vergit. Sic etiam Luna deficiens. Ex his vero validum pro terræ rotunditate argumentum ducere Auctor sibi videtur, quod pluribus persequitur deinceps.

Vs. 225. *medio polo*) Proprie *potus* est cardo, seu vertex ipsius mundi, axis; a græco *πολεῖν*, *vertere*, quod in eo mundus vertatur. Infra vs. 296. sqq. Eadem vero ratione *ipsum quia patet calum* Veteres *polum* dixerunt: quod h. l. accipiendum, ut sint *medio subiecta polo*, quæ sub medio cælo.

Vs. 226

Vs. 226. *Ultima*) Hoc *ultima*, & quæ præcedunt, *non pariter*, *prius*, *post*, si de vëris Lunæ laboribus interprete-  
ris, & tibi sunt caute accipienda. Neque enim ita diurni  
illi sunt, ut unam aut alteram & amplius horam superent.  
Verum, si de menstruis duntaxat Lunæ defectibus, seu po-  
tius mutationibus crescentis & decrescantis Lunæ procede-  
ret argumentum, multo sane validius foret.

*Infectis volveris (alis)*) i. e. ita ferris ad populos occiden-  
tales; quasi obducta tenebris volites, dum lumen amittis.

Vs. 227. *quatiuntur æra*) Hæc *æra Luna auxiliaria* au-  
diunt Ovidio. Nimirum Lunæ laboranti s. deficienti æris  
clangore, tubarum sonitu, vociferatione &c. succurrendum  
superstitiosa putavit antiquitas; ne carmine veneficarum sol-  
licitata, malo afficeretur & deduceretur. Quæ ridens suo  
more Juvenalis, fusius simul exponit Sat. VI, 441. sqq.

Vs. 228. *semel orta*) Sic & Cod. Lips. adjecta glossa:  
*orireris simul & occideres simul omnibus gentibus*. Sed hic  
*non agitur de ortu, verum de defectionibus Lunæ*. Quare  
malim rescribere, *idæ* præcedente *semel*, ut est in Cod.  
laudato, & Ed. Regiom. vel *simul*, quod dedit Ed. Rom.  
*Idæ* pro *percussa*, quo vocabulo parili in casu utitur Lucan.  
Lib. I, 539. - - Phœbe

Terrarum subita *percussa* expalluit umbra,  
Martialis *scæla* dixit Lib. XII, 57.

*Per omnes*) sc. gentes, vel plagas terræ.

Vs. 232. sq. *in orbem Ventris*) Malim cum Regiom. le-  
gere, *utrinque acciivis*. Globus enim terraqueus Manilio  
*in teretem deductus tumorem* vs. 230. i. rotundus, uti ex-  
positum nobis ad vs. 207. *globosus* est fabricatus, quod  
Græci *σφαῖρον* vocant: Cic. in Timæo c. VI. pr.

Vs. 239. *Sub pedibusque jacet nostris*) Quemadmodum,  
inquit, Arctoi populi superiores esse sibi videntur, infra se  
vero habere Antarcticæ gentes: sic hæ nobis superiores se  
esse putant, terræ rotunditate utrosque fallente. Hoc Stoi-  
corum

eorum assertum, quod figmenti locum vix tum Nostri ætate tuebatur, ridet Lucret Lib. I, 1067. sq. Unde Academicus ille apud Ciceronem Lib. IV. Acad. Quæst. cap. XXXIX. Nonne, inquit, etiam dicitis esse e regione nobis, e contraria parte terræ, *qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis?* Cur mihi magis succensetis, qui ista non aspernor, quam eis *qui, cum audiunt, desipere vos arbitrantur?*

Vs. 242. *Hanc ubi ad occasus &c.*) Plane sic Cod. Lipf. & Exemplar Regiom. At Scalig. *Hinc ubi ab occasu nostro &c.* Cui proxime accedit Gronovii lectio: *Hanc ubi ab occasu nostro* Sol aspicit ortus. Præcessit, *austrinis pars est habitabilis oris.* *Hanc partem austrinam ubi Sol ortus,* nempe illis sub antarctico habitantibus, *aspicit ab occasu nostro:* nam quum nobis occidit, illis oritur.

Vs. 244. *operum vadimonia*) Est *vadimonium* sponcio quædam comparendi ad diem dictum in iudicio. Hinc deduxit illud Poëta ad significandos labores, *ad quos, quasi ad diem dictum, Sol oriens mortales vocat.* Similem fere in modum Virgil. *Æneid, XII, 182. sq.*

Vs. 245. *somno sic membra locamus*) Quam sæpe & varie hic locus ab Eruditis tentatus fuerit, videbit, qui volet, in Observ. Miscell. Brit. Vol. I. p. 96. sqq. In Lipf. & Edit. nostris fertur, *somnosque in membra locamus:* atque sic, & fatis quidem latine, scribere Auctor potuit. Quemadmodum Ovid. *Indicio prodor ab ipse meo.* Et: *Valui pœnam fortis in ipse meam.* Si quid vero mutandum, age legamus *qui pro que,* quam enim facile hæc a Librariis permutari potuerint, pulcre vides. Locus optime, ni fallor, sic habebit:

Nos in nocte sumus, *somno qui membra locamus:*

Dictum autem pro, *nos qui in nocte sumus,* somno membra locamus i. Deo somno quasi locatum conductum damus.

Vs. 246. *Pontus utrasque disjungit &c.*) Cod. Lipf. & quos vidimus, omnes, sic: *utrosque distinguit.* Pontus alibi Horizontem, hic ipsum mare denotat, quod *undis suis utroque*

*atrosque*, cum laborantes tum dormientes, de quibus modo dictum, *distinguit* i. separat, & *alligat* f. conjunctos tenet. Similiter Stat. Achil. I, 411.

Europamque Asiamque vocat, quasque ordine gentes Littore Abydeno *maris alligat unda* superni.

Et Horat. Carm. I, III, 21.

Nequicquam Deus *abscidit*  
Prudens Oceano *diffociabili*

Terras - - ubi Bentelejus dedit *diffociabilis*, quem vide ad locum.

Vs. 250. *Vis anima divina regit*) Cf. Virgil. Æneid. VI, 724. sqq. & Cicer. de Nat. Deor. L. II. c. VI. cujus argumento, ad divinam mundi gubernationem asserendam, iisdem pæne verbis usus est Minuc. Felix in Octav.

Vs. 257. *Qua medium obliquo* &c.) Scaliger, auctore Gemblac. dedit: *Qua media obliquo* &c. Eadem lectio Cod. Lipf. & Editor. nostrorum, qui insuper *obliquum*, non *obliquo* legunt, quod tamen ad positum sphaeræ Manilii applicari haud inepte possit. Videtur in hoc quoque Maronem imitatus Georg. I, 239.

*Obliquus* qua se signorum verteret ordo.

Vs. 259. *Atque alia fidera*) h. e. *Qua portant Solem atque alia fidera*, sive planetas. Dicuntur autem *portare* Solem, quatenus in iis signis exoritur & volvitur.

Vs. 260. *numerare*) Sic Gemblac. quem secutus Scal. Consentit Lipf. At Editi nostri habent *variare* i. e. pictorum more figurare, vel sub certis figuris sistere præsentes. Usus frequens hujus verbi. Ex multis unus Propert. Lib. II, V, 25.

Non istis olim *variabant* tecta *figuris*:  
Tum paries nullo orimine *pictus* erat.

Cf. supra dicta ad vs. 3.

Vs. 262.



Vs. 262. *Ut sit idem primum, mundi &c.*) Hunc verborum ordinem, sublata tamen distinctionis nota, quam nec ceteri agnoscunt, servat Cod. Lipf. cui addita glossa: *Zodiacus, qui principatum in mundo habet, sit primus in nostro carmine.* At videtur sane, hunc vs ratione structionis & sententiæ potius sequentibus quam præcedentibus esse conjungendum. Modo enim Auctor non de Zodiaco, nec de omnibus ejus signis loquitur; sed de uno tantum, quod primum in Zodiaco signum est. Nimirum de Ariete ipsi primo loco dicendum. Cujus eam reddit rationem, quæ statim sequitur, quod nimirum

*Mundi continet arcem*) sc. Aries. Putabant enim, eo die quem mundi esse natalem prædicant, arietis signum media cæli tenuisse. Macrobi. Somn. L. I. c. XXI. Cum igitur in genituris omnibus cælum medium principem habet locum: tum vero ex hoc totius genituræ fundamenta colligunt, præsertim cum stellarum pars maxima, sed & lumina utraque, Sol & Luna radios in hoc signo collimarint: Sic Jul. Firmic. L. III. c. II.

Vs. 264. *aversum*) Recte; non *adversum*, uti perperam Cod. Lipf. & Editi nostri. Est enim *Arieti itemque Gemini- nis aversus*.

Vs. 265. *Submisso vultu*) Invergit enim Taurus caput deorsum, *quasi ingenuiculus, & huius procumbens.* Unde Interpres Ptolemæi *κνέλον* eum vocat, Lucanus *curvatum*. Alibi Manilio dicitur *flexus*, item *nixus*.

Vs. 268. *Attrahit ardenti*) Libra Scorpionum dicitur attrahere ideo, quod Scorpii Dodecatemorion in Libra finitur atque absolvitur. Nam ejus chelæ partem Libræ occupant. Unde Chelarum nomine etiam Libra intelligitur tam apud Nostros, quam apud alios Scriptores.

Vs. 270. *Mixtus equo*) Sagittarius, cujus pars superior est humana, posterior equina. De hoc Noster iterum II, 170. sqq.

N

Jam

*Jam mittens jamq. sagittam*) Inusitata Manilio scriptura. Probabilior longe vetus Codd. omnium :

*volucrem missurus jamque sagittam.*

ubi hoc *jamque* propinquitatis rei futuræ aut jam imminentis significatum habet. Martial. X, 48.

*jamque subitque cohors.*

Idem VII, 46.

& lacrymis *jamque* peractus eras.

Ejus vicem sustinet *jamjam* apud Terent. Andr. IV, V.

Ni puerum tollis, *jamjam* ego hunc provolvam  
mediam in viam.

Vs. 271. *angusto fidere frigens*) Magis placet, *ang. fid. flexus*, quod universi Codd. tuentur. Modo enim non de motu aut efficientia Capricorni agitur; de quo III, 449. & 637. sqq. sed de figura ejus in Zodiaco. Proinde eum *angusto* (non *angusto*, ut perperam alii) *fidere flexum* dicit, quod *contractior* pingeretur, *quasi gelu concretus*, uti Noster de eodem infra II, 252.

Vs. 272. *defundit*) Sic Cod. Lips. Libri nostri *diffundit*. Scaliger, quasi fidem correctioni facturus, addit: *Diffundere* est infundibulo in vas invertere: *Defundere* est vas deplere. Videat nunc Lector, an ejusmodi interpretationis fiducia in utramque liceat aurem dormire. Pro *diffuso* Noster II, 225.

*effuso* gaudentes æquore pisces.

Vs. 273. *Piscibus*) Horum alter vertit quidem os ad oram Amphoræ, sed aquas non excipit: Alter autem vertitur ore ad dorsum Andromedæ, ante caput Arietis. Unde ambo junguntur cauda. Unus autem piscis, Notius ille, de quo infra vs. 445. aquas Aquarii subit.

Vs. 275. *Hæc igitur texunt* &c.) Hic vs. cum sex sqq. longe ultra suam sedem in scriptis Libris editisque transferuntur, post vs. nempe 538. *Non casus opus est* &c. Atqui hic suum locum habent, quod ipsa res demonstrat.  
Quænam

Quænam enim illa *sidera*, quæ *texunt aequali tractu*? nisi XII in Zodiaco; quæ singula occupant gradus 30. æquali spatio. Vide infra vs. 555. sq. Extra Zodiacum inæqualia spatia a Signis occupantur, ut ne unum quidem alteri par sit.

Vs. 277. *Altius bis nihil est*) Reg. Ald. Pruckn. melius: *Altius hic nihil est*. Quo significat, tractum vel ita quoque æqualem esse, ut nullum signum altero altius sit.

Vs. 282. *At qua*) MS. Lipf. & Impressi omnes, *At qui*, quod corrigendum non erat. Positum enim pro, *Verum*, *Verum tamen*, uti II, 90: *Atqui hæc seditio Lunæ &c.* quod aliud cogitans Bentl. ibi mutavit in *Atque*. Terent. Eunuch. V, V, 11.

Nescio. PY. *Atqui* sic inventa est.

Sic apud Tullium & Horatium. Scaligero quidem magis placuit *At qui*; Fayo *At*, *qui*. Putabant quippe, pariter ac Bentlejus, Manilium h. vs de Axi sermonem instituere. In quo quidem longius a vero errare V. D. videntur. Falsissimum autem, quod, ut causæ patrociniū præstet. Bentlejus docet, *per arctos nil nisi polum Manilio significari*. Dixerat vero, XII Zodiaci Signa cæli motum oriendo & occidendo sequi. His nunc, velut in transitu, subjungit ea Sidera, quæ *obitus non norunt*. Quod quidem de Axi minime, de hinc vero Arctis s. Ursis verissime dici potest; quæ quippe circa polum Arcticum perpetuo quasi ortu vertuntur. Vide infra vs. 321. & 564. Eoque tandem pluralia illa, *despectant*, *norunt*, *torquent referamus*? itemque hoc *sita*, quod sane rectius, quam *situ* in MS. Lipf. Quæ si de utroque polo intelligas, verendum omnino, ne misceas ima supremis. Longe profecto melius per discretivam vel adversativam particulam ordo procedit: *Verum calum consurgit*, in sphaera obliqua ex positu Manil. *ad Arctos fulgentes*, Helicen & Cynosuram, quæ *despectant* deorsum aspiciunt omnia cetera sidera summo mundo vel, ut dedit Regiom. *calo*.

Vs. 284. *Nec norunt obitus*) Idem Virgil. Georg. I, 246. de Arctis:

N 2

Oceani

*Oceani metuentes aquore tingi.*

Et German. vs. 62. sq.

*Oceani tumidis ignota fluctibus Arctos  
Semper innocidui servant ex ignibus axem.*

*unoque in vertice tantum*) Ita puto interpungendum. *Vi-*  
*debis*, hoc *tantum* adeo frigide dictum non esse, ut *vel*  
ideo binis his versibus *redēas* notam, iudice Bentlejo, inu-  
ramus. *Unoque* dictum pro, *sed in uno*; sicuti apud Co-  
lum. Lib. V. c. VIII. *Olea neque depressa loca neque ardua,*  
*magisque i. sed magis modicos clivos amat.* Et ipsum *at-*  
*que* sic exponendum in Nepote Miltiad. cap. IV. fin. *Cares*  
*resistere ausi non sunt, atque (sed) ex insula demigrarunt.*  
*Vertice* i. polo. Cic. L. II. Nat. Deor. cap. XLI. Dicitur  
esse *potius*, *hunc circum Arctoe feruntur*, nunquam occi-  
dentes.

Vs. 285. *In diversa fita*) Sic Gemblac. & Ed. Regiom.  
Recte. Adversis enim dorsis alterutra Urfa caput vergit in  
caudam alterius. Vide infra vs. 310. sq.

*torquent*) i. in orbem vertunt. Cic. Acad. Quæst. L. IV.  
c. XXXIX. Terra, quæ circum axem se summa celerita-  
te convertat ac torqueat.

Vs. 287. *Libratumque regit mundum*) Ita quidem Cod.  
Lips. At *Axis*, inquit Scaliger, *non regit orbem, sed gerit.*  
Itaque hoc reposuit. Grotius ad illa German. vs. 20. de  
Axe: *Libratasque tenet terras &c. Libratum* dicit mun-  
dum, quasi æquilibratum, dum hæc columna ærea circum-  
fusa ipsi corpora ita continet, ne alia ob innatam levitatem  
fursum abeant: alia sustinet vicissim, ne ruant ob insitam  
gravitatem.

*diverso cardine*) i. binis polis, e diverso sibi oppositis.  
Dicuntur *cardines*, quia quasi illis innixa mundi moles,  
tanquam janua in suis cardinibus, volvitur.

Vs. 289. *Æthereosque rotat cursus &c.*) Distingue & scri-  
be: *Æthereosque rotat cursus immotus (:)* ut ille &c.  
Sic

Sic Ed. Reg. Rom. & ante Scalig. omnes. Sensus planus & apertus: *Axis immotus rotat* i. facit, ut in orbem volvantur *curs. æther.* Pro at Bentl. ad, quem quidem ingenium vel in hoc egregie fefellit.

Vs. 290. *Austrinas arctos*) Rescribe ex MS. Lipf. Editisque omnibus: *In binas arctos.* *Binas* autem arctos h. l. dicit *polos*, qui ab Arctis illis borealibus nomen trahunt. Signum pro re signata. Axem enim, quem a vs. demum hinc retro quarto describere Aucter orsus est, a polo Arctico ad Antarcticum directum esse, vel pueris notum. Quapropter non unius tantum, sed utriusque eum h. l. meminisse oportet. Quodsi enim ipsas Urfas intelligi vellet, utrumque polum illustrantes, certe non *binas*, sed *bis binas Arctos* dixisset.

Vs. 291. *conspicit*) Sic Editi nostri. Eandem Poëta sententiam prodit mox vs. 300. Sed incommoda prorsus positio verbi activi sine casu. Ecquod enim genus loquendi? *Axis conspicit*, directus per medium orbem. Itaque Scaliger vult *constitit*, quod Cod. Lipf. agnoscit. Probabile ex eo fit, quod Noster *axem immotum* paulo supra dixit & infra vs. 299. Avienus quoque, Aratea convertens, de axe: Ut semel hærens *constitit*.

Vs. 292. *Solidus-robore corporis axis*) Editi tres: *e solido stat robore corporis ejus.* Sic MS. Lipf. qui tamen etiam pro *ejus* legit *ei*. Diversa lectio, sensus idem: *Nec vero stat i. persistit axis e solido robore corporis ejus.* Non affingenda est ei robusta materia, quæ mundum sustineat.

Vs. 293. *quod onus ferat ætheris alti*) Hoc quod omnino pro ut positum. Ideo, dicit, *non esse axem onere gravem, quia alti ætheris onus ei ferendum non est.* Sin aliter statueris, & geri mundum ab axi putaveris, equidem vehementer vereor, ut axis loco columnam Atlanteam satis firmam figurare tibi possis. Ovid. Met. II, 296.

Atlas en ipse laborat:  
*Vixque suis humeris candentem sustinet axem.*

Vs. 296. *Quodcunque*) Regiom. *Quoddamque*, ubi partic. *que* redundat. Dixit vero *quoddam*, quia magis præcise denominari nequit. *Hoc quoddam dixere axem* vs. 299.

Vs. 297 *verti non possit in ipsum*) Scalig. id ipsum. Rectius vero *in* ex MS. Lipf. & Editis præstantioribus. Eadem fere locutio versu abhinc secundo. Mox sequitur, *convertere in orbem*. Quæ ut otiosæ tautologiæ loco accipiamus, nostræ erga Manilium verecundiæ non est. Cum extra controversiam positum, in *ipsum* dictum esse pro, *in se ipsum*; & illa, *volet undique in ipsum* perinde esse ac, *ex suo centro in idem orbiculariter moveri*: tum vero hæc, *ut verti non possit in ipsum*, ex tenuitate particularum, quæ axem constituunt, simpliciter explicabimus, ac si dixisset: *particulas aeris subtilissimas, quibus axis compositus*, non a semet invicem, ne dum in aliquo centro. quod nec concipi potest, agitari.

Vs. 298. *Nec jam inclinari &c.*) Servant hunc vs. MS. Lipf. & Vulgati. *Inclinari* autem, quod prave & barbare dictum judicat Bentl. optimæ notæ Scriptoribus, sensu Maniliano, usurpatum. Ovid. Metam. II, 720,

Sic super Actæas agilis Cyllenius arces  
*Inclinat* cursus. Ibidem XI, 257.  
Pronus erat Titan, *inclinatoque* tenebat  
Hesperium temone fretum.

Et Stat. Theb. XII. pr.

Nondum cuncta polo vigil *inclinaverat* astra  
Ortus &c.

Ex quibus locis simul apparet, *non inclinari Axem* Nostro sic dici, ut intelligas, *eum non in unam magis ac alteram partem vergere aut propendere*, neque eo motu ferri, quo navis in ponto.

*convertere in orbem*) Et hic nos deferunt Interpretes, qui idem vs. præced. a Poëta, vel ab Iplis potius, dictum existimant. Α'λλ' ἐν Α'ῖρεϊδῳ κλ. *Convertere se in orbem* purissime simplicissimeque dictum pro, *mutare se in globum convol-*

convolvendo, contrahendo, conglomerando se, vel quo alio cunque modo id fieri possit. Ex quibus consequitur, ut Axis omnis omnino mutationis expers, nunquam usutritus, semper perduret, atque sibi per omnia similis perstet.

Vs. 307. *Quam spatio tam luce*) Elegans transpositio particularum, quam firmat Cod. Lips. Dicit autem hæc de Urſa minore, quia neque tam late patet, aut tam magnum peragit circulum, quam Urſa major. Illa enim polo proximior; neque etiam stellas habet ejusdem differentię. Cf. mod. sup. vs. 304. Et Cic. in Arateis, de Nat. Deor. Lib. II. c. XLI.

Vs. 307. sq. *judice vincit Majorem Tyrio*) i. e. superat dignitate urſam majorem judicio Tyriorum & Sidoniorum, quibus Cynosurę sidus inter navigandum præcipue observatur. Vid. Cicero ubi modo supra Quod autem mox de *Pænis* Noster, idem de Sidoniis, insignioribus Phœnicię populis, scribit German. vs. 41. & Ovid. Fast. III, 107.

Vs. 309. *oram*) Libri omnes, *orbem*, i. e. continentem terram. Non vero, orbem novum extra Herculis columnas.

Vs. 310. *Nec paribus -- frontibus*) Non hæc nostris potius, quam Vitruvii verbis interpretemur, qui Lib. IX. c. VI. ita de Arctis: Capita earum inter se despicientia sunt constituta; *candæ capitibus earum adversæ contraque dispositæ* figurantur.

Vs. 312. *Has inter fusus*) Bene est, quod separatim dedit Benel. quæ conjuncta leguntur in Codd. MS. & Impr. *interfusus*. Dudum enim in Servio notavit Turnebus, quod dirimendam præparticulam conjunxit in *subterlabentia signa* apud Lucan. init. Carm. & in *antemalorum* apud Maron. Æneid. I, 202. Idem vero, quod rem spectat præsentem, Georg. I, 244. anguem. l. Draconem flexu sinuoso per duas Arctos, *fluminis instar elabi* scribit. Unde, cur eundem Noster dicat *fusum*, facile intelligitur.

Vs. 313. *Dividit & jungit*) Codices meliores, *cingit*. Vide iterum Virgil. l. c. & German. vs. 48. sqq. *Serpens*, ait Noster, *inter Arctos fusus eas dividit, circumque amplexus cingit*. Sic est in globo Astronom.

*Squamis*) Cur non potius *stellis*? Consentiunt enim in hoc Libri universi. Neque vero *squama ardens* dici proprie potest. Virgil. quidem Æneid. V, 87.

maculosus & auro  
*Squamam intendebat fulgor &c.*

Sed nihil hic de angue sidereo. Cf. Nostr. supra vs. 255. & mox vs. 329.

Vs. 315. *mediumque orbem*) Draconem inter & Zodiacum, qui in medio cælo est.

*Sidera septem*) i. Planetæ, qui vix Zodiaci fines egrediuntur. De his Plin. H. N. Lib. II. c. VI. Inter hanc (tellurem) cælumque eodem spiritu pendent, certis discreta spatiis, *septem sidera*, quæ ab incessu vocamus *errantia*; quum errent nulla minus illis. Ceterum pro *septem* alii, *quinque* Sic German. vs. 434. Hygin. Poët. Astronom. Lib. II. c. XLII.

Vs. 318. *vicina gelu*) Repone, *poli* ex MS. Lips. qui sic distinguit, *poli cælique* (.) hinc &c. *Poli* scil. *flammis* f. *stellis*. Loquitur enim Poëta de Signis, quæ sunt inter alterutrum polum, præsertim septentrionalem, & Zodiacum, quæ dicit ex parte illi, ex parte huic esse propiora.

Vs 319. *quia dissimilis - - temperat aër*) Inter polum mundi, inquit Auctor, & Zodiacum astra interjacent, Poli & Zodiaci viribus, frigore nempe & calore mista. Quæ quoniam temperat æther ille sui dissimilis, utpote diversarum qualitatatum, æstus & algoris particeps, propterea infimum hunc orbem secundum & frugiferum efficit.

V. 322. \



Vs. 322. *Nixa venit species genibus* ) An Hercules , an alius quispiam? Hygin. Poët. Astronom. Lib. II. c. VI. *Non illi nomen*, German. v. 66. Dicitur autem *Engonasi*, *Ingeniculus*, *Nixus* &c. Nostro aliisque. Pro *venit* unus Regiom. *subit*, quod Manilio magis familiare.

*fili conscia causa* ) Fest. Avien.

*cujus latuit quoque causa laboris.*

German. item vs. 66.

*non magni causa laboris.*

Vs. 324. *Quod stimulis* ) Unus omnium hic sapit Regiom. qui dedit, *Quod simul is junctis* &c. Causam reddere vult Auctor, cur Signum dicatur Arctophylax idemque Bootes. Nimirum, quod is *instat* quasi *juvencis simul junctis*. Initio enim qui sidera perviderunt, & numerum stellarum in unaquaque specie corporis constituerunt; quod non arctum sed plaustrum nominaverunt, ex septem stellis duæ quæ pariles & maxime *in uno loco* ( h. e. *simul* ) viderentur, pro bobus haberentur, reliquæ vero quinque figuram plaustrum simularent. Itaque & quod *proximum huic est Signum Bootem nominari voluerunt*. Hygin. Poët. Astron. L. II. c. II. Cf. Varro de L. L. p. m. 77.

Vs. 325. *Arcturumque* ) Unicam Arctophylacis stellam, mediam genuorum Custodis Arcti, quæ Arcturus dicitur: ita legendum apud Vitruv. Lib. IX. c. VI. pr.

*medio sub pectore* ) immo vero infra ventrem, subter zonam Bubulci.

Vs. 326. *parte ex alia - - volat* ) Scriptum videtur *alia* pro *altera*. Situm rectius describit Vitruv. l. c. his: Inter humeros Custodis & Geniculati *Corona* est ornata, leg. *ordinata*.

Vs. 328. *Circulus, in medio radians* ) Ed. Regiom. *Circulus in medio radians* (:) *quæ proxima fronte* &c. MS. Lipf. *maxima* sc. stella, vñ. præced. In quibus hoc *radians*

N 5

de

de corona prædicatur, eadem prorsus figura, qua Virgil. Georg. I, 222. dixit:

*Gnosiaque ardentis decedat stella corona.*

Ex quo loco simul observamus, scribendum esse *Gnosia* vs. seq. non, ut vulgo male, *Gnosf*. Vide Not. Viror. doctor. inprimis Passerat. ad Propert. I, III, 2. *Gnosos* oppidum Cretæ insulæ, regia Minois, patris Ariadnæ.

*deserta quondam*) a Theseo. Vide fabulam apud Hygin. Poët. Astron. L. II. c. V. Adde Serv. ad Virgil. I. m. c. Unde vero illud *quondam*? Hoc Codd. non agnoscunt, nec putet quisquam a Manilii manu id profectum. Tametsi enim V, 253. scripsit:

Clara Ariadnæ *quondam* monumenta coronæ;

huic tamen loco magis convenit *fulgent*, nec opus addi ὄψ, quod est in Gemblac. & Lips. Solent enim Poëtæ pariter ac Oratores sententiam alteri re ipsa conjunctam, majoris elegantiae causa, sine copula subnectere; præsertim ubi epiphonematis rationem habet. Vide mox vs. 343. Virgil. Æneid. VI, 512. Et Ovid. de hac Corona Fast. III, 460.

Protinus adspicies venienti nocte *coronam*  
*Gnosida*. Theseo crimine facta Dea est.

Fac igitur antecedentia sic constituas: Nam *circulus radians in medio*, Bootis & τοῦ ἐν γόνασι, vincitur *stella una* secundæ magnitudinis, *quæ proxima fronte* in anteriore mediaque coronæ parte *distinguit flamma ardent* lumine fulgidissimo *candida lumina* ceteras stellas, quarti vel quinti ordinis (que hic, ut alibi sæpius, abundat). Quid vetat nuno, quominus seq. vs. per asyntheton subjungas? præsertim, cum legere possis, *Gnosida* (vel potius *Gnosiacæ*) *serta fulgent monumenta puellæ*. Certe hæc multo aptius coherent & significantius sonant vulgatis: *Monumenta Gnosia deserta puella fulgent*. *Gnosia*des, *Gnosiacus* non rariora apud Virgil. & Quid. quam *Gnosius*. Statius hanc ipsam Coronam vocavit *Gnosiacam* Silv. Lib. I, IV, 88.

Vs. 337.

Vs. 337. *mundi revolubilis*) pro, *revolventis*. Sic *glomerabilis*, supra not. ad vs. 221. *penetrabile frigus*, pro *penetrans* Virgil. Georg. I, 93. Vicissim quoque *volvens* pro *volubilis* Poëtarum est. Vid. Serv. ad Æneid. II, 37.

Vs. 338. *Serpentem Grajis* ὄφ. ) MS. Lipf. *Serp. magnis Ophiuchus nomine signis*, ubi *magnis signis* videtur pro *stellis in magna illa Ophiuchi figura* accipiendum. Quod si defendi nequit, vide an placeat ita legi:

*Serpentem medium aſt Ophiuchus nomine ſignum  
Dividit &c.*

Vs. 339. *Dividit, atque . toto ingens* ὄφ. ) MS. Lipf. *Dividit etiam toto ingentem corpore* *Explicet ut nod.* Ed. Reg. Rom. cet. *Divid.* ὄφ *toto mergentem corpore* corpus *Explicat &c.* *Dividit*, quia utraque manu anguem tenet, ut ex uno duos efficere videatur. *Mergere* autem cum serpens dicitur *toto corpore corpus*, non eo accipiendum, quasi suum corpus involveret toti suo corpori, quales quidem ineptias ne somniavit quidem Manil. Sed *mergere* videtur positum pro *emergere*, vel pro *obtegere*, *obruere*, imitatione Virgilliana Æn. VI, 512. Est & dictum pro *claudere*, apud Valer. Flacc. Lib. VIII, 66. Quamlibet harum notionum admittas, facile sensum elicies figuræ in globo Astronom. congruentem.

Vs. 340. *Explicat, ὄφ nodos* ὄφ. ) Edd. Vett. *Explicat, ut nodos*, pro *uti*.

Vs. 342. *Et redit, elufis* ὄφ. ) Delet h. vs. Cod. Lipf. Servat autem Reg. qui unus omnium maximam ei lucem affundit hac lectione:

*Eminet effusus per laxa volumina palmis.*

Recte omiſſa eſt poſt hac *orbes* diſtinctio, & voci demum *Reſpicit* addita hæc (:). Adeoque tria illa prædicata *dividit, explicat, respicit* τῷ Ὀφίῳ, fas eſt, ut tribuamus. Poſt, de Serpente: ille tamen *molli cervice reflexus eminet*, non occumbit, ſed ſuperior eſt *effusus extenſus per laxa volumina ſpiras*

*spiras dilatatas palmis Ophiuchi. Vide, & cum his compare figuram in globo, & in Mythogr. Lat. p. m. 433.*

Vs. 343. *Semper erit paribus bellum*) Epiphonema, elegantissimo Nostri ingenio minime indignum. Videtur sane ex superioribus sponte natum, non arte factum. Sensus autem non e trivio, sed a gladiatoribus, qui componi solebant, repetendus. Solenne præ ceteris Papinio, ubi de tali congressu agitur, *parem pro adversario* ponere. Et Liv. eodem sensu Lib. XXVIII. c. XLIV. Habebo, Q. Fabi, *parem*, quem das, Annibalem. Vid. Gronov. ad loc. Itaque, ex Nostri sententia, *Semper erit paribus Ophiucho & Serpenti*, hostiliter erga se invicem animatis, *bellum, quia viribus æquant* sc. *se*, i. æquo Marte pugnant.

Vs. 347. *fidenti-phumea*) Optime MS. Lipf. & Ed. Reg. *fidenti plurima* sc. Jupiter sibi metipsum, dum assumpta oloris specie, subjecit sibi terga Ledæ, cum qua concubuit. Vid. German. vs. 274. sq.

Vs. 348. *diductas*) Recte: non *deductas*, uti supra vs. 3. Pingitur enim Cygnus volanti similis; cujus est, *alas diducere* s. expandere.

Vs. 351. *Assueto*) sc. Jovi. *cen*) Gembl. *cui*, recte: Eundem enim Jovem, cui assueta Aquila, respicit.

*Mundo*) Omnes, *mundi*; quod omnino reponendum.

Vs. 356. *pectus fulgenti fidere clarus*) Hoc *pectus* quarto casu græca elegantia positum, omissa præposit. *κασία*. *fulgenti fidere* s. stella illa majoris magnitudinis, quæ Pegaso & Andromedæ, quam contingit, communis est. Hinc statim subjicit

Vs. 357. *Et finitur in Andromeda*) Eadem enim stella & umbilicus Pegasi & Andromedæ caput appellatur. Hygin. Poët. Astron. Lib. III. c. X.

*quam Perseus armus Excipit*) Cod. Lipf. & Editi omnes, *quam Perseus armis Eripit* &c. Utraque lectio bona, nisi quod *Perseus*, dissyllabum, diæresin ægre admittit. Vel *leviter*

viter hic tangit Auctor fabulam, Lib. V, 539. fqq. iusto fere copiosius expositam.

Vs. 359. *tertia linea*) Pro *linea* Codd. omnes *lampade*. Illam, quæ Bentleji est, lectionem anticipavit Glossa Cod. Lipf. *Triangulus, qui duo latera habet aequalia, tertium inaequale*. Sed videtur non hoc solum docere Auctor voluisse, verum etiam quod basis hujus Trianguli, ceteris lateribus brevior, tribus stellis sit distincta, *dispar* adeo *ceteris paribus*, in quibus binæ tantum stellæ fulgent. Utrumque observat etiam German. vs. 236. fqq.

Tres illi laterum ductus, *aequata duorum*  
Sunt spatia: *unius brevior* (f. *brevius*) *sed clarior*  
*ignis*.

Consule figuram in Mythogr. Lat. p. 437.

\* In MS. Lipf. & Vulgatis nostris perpetua serie legitur vs. 407. *Nec vacuum &c.* vs. 406. *Sic in utrumque* usque ad 459. *Amnis* & in med. &c. Hæc demum sequitur

Vs. 362. *In pœnas signata suas*) Quæ omnino ad Cassiopiam spectant. Expansis enim adhuc brachiis figuratur, sedens in siliquaastro: Hygin. Poët. Astron. L. III. c. IX. Add. German. vs. 198. fqq.

*juxtaque relicta Andromede &c.*) Et vulgatæ veteri, quam omnes Codd. tuentur, sanus sensus constat: *juxtaque relicta Andromedam vastos metuentem piscis biatus*. Nimirum *signata* vel sita est Cassiopeia *juxta* i. prope *relictam Andromedam* met. vast. hiat, *piscis* mel. *Pristis*, nam Piscis alius fideris nomen.

Vs. 365. *Ni veterem &c.*) Rescribe ex probatis Editis *Ne* vet. Rationem enim reddit, cur Andromeda etiam in cælo scopulis sistatur revincta, scil. *ne Perseus eam demum liberatam, invitis parentibus, abducat*.

Vs. 366.

Vs. 366. *sq. fugiendaque Gorgonis ora sustineat*) i. ostendat, opponat. Glossator Cod. Lipf. *Contra se teneat, quasi scutum. fugienda*) supple, olim.

Vs. 367. *pestemque*) Idem innuit hoc *fugienda*, quod modo præcessit. Lege *testemque*, cui illud, Launoio auctore, substituit Huetius, sed præter rationem Codicumque fidem. Cum enim inter astra relatus Perseus noxam jam inferre nemini potest; gestat tamen adhuc Gorgonis caput & sua causa, qua spoliū, & videnti testimonium quasi ostendit rei fortiter ab ipso gestæ.

Vs. 372. *claudentes fidere pontum*) Lectio sanissima. *Sidus*, pro tempestate, quæ sidus istud comitari solet. Non aliter hæc verba intellexit Glossator Cod. Lipf. qui addit: *quia gravissimas efficiunt tempestates*. Oriuntur enim Hoedi cum Scorpio, mense Octobri. Conf. German. vs. 168. *sqq.*

Vf. 378. *pars utraque tauri*) i. *Utraque signa sunt pars tauri.*

Vs. 379. *aquilonia signa*) Quibus addi possent duo illa extantiora, *Coma Berenices* & *Equuleus*. Illa ad caudam Leonis sita est, supra Virginem, a tergo Bootæ: *Hic* jacet sub capite Pegasi, h. e. caput Equulei lucet ante caput Pegasi, reliquum vero corporis ejus latet sub Pegaso. *Hunc* autem Noster descripsit vs. 355. *sq.* *Illam*, sicut & Canopum, in Italia non conspici, tradit Plin. Hist. Nat. L. II. c. LXXI. si modo hæc est *Coma*, quam ille *Cri-nem Berenices* salutat. Quod si ita est, facile intelliges, cur horum siderum mentionem Noster fecerit nullam.

Vs. 380. *intra Solis cursum*) MS. Lipf. & Editi præstantiores, *infra*, probatum Scaligero quoque. *infra Solis cursum* i. extra Zodiacum, versus Austrum.

Vs. 384. *Altera pars orbis*) Hic cum novem qui sequuntur versibus eodem, quo nunc vides, loco & ordine leguntur in MS. Lipf. & Impressis nostris.

*sub*

*sub quibz jacet* ) Ita quidem legitur in MS. Lips. cui, ad firmandam lectionem, Vossianum & Venetum accedere, Bentlejus affirmat. *sub quibz* i. sub quibus luminibus vel sideribus. Sed hæc sensu ferri hianti, nemo non videt. Magis placet vulgata Scaligeri, *sub aquis*, quam, nisi forte Cod. Gemblac. suppeditavit, nostri certe Impressi simul omnes constanter tuentur. *Aquas* autem, uti pontum & Oceanum, pro *Horizonte* Poëtis poni, quis est qui ignorat? Lege saltem infra vs. 417. sq. Addeſis Hygin. Poët. Astron. L. I. c. VIII, & Strabonem L. I. p. m. 4. sq. & p. 100. Sed vel sine figura admitti hæc lectio potest, ut eo magis constet, cur Australis illa pars orbis sit *in via nobis*, cur nec dum *transita illa regna*: Nimirum, quia *sub aquis jacet*. Frustra vero in contrarium urget Bentlejus, gentes illas, sub aquis utpote jacentes, nec vivere, nec siderum ortus obitusque spectare posse. Ita sane actum de illis esset, si *in aquis* jacerent: sed cum *sub aquis* sunt, respectu quidem habito situs nostri, non illorum, nil impedit, quo minus aura cæloque libero utantur, quemadmodum etiam nos, qui vicissim Australibus populis videmur sub aquis esse siti.

Vs. 387. *Diversasque umbras* ) sc. a nostris. Meridionales enim populi sunt nobis antiscii, eorumque ita nobis sunt oppositæ umbræ, *ut per aquas quæ nunc rerum simulacra videmus*: Lucret. Lib. I, 1059.

*levaque cadentia signa* ) quia versus Septentrionem conversis Sol a dextra oritur. Hinc illis quoque sidera occidunt ad sinistram, nobis ad dextram, qui austrum spectamus *calo verso*, i. inverso.

Vs. 391. sqq. *uno vincuntur in astro* . - *Cæsar &c.* ) St. dus innuit, quod Augusti tempore, inque ejus honorem, *Cæsaris thronos* cognominatum est, Auctor Plinius Hist. Nat. Lib. III c. LXXI.

Vs. 393. *calo maximus auctor* ) i. cælicolas olim maximum in modum aucturus & illustraturus.

Vs. 394.

Vs. 394. *Oriona*) De hoc vide Strabonem L. X. p. m. 446. pr. & quæ notavit Barth. ad Stat. Silv. I, l, 45. Incipit autem Noster ab Orione, quod hic e regione adversus est Ursæ, a qua ad illum recta linea. Hinc infra vs. 509.

*Arctos & Orion adversis frontibus ibant.*

Vs. 399. *excelfo. imnerfus olympo*) MS. Lipf. & Editi Regiom. Rom. cet. *immensus*, quod Scaliger recte dedit ad sententiam Manilii, cui Orion *magni pars maxima cali* dicitur Lib. V, 13. Conf. supra vs. 395. Sidus enim adeo est magnum, ut ab uno Tropico ad alterum assurgat.

Vs. 400. *subducto vultu*) Ita MS. Lipf. & Editi ante Scalig. omnes. Caput enim Orionis fingitur cælum respiciens, tergo nobis obverso.

Vs. 401. *Quod magis alta recedant*) i. cum illæ stellæ in vultu Orionis a terra altius assurgunt, fit inde, ut minores appareant iis, quæ sunt nobis propiores.

Vs. 402. *Hoc duce per notium*) Ed. Rom. Ald. & Pruckn. *Nec dure per totum* &c. Regiom. vero: *Hæc duo per totum*, quasi de Orione pariter ac Canicula vs. seq. hæc essent intelligenda: Sed verior Scaligeri lectio, *Hoc duce per totum* decurr. sid. mund. cui Cod. Lipf. inprimis favet. Ab Orione enim principium australium signorum, quorum insigniora, uti Canicula, toti orbi, successu temporis illucescunt.

Vs. 404. *violentius astrum*) Nam Caniculæ exortu accendi Solis vapores quis ignorat? Cujus sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur. Fervent maria exoriente eo, fluctuant in cellis vina, moventur stagna. Canes quidem toto eo spatio maxime in rabiem agi, non est dubium: Plin. H. N. L. II. c. XL.

\* Vs. 406. & 407. in Editis Reg. Rom. cet. post vs. nostræ Editionis 361. inverso ordine leguntur. Quare dum  
de



de loco quo hæc pertineant ambigitur, de sensu verborum certi quid statuere, integrum non est.

Vs. 405. *horrens*) Grotius ad German. vs. 338. mavult *torrens*, quod metri postulare ratio videtur. Scimus autem, & urere & *torrere* etiam in frigore dici. Salmasius vero Exerc. Plin. pag. 308. non Gemblac. magis Codicis, quam sua auctoritate frētus, legi jubet: *Namque horrida frigore sevit*. Quibus verbis significaret Manilius, nullum sidus canicula *vehementius terris advenire* i. exoriri: nullum *gravius cedere*, h. e. occidere. Namque *horrida frigore sevit*, quum occidit.

Vs. 407. *Nec vacuum &c.*) MS. Lipf. *Hæc* sc. Canicula, vacuum Solis fulgentem deserit orbem i. e. Sole jam regresso, vel summo frigore occidit.

Vs. 410. *discunt*) Cur, quæso, non potius *dicunt*? Illud in Gemblacensi Cod. legi, nemo præter Bentlejum observavit. Hoc vero Lipf. & Editi omnes servant.

Vs. 414. *Magna fides hoc posse, color &c.*) Sensus est; *Color & motus* illius stellæ canicularis, scintillantis in radios, *magnam fidem* faciunt, illam hoc *posse*.

Vs. 415. *vix Sole minor*) scil. non ratione tantum caloris & cursus, verum etiam luminis micantis in radios, quæ sane ad firmandam augendamque fidem plurimum faciunt. Et ista quidem ex mente Manilii, quo longe saniora docuit Geminus ille Rhodius, Proclo per sæpe laudatus, qui diserte concludit, Caniculam non esse æstuum causam, sed signum & argumentum, quo utuntur homines, nemque tunc calores vehementes cieri, quum illud sidus cum Sole oritur. non autem propterea, quod cum Sole oritur. Vide Petavii Uranolog. L. II. c. X.

*Nisi quod procul hærens*) Et hoc ex vulgi ratione dictum, Ait enim, Caniculam claritate vix Soli cessuram, *nisi haberet stellas quasdam remotiores*. Sed hæc in Poëta naturæ minus accurate conficio, ad unguem exigenda non sunt.

Vs. 420. *subducta mari*) Cod. Lipf. luculenter interpungit *subducta* (;) *mari* quod prima cucurrit,

Vs. 421. *Emerita*) Codd. omnes, *Emeritum* magnis *mundum* &c. Quæ cum sensum fundunt satis idoneum, neque sua venere aut ævi Augustei dignitate sunt destituta, unius sane Virgillii exemplo magis, quam auctoritate mutari minime debuerunt. Quin si locum propius inspexeris, nec apices modo literarum sed sermonis argumentum cum Nostri scriptura composueris, probe, spero, intelliges, quam parum ille Manilii rationibus conveniat. Locus est *Æneid.* VI, 83. ubi Maronis verbis fatidica ad *Æneam* :

O tandem *magnis pelagi defuncte periclis*!

Notanter Servius: *Non liberate pelago, sed marinis periculis. Nam adhuc navigaturus est; sed sine ullo discrimine. Jam vero quid ista ad Argo navem? Num & hæc periculis tantum liberata, adhuc æquora fulcabit, ratis, inquam, berorum, qua nunc navigat astris*, Lib. V, 13. Vides sane, Nostrium minus pro rei dignitate dicturum fuisse, si eam *periclis defunctam*, imitatione Maronis finxisset. Ex inductione vero exemplorum supra vs. 335. 352. & 377. certo certius colligitur, Nostrium h. l. scripsisse de navi illa, *non qua emerita* i. munere suo defuncta, quod ἐν δὲ δὴ δὴ, sed *qua mundum* i. e. cælum meruit, deaque est facta, quod *agitata magnis procellis* s. periculis, servavit deos seu divinos illos viros qui, duce Jasone, Colchos navigarunt. *Emeritum* autem *calum* pro *meritum* satis latine dici posse, quis ausit negare? præsertim cum Activum verbum *emereo* usitatus Ovidio aliisque, quam Deponens. Neque etiam ab hujus Participio passiva significatio est aliena prorsus. Vide, quæ Viri docti scite notarunt ad Silium Ital. L. VII, 19. Adde Laur. Valla Eleg. L. L. Lib. V, c. 10. quem & hoc Manilii exemplo locupletabimus. Pro *procellis* MS. Lipf. *periclis*.

Vs. 423. *tergora*) Ergo, *anguis dispositis flammis imitatur tergora squamea*. Qualis sensus? Libri nostri omnes, *lumina*. Dici autem possunt *lumina squamea* ipsæ squamæ, colore suo micantes & *auri fulgore quasi ardentes*, *Æneid.* V, 87.

V, 87. Nostri autem verba sic accipimus: *Anguis stellas ita habet dispositas, ut squamas ardentes referant.* Conf. Lib. V, 340.

Vs. 424. *Et Phæbo sacer ales*) i. e. Corvus, de quo longa fabula apud Hygin. Poët. Astron. L. II. c. XL.

☿ *una gratus Jaccho*) Sig MS. Lipf. Editi vero Ald. & Pruckn. ☿ *magno*, non corporis deformi proceritate, qualis vulgo Bacchus præter naturam depingitur, sed propter vini donum. Exempl. Regiom. ☿ *olim*, quod maxime placet,

Vs. 429. *cum di quoque*) Doct. Tibulli Interpres Lib. II, III, 26. & Fayus: *Tunc dii quoque* &c. Frustra vero Ille ex h. l. firmare conatur eam, quam formavit hujus *querere* notionem. Ait enim, usurpari vocem in re cujus pristinus flos ita concidit, ut omnino perisse videretur, ac proinde solícite quæsitum vix, aut ne vix quidem reperiri. Quæ quidem, tametsi enucleata disputata, cuivis tamen aliî loco potius, quam nostro conveniunt. Qui enim dicere Manilius potuit, *deos quæsvisse deos, quasi amissos?* Sed *quæsvērunt* h. l. valet, quod *imploraverunt auxilium, invocaverunt.* Sic infra vs, 914.

in ponto *quæsitus* rector Olympi.

Sanior autem lectio retinenda, quam præstant Cod. Lipf. & Impressi, quotquot Scaligerum præcesserunt, omnes *tumidi* quoque sc. gigantes magnos deos *quæsvērunt* i. hostiliter petiverunt, vel, *in necem quæsvērunt*, ut Cicero loquitur pro Sextio. Ceterum qui otii profusior de fabulosis. simo illo bello plura legere cupit, adeat Auctores a Burmanno longa serie excitatos ad Ovid. Metam. Lib. V, 321.

Vs. 434. *Et jam vicinas moles*) Cod. Lipf. & Cusi omnes cum Scaligero legunt: *Et tam vicinos fugientia sidera colles.* Inepte vero Noster post *montes* intulisset *colles*, a majori ad minus deveniens, nisi notanter addidisset: *tam vicinos astris*; nam, uti Ovid. Fast. V, 39. ait,

Exstruere hi *montes ad sidera summa* parabant.

O 2

VL 435

Vs. 435. sq. *Arma importantes &c.*) Totidem hæc verbis & iisdem fere apicibus, sublata tamen post hoc corpora distinctione (,) leguntur in Editis nostris. Nectenda autem videntur cum illo *Cerneret vs. 432.* unde sensus: *Et cerneret Jupiter rupta matre creatos, Discordes vultum, permixtaque corpora partus arma importantes.* Subscribit his Cod. Lipf. ubi Glossator pro *vultu* legit *vultum* i. quoad vultum. Simile exemplum supra vs. 356. Vid. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. vs. 93.

*rupta matre*) i. Terra. *permixtaque corpora*) pro, *permixto corpore*. Pars enim illorum posterior definebat in serpentem; superior hominis fuit. Vide Ovid. Fastor. V, 35. sqq.

Vs. 437. *Nec dum hostile*) Cod. Lipf. *Nec dum hostiferum &c.* Utraque vox sed inverso ordine, legitur in Vulgatis. Illud *hostiferum* merito suspectum Scaligero, qui putat Manil. scripsisse *pestiferum*. Quidni dare potuit *hostificum*, quod ex Accii Alphesiboea servavit Nonius G. VIII. n. 15.

Vs. 440. *Quam propter*) Ed. Rom. Ald. & Pruckn. *Quapropter*. Quod etsi ad sensum recludendum non plus facit altero, tamen eo pertinet, ut errore eximatur Manilius, quasi Cetus ille *prope aram* situs esset, immani quippe spatium ab illa disjunctus.

Vs. 442. *morsum*) Cod. Lipf. & Vulgati omnes, *morsu*. Similis ei, qui adversus Andromedam a Neptuno fuit excitatus, quod ex vs. seq. patet. Hic autem Locus ex Virgilio est adumbratus, Æn. XII, 754.

*Hæret bians, jam jamque tenet, similisque tenenti.*

Vs. 443. *olim*) Rescribe ex Codd. *undis*, sc. quibus Andromeda fuit exposita. Ordo & sensus hujus vs. & seq. is est: *Qualis erat ille, qui adveniens ad fatum i. perniciem Cephæidos undis exposita, expulit pontum ultra sua litora.*

Vs. 446.

Vs. 446. *qua fusa feruntur* ) Libri omnes : *cui cuncta* scil. flumina ex vs sq. *feruntur* i. devolvuntur. Devolvuntur ad eum *piscem* omnes effusiones Aquarii. Res clarissima in Globo Astronom.

Vs. 448. *Uterius capiti* ) Ita plane Cod. Lipf. & Exempl. Regiom. Malim tamen *alterius* sc. minoris piscis , *cujus* utique capiti *conjungit* i. admovet *undas* τῶν amnis.

Vs. 450. *His inter &c.* ) Hic vs. cum sqq. in MS. Lipf. & Ed. Reg leguntur post vs. 405. Inferunt iidem h. l. vs. 362. sqq. *In penas signata &c.* Omnes autem Codd. habent *Has*, non *His*.

*Arctosque latentes* ) i. e. polum Antarcticum, qui nobis latet, non conspicitur. *Arctos*, etiam in plurali numero, Polum significare , supra monitum suo loco.

Vs. 454. sqq. *Ultima quæ mundo &c.* ) Sensus : *Ultimæ* partes mundi , polarem versus & ipsum polum Antarcticum, referunt speciem mundi nostri, seu hæmisphærii borealis. Eadem est analogia.

Vs. 455. *cali templa* ) Per *templum* Noster hic & deinceps sæpius intelligit *arcum* aliquem *cali*, uti II, 668. Varro autem docet, *Templum* tribus modis dici, ab natura, ab auspiciis, ab similitudine *Natura*, in cælo, ut in Hecuba : O magna *templa cali* tum *commixta* stellis splendidis. Sic ceteras quoque species L. L. Auctor exemplis illustrat. p. m. 66. Quibus addere possis, *Templum* etiam *sepulcrum* dici auctoritate Veterum. Exemplo Virgil. *Æn.* IV, 457.

Præterea, fuit in tectis *de marmore templum*  
*Conjugis* antiqui &c. Vide Non. Marc. p. m. 225.

Vs. 457. *Sublimis mundi* ) Libri nostri, *sublimem speciem* mundi : minus bene. Vocat autem *sublimem mundum* Septentrionalem cæli partem, quæ ad *Arctos* eminet, supra

vs. 237. *Causa, quoniam super nos est pro habitationis nostræ positione. Unde Virgil. Georg. I, 242.*

*Hic vertex nobis semper sublimis &c.*

Vs. 460. *Credimus exemplo* ) Colligimus, inquit, exemplo vel paritatis subducta ratione, id cælum, quod sidera vertit, quæ in nostrum conspectum non veniunt, tam simili cardine fultum esse, quam nostrum. Polum Antarcticum non videmus. Sed in absoluto globo ratio in altera parte analogica colligit quod in una.

Vs. 460. *fqq. quia vis &c.* ) a Scaligero est, cui in hoc omnes Codices defunt. Ex his rescribendum *quavis* fulgentia visus *Nunc* orbem, pro *Hunc*; & in fine periodi *pingit* pro *figit*. Quodsi hæc dedit Auctor, non dubito, quin sit legendum *fallacia* visus, pro *fulgentia*: quod sensu cassum, nisi ad hoc *sidera* vs. seq. referatur: quam quidem vocum trajectionem nemo est, vel proletarius Poëta, qui non in vitio ponat. Respicit autem Noster globos fictitios, qui uti aliorum, ita præsertim in australium Signorum *pictura fallaciam visus* satis aperte produunt. Ita vindicare videmur dignitatem Auctoris, quæ, si ex animi sententia Urfas statuisset austrinas, in crassissimi erroris discrimine versaretur. At bene est, quod non hoc tantum loco, verum etiam Lib. III, 311. illam *fallaciam* ipse accusat, ubi

*Nec manifesta patet falsi fallacia mundi,*  
de austrina orbis parte dicit, eoque luculentius demonstrat, quam sit ab illo pictorum errore alienus.

Vs. 466. *Omnia ut æquali &c.* ) MS. Lipf. *Omni aut æq.* Rectius Editi nostri: *Omniaque æq.* Sic enim cum præcedentibus optime cohærent: Ne quære figuras corporeis similes & omnia membra fulgentia æquali colore (.) Addunt hanc distinctionem Rom. & Ald.

Vs. 467. *aut vacuum quid &c.* ) Cod. Lipf. & vacuum qua lumine cesset. Bene. & solus agnoscit Regiom. Ceteri,  
*ut.*

*ut. Sed Rom. Ald. & Pruckn. qua lum. cesset. Reg. qua lum. cessit.*

Vs. 470. *sibimet natura pepercit* ) Lege & distingue: Quicquid subduxit flammis natura (,) *pepercit* Succubitura oneri &c. *Pepercit* absolute positum pro *parce egit*, uti Stat. Achil. I, §72.

Nunc thyrsos parcente ferit &c.

Unde *parcum* dicimus *abstinentem*, *temperantem*; quemadmodum de Fabio Silius Ital. I, 680.

*parcusque* laceessere Martem.

Vs. 471. *distinguere* ) Libri omnes, *disjungere*.

Vs. 472. *filis* ) Hoc sæpius apud Nostrum pro *terminis*, *finibus* vel *circulis*. Vide infra vs. 561. sq. 598. 660. Hoc autem loco malim retinere *stellis*, quod omnes Libri agnoscunt. *Sidus* enim proprie dicitur stellarum in unam figuram congregatio. *Stella* autem est pars sideris seorsim accepta.

Vs. 473. *Linea* ) Sic MS. Lipsf. & Editi omnes: pro quo Scaliger *Ignea*, nescio qua ratione, dedit. *Linea* vero h. l. dicitur *imaginarius linearum ductus*.

Vs. 475. *Redduntur* ) Posita vs. præc. post hoc *summis* distinctione (.) fatius est ceterorum, præter Lipsiensẽ, Codd. scripturam sequi: *Creduntur*, satis est, si se non omnia celant &c. Supra Noster: *Credimus* exemplo, de sideribus austrinis, visum nostrum fugientibus. Quid ni etiam scripserit de his figuris, non nisi imaginatione efformatis: *Creduntur* sic esse in cælo dispositæ, & ad credendum *satis est*, quod vel in plenilunio non omnes stellæ majori ejus luce obscurantur. *Certa* enim, vel tum quoque, *nitent* stellæ, primæ & secundæ magnitudinis, quæ sidus suum signant: plurimæ autem, minoris & minimæ magnitudinis, a pleno Lunæ lumine absorbentur quasi, & *fugiant* conspectum nostrum illa *signa* ceu *nullum* istis *nomen* esset, & nunquam in cælo existerent.

O 4

Vs. 479.

Vs. 479. *Plura* ) Cod. Lips. & Ed. nostri, *Plura*, quod, experientia repugnante, equidem tueri nolum. Stare autem potest, si hoc *cernere* accipias pro *discernere*.

Vs. 482. *variosve* ) Servius ad Æn. II, 37 ait: *ve* proprium significatum habet, ut interdum pro *vel* accipiat. Virgil. autem d. l. *que* pro *ve* scripsit, quod ei sonantius visum. Caussam ergo dicat Bentlejus, quamobrem mutaverit illud *que*, quod omnes Libri tenent. Neque enim sensus disjunctivam particulam admittit, quod non alterutrum, sed utrumque fieri assolet.

Vs. 484. *Natalesque suos* ) i. e. Statas vices servant; ut quotannis possis eas eodem ordine observare.

Vs. 486. *Quam ratio* ) Vide supra ad vs. 63. & Vulp. ad Catull. Carm. LXV.

Vs. 492. *Atque ipsum esse Deum* ) De hoc Stoicorum dicto Vide Cic. in IV. Acad. Quæst. Plutarch. de Plac. Philosoph. Lib. I. c. III. & VII. Seneca Nat. Quæst. L. II. c. XLV. ait: *Vis Deum mundum vocare?* Non falleris. Et Cato apud Lucan. Lib. IX.

*Jupiter est quodcunque vides, quodcunque movetur.*

Vs. 493. *qui primus* ) Democritus, vel, qui eum secutus est Epicurus. Uterque enim docuit, cælum & terram cunctaque casu fortuito ac temerario concursu atomorum orta; eademque omnia Forte magistra regi, sine debitorum opera.

Vs. 494. *Seminibus struxit minimis* ) Materiem & genitalia corpora rebus & *semina rerum* appellare suemus, & hæc eadem corpora prima, quod ex illis sunt omnia primis: Lucret. L. I, 53. sqq. Conf. Cicero Acad. Quæst. Lib. I. c. VII.

Vs. 501. *Fors ipsa gubernet* ) Sic MS. Lips. & Editi omnes. *Fors gubernet*, si possit, ea scilicet constantia, eodem ordine, ea sapienti ratione, qua nunc gubernatur. *Fors casus*



casus est, quo fortuito ac temerario omnia creari voluit Epicurus. Sors autem, quod ab imperitis Librariis sapius cum illo commutatum, pro *fato* usurpatur, cui omnia dedit Chrysippus.

Vs. 508. *Graia verterunt*) MS. Lipf. *graia everterunt*. Sed *graia* omnino retinendum.

Vs. 512. *notio . . mundo*) Codd. universi constanter, *noto*, uti supra vs. 402, ubi nos vide.

Vs. 524. *Exuta variant*) Legendum ex MS. Lipf. & Vulg. Vet. *Exutas variam* &c. Gentes, inquit, *mutant faciem* per tempora: verum *mundus* i. cælum, manet incolume & immutabile, non solum secundum se totum; sed etiam secundum omnes ejus partes, juxta Aristotelis sententiam.

Vs 527. *puncto currit*) Gronovius ex MS. emendat: Nec motus puncto *curvat*, i. e. vel puncto flectit motus, devios facit, exerrat statō tramite. Cui lectioni & sententiæ favet Ciceronis locus de Nat. Deor. Lib. II. c. XIX. pr. Duo sunt genera siderum, quorum alterum spaciis immutabilibus ab ortu ad occasum commensans, nullum *unquam* cursus sui vestigium inflectit &c. Vulgati autem vetustiores pro Scaliguri lectione faciunt: *Nec motus puncto currit*, i. e. Motus fit e puncto ad punctum, neque vero tam velociter & tam rapide, quam solent facere currentes in stadio. Hi proinde *cursu fatigantur*, *illa non item*. *Punctum* aliis ipsa terra dicitur, respectu universi. Avien. in Arat.

*puncti vice terra locanda est.*

Boëthius de Consol. Lib. II. c. VII. *Omnem terra ambitum*, sicuti Astrologicis demonstrationibus accepisti, *ad celi spatium puncti constat obtinere rationem*. Apud Nostrum *punctum* mininam alicujus rei partem denotat v. c. Lib. III, 215. & IV, 926. Hoc autem loco, in quo disputatio nostra versatur, *punctum* non geometrice sed *παχυλὸς* accipiendum, pro gradu quo sidera moventur. Sed leviora hæc sunt, quam ut iis explicandis & firmandis diutius immoremur. Ista vero præcipienda putavimus,

O §

ne,

ne, iniquo aliorum iudicio abreptus, *intellecta prius quam sint, contempta relinquo*: Lucret.

Vs. 528. *Idem semper erit*) Omnia hæc quæ de summo ad Lunam usque perveniunt, sacra, incorrupta, divina sunt: quia in ipsis est *æther semper idem*, nec unquam recipiens inæqualem varietatis æstum: Macrobi. Somn. Lib. I. c. XXI.

\* Vs. 537 cum triginta tribus qui hic sequuntur, in MS. Lipsi. & Editis Reg. Rom. Ald. cet. post vs. 609 nulla fere scriptionis diversitate, leguntur.

Vs. 542. *Claustra*) i. fortissima quævis obstacula, qualia sunt *repagula* & *seræ*, quibus ostium occluditur. Catull. Carm. LX. vs. 76. Lucret. II, 450. Stat. Theb. VI, 399. Figure Nili ostia *claustra* dicuntur Petronio: Et Libyæ cerno tua, Nile, *gementia claustra*, quæ notanter dicit *gementia*, quia Nilus Libyæ gemit, utpote confors ipsius damnorum.

Vs. 544. sq. *Nam quantum a terris* &c.) Univerfum consideratur tanquam Sphæra, in cujus superficie signa Zodiaci conspiciuntur. Hæc idcirco a Terra integro Sphæræ radio distant. Radius autem circuli, in peripheriam translatus, fit sub tensa vel chorda sextæ gyri partis, in qua duo Zodiaci Signa versantur.

Vs. 445. *quacunque*) Rectius MS. Lipsi. & Vulg. Veteres, *quantumque*. Tertia enim gyri vel peripheriæ pars in lineam rectam extensa, *parvo discrimine* i. paululum superat Diametrum orbis conspici: Siquidem secundum proportionem ab Archimede laudatam, diameter se habet ad peripheriam uti numerus 7 ad 22. Quapropter diameter universi tertiam peripheriæ partem, sive quatuor Signa comprehendit.

Vs. 548. sq. *Summum calum bis bina* &c.) Duo huius diametri puncta extrema summum atque imum cæli referunt, quorum distantia diametro ipsa exprimitur, vel  
tertia

tertia circiter peripheriæ parte. Hinc *summum cæli ab imo bis binis* i. quatuor Signis *resurgit* i. distat.

Vs. 549. *Astra, e bisseis*) MS. Lips. *Astra bisseis* &c. Editi nostri, *Alter a bis seis* &c. Sensus: Quando Zodiacus bis sena vel duodecim Signa capiens, in duas partes dividitur, quarum una totius gyri duas partes tertias constituit, erit distantia summi ab imo *altera pars, eaque tertia*.

Vs. 550. sq. *Sed quia - 8<sup>o</sup> imo*) i. e. Terra autem quaquaversum universi centrum præbet, vel in medio diametri sita est: hinc tam summum quam imum cæli a tellure radio distat, cui in peripheria duo Signa conveniunt.

Vs. 552. sqq. *Hinc - quacunque Binis æquandum est Signis*) Recte *Hinc*, i. ab hac terra; quod MS. Lips. & Editi nostri agnoscunt. Ex iisdem reponendum *quodcumque*, ut sensus sit: Quævis linea recta ab oculo ad peripheriam universi ducta, æquatur duobus Signis, vel Sphæræ radio.

Vs. 554. sq. *Sex tanta rotunda Efficiunt orbem Zona*) i. e. Sex lineæ rectæ ejusdem magnitudinis (h. e. *tanta*) cum radio Sphæræ, duorum Signorum spatium comprehendente, efficiunt orbem vel peripheriam Zonæ rotundæ, quam Zodiacum vocamus.

Vs. 556. *æquali spatio*) i. In qua Zona rotunda duodecim Signa æqualia feruntur, quæ integrum Zodiacum efficiunt. Cf. supra vs. 275.

Vs. 560. *vix toto - mense*) Restituenda vetus lectio, *sex tota - luce*. In hac omnes ad unum Codd. conspirant. Sententia, a quarto abhinc versu repetenda, huc redi: Nec mirere, sub iisdem signis Zodiaci diversam esse hominum originem ac sortem, cum singula tantum *teneant* i. efficere possint: quanto magis hoc necesse est evenire, cum tanto tempore orbi imminet, & quotidie sex Signa telluri illucescunt, ratione habita peripheriæ ab ortu ad occasum, quæ dimidiam circuli partem absolvit. Possis  
etiam

etiam hæc verba de ceteris sideribus sc. Planetis per Zodiaci signa volventibus intelligere. Prior enim illa sententia ad apotelesmata magis pertinet, de quibus Noster alibi ex instituto.

Vs. 563. *signorum*) Non unius Zodiaci tantum, sed omnium cæli siderum, per quæ varii fines ac circuli delineantur.

Vs. 565. *Sexque-partes*) Explicat hæc Hyginus Poët. Astron. Lib. I. c. VI. ubi omnem Circulorum rationem ad Eudoxi, quæ sola tum obtinebat, supputationem exponens, de Polari Arctico hæc præcipit: In 30 partes unum quodque hæmisphærium dividitur, ita ut dimensio significari videatur in tota Sphæra per 60. partes factas. Deinde ab eodem principio Boreo *sex partibus* ex utraque finitione *sæmptis*, *circulus ducitur*, cujus centrum ipse est polus finitus, qui *circulus Arcticus* appellatur &c.

Vs. 566. *Alter*) Tropicus Cancr. *ad extremi-cancr*) Denotat hoc *extremus* utrumque, tam initialem quam finalem rei terminum. Ille h. l. intelligendus. Sol enim revertitur, ubi primum Cancr. initialem gradum est ingressus.

Vs. 567. *consummat*) Sic Cod. Lipf. & Regiom. Editi reliqui, *consumit*. Observare autem juvat, promiscuum huic Auctori istarum vocum usum esse.

Vs. 568. *Tardaque lumina*) i. e. *æstiva*, quæ tardius eunt in noctem. Virgil. Georg. I, 32.

Anne novum *tardis* sidus te mensibus addas.

Eidem *brumales noctes*, quod longiores, dicuntur *tardæ* Georg. II, 48.

Vs. 570. *metamque*) MS. Lipf. *metaque*. Sic Vulgati quoque, qui simul sublata post hoc *potitur* distinctione, sic habent, *metaque Solis* (.) Eadem locutio Stat. Achil. I, 455. sq.

donec

donec *Sol annuus omnes*  
*Conficeret metas &c.*

Vs. 571. *Axes*) Scripti & Cusi omnes, *actus*. Vocabulum est Circense, quale & illud *meta*, a curulibus agnibus desumptum, in qua metaphora perstitisse Noster omnino videtur.

Vs. 573. *Tertius in media &c.*) Circulus Æquinoctialis s. Æquator; sic dictus, quia Sol, ubi in eo decurrit, noctes æquat diebus, & uti Noster mox vs. 576.

Componit paribus numeris noctemque diemque.

Vs. 575. *quo culmine*) Ed. Reg. & Rom. *lumine*. Perperam. Ald. & Pruckn. *limite* uti vs. 578. ubi Gemblacensem recte Scaliger emendavit.

Vs. 577. *Quattuor & gradibus*) De XV enim gradibus s. partibus, in quas sectus est circulus, Arcticus aufert VI, Tropicus V: ergo reliquæ sunt IV. Tanta erat tunc ab Æquinoctiali Solis maxima declinatio, quæ quidem hodieprehenditur minor grad. 23. 30.

*ab actu*) i. e. *ab astivo Circulo*, s. Tropico Cancr. Vide iterum Hygin. L. I. c. VI.

Vs. 580. *gaudens*) Vulgati nostri, *tingens*, quod & Cod. Lipf. admittere videtur. Probatur Scaligero quoque, qui tamen maluit sequi Gemblac. ubi legitur *tangens*. Hoc Noster utitur infra de Galaxia, vs. 685. Describit hinc verbis Tropicum Capricorni, qui Brumalis & Hibernus dicitur, eo quod brumale notat Solstitium, quod in primum Capricorni gradum incidit.

Vs. 581. *fugientis limina Solis*) Codices omnes, *fulgentis lumina Solis*: quæ quidem lectio citra veritatis dispendium retineri omnino potest.

Vs. 582. *Invida cum obliqua*) Gembl. Lipf. & Editi Ver. *Inviaque obliqua rad.* Ubi si vs. præced. legas *limina*, recte dicun-

dicuntur *inovia*, ultra quæ iri non potest. Nam ultra Capricorni terminos Sol non recedit. At Scaliger mavult, *Invida*, munera h. e. parca, & obliqua i. maligna. Quia enim, ait, oblique ministrat lumen, propterea illud videtur nobis *invidere*. Sed quid in his luminis? Non certe multo plus ac in illis: *Invida cum obliqua* &c.

Vs. 583. *Dat per iter*) Hoc Scaliger ex Gemblac. dedit. Consentit Lips. qui insuper pro nobis legit vobis. Ed. Reg. Rom. *dat pariter* min. Illud de Sole, hoc de circulo brumali recte dici potest.

Vs. 586. *Bisque jacet binis*) Tropicus enim brumalis æque ac æstivus in octo partes æquales dividitur, quarum quatuor, seu Noster videtur, infra terram habet. Achilles vero Tatijs Arati Phænomena illustrans, hunc Tropicum dicit de octo illis partibus quinque infra terram, tres vero supra eam habere. Quanto igitur clima Arateum s. Macedonicum differt a Rhodiaco vel alio quoquam Græco, tantum Noster discedere ab Tatio videtur, ubi quatuor gradus supra terram, totidemque infra eam esse dicit. Miræ autem hi Scriptores variant in cæli positu & certa *οικίσεις* finienda. Sæpe etiam Macedonicum parallelum cum Rhodio permiscunt, & cum utroque Græcum s. Atticum. Quam quidem inconstantiam, & in Tatio numerorum fallaciam, dudum notavit accuratus istarum rerum scrutator Petavius, quem vide in Not. ad Gemin. p. m. 108.

Vs. 592. *Sic per tricenās*) Lectum olim, quemadmodum & a Manilio scriptum putamus: *Sic tibi per binas* vert. Hanc scriptionem tuentur Codd. MS. & Vulgati Vet. Supputandi vero rationem accommodasse Noster videtur ad Arati instituta, quæ sancta admodum Ipsi fuerunt. Ille autem Circulum æquinoctialem, uti parallelos ceteros in octo partes distribuit, ita quidem, ut quatuor supra terram sint, infra totidem. Vide Achill. Tat. cap. XXV. apud Petav. Uranol. p. m. 149. C. Jam vero Noster Æquatorem ita ait divisum, ut ab ejus polo ad unum punctum Horizontis, a quo æqualiter secatur, binæ sint partes, ad alterum totidem; unde qui digitos suos novit, facile supputando efficiet, quatuor

quatuor ejus partes supra terram esse, eumque *duplcti summa*, octo scil. partibus, cælum cingere univcrsum,

Vs. 594. *quinque fines*) i. Circulos parallelos, *signantes tempora*) sc. moras Solis longiores aut breviores, diurnas æque ac nocturnas horas.

Vs. 596. *Inclines*) Hoc a Scaligero est, cui Cod. Lipf. videtur favere. MSti ceteri cum Vulgatis Vet. *inclives*, quod tanquam contrarium τῷ *acclivis* L. III, 364. vel unius Manilii auctoritate, locum tueri omnino potest: eoque magis, quod alioquin hoc *inclinis* in alienam plane significationem esset detorquendum, ut dictum sit pro eo, *qui inclinari nequit*. Ita vocem accipi vult Zinzerlingius ad Valer Flacc. IV, 308. eamque notionem nostro, quasi symphono, loco firmare conatur.

Vs. 597. *secli*) Cod. Gemblac. cum Lipf. *sexti*. Nostri Vulgati, *sexto*: ex quo Scaliger fecit *texto*; Fayus tandem, *textu*: quod Auctori usitatum v. c. Lib. II, 428. III, 270. &c & sententiæ hujus rationi apprime conveniens est. *Textu* enim idem ac, *ordine*, *quo* (non, *qua*) *totus volvitur orbis* i. Æquator, cui paralleli sunt.

Vs. 598. *cursum*) Ex Gemblac. hoc restituit Scaliger, cui Lipf. etiam annuere videtur. Vulgati vero nostri, *circum*, i. κύκλον: quemadmodum Cicero de Galaxia:

Vidisti magnum candentem serpere *circum*.

Sed *circum cali* nemo est, qui apud Ciceronem legerit.

*comitantia*) utpote quæ eandem cum cælo conversionem habent.

Vs. 601. *Sunt duo*) Coluri solstitiorum alter, alter æquinoctiorum; qui per polos Æquatoris & puncta Eclipticæ cardinalia ducti, ad designanda quatuor anni tempora insignem usum præstant,

Vs. 602.

Vs. 602. *sq. Inter se adversi &c.* ) A polo enim ad polum per rectum axem se mutuo interfecant; alios vero parallelos quinque bis uterque secat. *Colurus solstitialium* signat duo solstitialia puncta Cancrī & Capricornī; alter *æquinoctiorum* notat duo æquinoctialia puncta Arietis & Libræ, quæ quatuor *puncta cardinalia* dicuntur.

Vs. 606. *Quattuor in partes* ) Duodecim quippe Zodiaci signa quatuor in æquas partes a Coluris distribuuntur, quarum quæque pars est trium Signorum, quibus totidem menses respondent.

Vs. 607. *Alter ab excelfo &c.* ) His novem versibus Colurum æquinoctiorum describit, qui per polos mundi & puncta æquinoctialia progreditur, multa interim Signa interfecans, non autem per polos Zodiaci,

Vs. 608. *siccas Arctos* ) ita dictæ, quod Oceano nunquam tinguntur. Cf. locum Maronis supra ad vs. 284. citatum.

Vs. 609. *juga Chelarum* ) i. e. *Libra*, per cujus initium transit Colurus æquinoctiorum. *Chelas* autem seu brachia Scorpionis pro *Libra* poni, jam ante monitum ad vs. 268. Cf. pluribus Serv. ad Virgil. Georg. I, 33. &, qui eum castigavit, Petav. in Dissertat. Uranologio subjunctis Lib. II. c. III. fin.

\* Juvat h. l. repræsentare versuum ordinem, quem servant MS. Lips. & Editi præstantiores; quo facilius intelligas, qui factum, ut ceteris a Scalig. atque Benth. ultro citroque transpositis, duo illi versus interciderint, quos rigidissimo judicio proscripsit Scaliger in Notis pag. 78. Nimirum hunc vs. *Et juga Chelarum &c.* perpetua serie subsequuntur qui Benth. sunt vs. 537. *Sed dimensa suis &c.* vs. 508. *Non casus &c.* vs. 275 - 281. Hos excipiunt vs. 539. cum 24 sqq. quorum postremus vs. 563. *Per qua dirigitur &c.* Cui quidem, loco sane quam idoneo, subjecti in dictis Codd. hi duo;

*Chron-*



*Circulus a summo nascentem vertice mundum  
Permeat : Arctophylaca petens per terga Draconis  
Extremamque secans Hydram &c.*

Ita profecto Viri docti chirurgiam exercuisse videntur in sanandis ulceribus, & interdum in sanis ulcerandis carnificinam. Quid enim? Nonne liberum fuit Auctori, ab alterutro *Coluro potius quam Polari* sermonem ordiri? Atqui describere instituit *Colurum aequinoctiorum*, cui *Alier* vs. 616. sqq. examussim respondet. Utrique vero eundem tractum, ad Eudoxi quidem placita, assignat Hipparchus apud Petav. Uranol. p. m. 207. sq.

Vs. 610. *mediumque sub armis*) Codd. Paris. & Lips. cumque his Editi Vetusiores: *mediumque sub astris*. Scriptum forte, *mediisque sub astris*, quo intelligamus Centaurum illum *subter Zodiaco* versantem. Vid. supra vs. 425.

Vs. 611. *adverso consurgit rursus ab axe*) Non damnamus illud *concurrit*, quod omnes Libri agnoscunt. Idem *adversus* conc. *rursus in axe*. i. e. polo Antartico, ubi saltem cum altero Coluro *concurrit rursus*, ut in polo Arctico.

Vs. 614. *vestigia matris*) Codd. Paris. & Lips. cum Editis Regiom. & cet. legunt *fastigia*, quod Scaliger & Fayus recte retinuerunt. Intelligit Auctor *superiores pectoris partes Cassiopeia*, quae mater fuit *Andromeda*.

Vs. 618. *Quam - - primam &c.*) Haec addit ad signandam Helicen, quae, ut ait Scholiastes Germanici, *apparet prima noctis*. In Cod. Paris. scriptum erat *Qua*, cui altera manus superne *m* adlevit.

Vs. 620. *Et Geminis Cancrum dirimit*) Transit enim inter ultimum Geminorum gradum, & primum Cancri. Non autem sidus ac figuram Geminorum a sidere & figura Cancri dirimit. Allabatur tantum ad pedes Geminorum.

Vs. 622. *Axeni occultum*) τὸν ἀφανῆ πόλον Hipparch. l. c. quo nomine *polus Antarticus* utrique Scriptori venit.

*gyri signa prioris*) i. e. Coluri æquinoctiorum, quem utpote medium interfecat.

Vs. 623. *atque illo*) Videndum, an non legas rectius cum Cod. Paris. & Regiom. atque *alio* rurs.

Vs. 624. *tuisque Aquilam designat ab astris*) Id est, postquam designavit stellas tuas, ô Capricorne, longe supra a te designat & tangit sidus Aquilæ: Nimirum stringit candam illius. Aquila autem videtur quasi volitare super Capricornum, adversis cervicibus.

Vs. 626. *præterit*) Cod. MS. Lips. cum Gemblac. *perterit*. Paris. & Editi nostri *proterit*, quod quidem non aliter intelligendum ac *permeat*, *transit* postremas Cynosuræ stellas.

Advertendum, falsa esse maximam partem, quæ de finitionibus Colurorum Nostro dicta sunt hactenus. Videtur sane, ipsum errare maluisse cum Eudoxo suo, quam eundem deferendo gravius peccare. Multa in illo tentavit Hipparchus: longe plura in utroque castigando præstitit Petavius, quem operæ pretium est videre ad loc. Hipparchi supra citatum.

Vs. 629. *Atque hac - - tempora*) Minus recte, vel in Cod. Paris., duo hi versus ab antecedentibus sejuncti leguntur. De Coluris enim adhuc loquitur Auctor, & de Circulis parallelis, Polaribus tantum exceptis. Illos vocat *tempora*, quod per eos anni tempora designentur in quatuor punctis cardinalibus vs. 605. Pro *hac* Cod. Paris. & Regiom. *hoc*, quo sensu, non satis liquet. Quæ autem sequuntur pluralia *fixerunt* & *mox fecere*, intelligenda de veteribus Astronomis, qui primi hanc artem condiderunt.

Vs. 630. *locis*) Jungitur eodem halitu *statione*, quod minor Bentlejo non fuisse offendiculo. Præstat cum Libr. Vett. quibus MS. Paris. & Lips. fides adest, legere *modis* i. e. *ordinibus*.

Vs. 631. *Hos volucres fecere duos*) De Meridiano & Horizonte nunc agere incipit. *Volucres* pro *mobiles*, *mutabiles*, uti supra vs. 200 Lunam & stellas *volitare* dixit. Virgil.

Virgil. *volucrem* Hebrum, fluvium ceteroquin quietissimum, notante Servio ad loc, *Æneid.* I, 321.

Vs. 633. *sextamque examinat boram*) i. e. notat meridiem diei artificialis; unde *Meridianus* vocatur.

Vs. 635. *Nam seu quis* &c. - 639. *culmine mundum*) Pro *Hic mutat* Cod. Paris. *Hinc* & cum Regiom. *mutant*. Pro *nam seu*, Regiom. *ceu si quis*: Ceteri omnes, *seu si quis*, quod Manilii scriptionem refert. Dicit autem: Meridianum, sive quis ad ortum sive occasum progrediatur, identidem mutari, ac novum circulum supra verticem describere, qui cælum bifariam partitur, *culmen* etiam, divisione sua signat. *Culmen* itaque non pro σημείω & puncto verticali sumendum, quod voluit Salmasius Exercit. Plin. p. 466. qui ob id *diverso* pro *diviso* ponit. Verum, uti *culmina domorum* pro *fastigio* dicimus, ita h. l. *culmen* hemisphærium superius Noster appellat, quod utique Meridianus bipartito secat. Cod. Paris. fortasse rectius leg. *luminis* pro *culmine*.

Vs. 640. Hic vs. antecedenti *Cumque loco* &c. in Cod. Paris. & vulg. Regiom. præpositus est. *Volat bora*) q. d. mutabilis est hora sexta s. meridiana. Sic modo supra: *Hos volucres fecere duos*. Et infra vs. 652. de Horizonte:

*Hac quoque per totum volitabit linea cælum.*

Ex hoc autem Manilius colligit, Meridianum esse mutabilem, quod non eodem tempore sexta hora, seu merides est ubique terrarum. De meridie enim præcise loquitur, non autem de tempore ortus & occasus; in quo aberrat Salmasius a sententia Auctoris.

Vs. 642. *Illis sexta manet*) i. e. merides. *Quos tum premit aureus orbis*) i. e. quorum Meridiano Sol incubat. Non infrequens hæc notio vocis *premit*, præsertim Poëtis: Neque tamen ubivis obtinet. Papinio enim dicitur pro, *frugat*, *pellit*, Achil. I, 242:

*Jam premit astra dies, humilisque ex æquore Titan  
Rorantes evolvit equos &c.*

Quo autem hunc & seqq. versus recte intelligas, tenendum est, Poëtam tractum illum terrarum, & *ῥήκην* ubi tum degebat, velut in medio ponere; & quæ utrinque distant ab eo loco gradibus longitudinis 90, sive horarum sex intervallo, cum habitatione sua conferre. Qui ad ortum siti sunt, hos *Eoos* appellat; qui ad occasum, *Hesperios*. Igitur cum primum *Sol nobis oritur*, inquit, *Eois illis*, qui nonaginta gradibus distant orientem versus a Meridiano nostro, *meridies est*. Rursus circa *Hesperios*, qui tantundem a nobis occidentem versus distiti sunt, *sexta est hora, quando Sol nobis conditur*, & infra Horizontem nostrum cadit. Nos, ait, *duplicem banc sextam* non pro sexta habemus, nec ita appellamus: sed *priorem* vocamus primam horam diei: *posteriorem*, summam & ultimam.

Vs. 645. *Et gelidum extremo* (ἔσθ.) i. e. prima & summa diei hora, in ortu nimirum & occasu Solis, gelidum lumen ab extremis mundi partibus, Oriente & Occidente, sentimus: quum tamen utramque horam, qua Sol gelidior nobis esse solet, alii atque alii, pro diversa cœli inclinatione, sextam numerent, quo tempore flagrantissimus est calor.

○

Vs. 648. *calique imum terraque supremum*) Melius omnino *imum*, quam *primum*, quod habent Cod. Paris. & Vulgati vetustiores. Illud *imum* Gemblac. & Lips. tuentur. Cælum autem Horizontem spectanti tanquam hemisphærium concavum præsentatur, cujus extremitates Nostro dicuntur *imum cæli*, respectu culminis, quod est *supremum*. Pro *terraque* Cod. Lips. *terraq.* perperam. Nam *cæli* & *terra* respondere casu sibi debent. Illius *imum* & huius *supremum*, seu superficiei extremum, coire in Horizonte videntur.

Vs. 650. *Redditque aut recipit*) scil. *reddit orientia*, *recipit occidentia*. Sic *recipitque refertq.* Il, 957.

Vs. 651. *transversum mundum*) quasi dicat, *cælum* & *terram circumquaquæ Finisiori obversam*, vel totam sphaeram mundi, quam æqualiter dividit.

Vs. 652.

Vs. 652. *Hæc quoque per totum volitabit linea cælum*) Ergo non de Horizonte sensibili loquitur Poëta, sed de *λόγῳ θεωρητῷ*, qui pariter ac Meridianus est circulus maximus, sed variabilis ac mutabilis: unde *volitare lineam* vel circulum hunc dicit, quemadmodum supra vs. 631. Hos *volucres*, i. e. mobiles, fecere duos.

Vs. 653. Legitur hic vs. cum seq. iisdem omnino verbis in Membranis & Editis nostris. Sensus autem non nimis impeditus. Liceat bona fide hariolari. *Nunc tantum ad medium*) scil. circulum parallelum, i. e. *Æquatorem*. Cf. infra vs. 697.

*mediumq. repente orbem*) i. e. totam sphæram medio tenus secat, cum *positus* ejus est *parallelus*. *repente* idem ac *simul*, e *vestigio*. Codd. Lips. & Gemblac. *Non tantum*, quod admitti, citra vitium sermonis, nequit.

Vs. 654. *nunc septem ad stellas*) quas *Septentriones* vocant. Varro de L. L. Lib. VI. p. 77. Respicit autem his verbis *positum sphaera rectum*.

*Nunc mota sub astra*) Sic dicta putamus *sidera*, quæ supra vel infra Horizontem se movent. Quo ipso *positum sphaera obliquum* breviter eleganterque designat.

Vs. 655. *Nam quancunque*) Codd. MSS. & Editi omnes: Sed quacunque. quod ut recipiamus, sententiæ nexus & ratio postulat. Horizon ille rationalis, progressionem facta, sit sensibilis. Hoc sibi vult Auctor, quo non disertior alter.

Vs. 659. sq. *varioque notabit sine-movente*) Plane sic Cod. Lips. & Regiom. nisi quod apud hunc legitur *notavit*, quod alteri præferre nolim, quemadmodum nec *regit* quod est in Cod. Paris. pro *tegit*. Conf. supra ad vs. 18. Melius autem hoc, *atque refert*, quam *profert*. Et in fine sententiæ præstat cum Regiom. legere *moventes* scil. homines, qui cum visu fila sua *movent*, seu circulum variant. Finitionis enim varietas cum aspectus mutatione pariter accidit. Eodem sensu Cod. Paris. *moventem* suppl. *hominem*.

Vs. 661. *Hic terrestris erit orbis* ) Ita hæc conjunctim legenda. *Orbis* i. e. circulus, qui solus *in terra describitur* & ceteri in cælo.

Vs. 662. *Ἐν plano limite* ) quia Horizon in plano circulum describit.

Vs. 663. *Atque a fine trahens titulum* ) Non prorsus incepta, tamen minus dilucida, lectio Cod. Paris. quem secutus Regiom.

Atque *Asia trahens titulum* &c. leg. forte *Asia* pro, *ex Asia*. Dictum videtur in honorem Arati, qui Cilix cum esset, suo ore *Finitem* primus vocavit *Ὀπίσθητα*. Consimili allusione supra vs. 409. *Tauri* mentionem fecit, tanquam non alter instituendis observationibus Astronomicis commodior mons esset.

Vs. 664. *obliquos adversaque fila trabentes* ) Zodiacum innuit & circulum Lactæum: quorum hic illum obliquæ circumflexionis occursum ambiendo ita amplectitur, ut eum, qua duo tropica Signa, Capricornus & Cancer, feruntur, interfecet: Macrobius Saturn. Lib. I. cap. XII. Regiom. dedit: *His addunt aliquos diversa fila trah.* MS. Paris. *His adjungunt alios adversaque* &c. Sed eadem manus in margine; al. *adice obliquos* d. f. t.

Vs. 668. *Et quinque adverso* &c. ) Reliquos, præter Solem & Lunam, planetas notat. Videsis quæ supra ad vs. 25. & 315. diximus.

Vs. 670. *Hunc tenet a summo cancer* ) Recedit enim ab Equatore Zodiacus grad.  $23\frac{1}{2}$ . ad septentrionem: qua parte, quia septentrio sublimior cæli pars creditur, summa quoque pars est Zodiaci, quæ ad ipsum Cancrum pervenit.

*Capricornus ab imo* ) Pars Zodiaci infima dicitur, quæ ad Capricornum delabitur versus Austrum. Ita enim Zodiacus oblique statuitur, ut pars ejus media sublimior ab Equatore ad polum Antarcticum declinet, pertineatque hinc ad Capricornum, illinc ad Cancrum, interfecetque  
his

bis Æquatorem, semel in principio Arietis, iterum in principio Libræ.

Vs. 672. *secantem*) sic Cod. Paris. at Regiom. *secante*.

Vs. 673. *per tres gyros*) per Æquatorem scilicet, & duos Tropicos. Cf. infra vs. 697.

Vs. 674. *Reclaque*) Cod. Paris. in marg. *Arclaque*. Alterum in versu.

Vs. 675. *Nec visus aciemque fugit*) Hoc de Zodiaco circulo, seorsim a balteo considerato (vs. 677.) vere dici nequit. Unde malim pro *fugit* legere *subit*. Enclitica *que*, uti alias sæpiissime, redundat.

Vs. 677. *stellatus balteus*) Cod. Paris. *calatus* balt. pro *celatus*. Hoc ad figuram Zodiaci, illud ad signa in ipso moventia pertinet.

Vs. 680. *bis sex latefcit fascia partes*) Latitudo Zodiaci vulgo est 12 grad. quia Veteres animadverterunt, Solem & Lunam & Planetas alios recedere tantum 6 grad. hinc inde ab Ecliptica. Recentiores vero latitudinem ejus fecerunt 16 grad. quia observarunt, Planetas, saltem Martem & Venerem ab Ecliptica hinc inde 8 gradibus recedere.

Vs. 682. *positus*) Cod. Lips. *positos*. Gembl. Paris. & Vulgati præstantiores *positas*. Bene. Læteus enim revera assurgit ad Ursas, quas ex adverso sibi positas habet. Namque ex una parte Poli Arctici assurgit Læteus ad circulum Arcticum; ex altera parte Poli oppositi circa & intra eundem sitæ sunt Ursæ. Multo, quod videtur, accuratius hunc circulum definit Hyginus Poët. Astron. Lib. IV. Cap. VII.

Vs. 688. *inter caudam*) Malo membranæ Paris. scripturam, quam Regiom. quoque repræsentat: *intra caud.*

Vs. 693. *per ima*) Cod. Paris. & Exempl. Regiom. per *imum*. Mox, ex iisdem vs. seq. *Signa secat* (:) subit *hen*, v. 696. in *illa*, Vs. 697. *Tvisque*.

Vs. 697. *Tresque fecat medios gyros* ) scil. duos Tropicos & Æquatorem, qui medii sunt cæli circuli: horum quemque Lacteus bis fecat, uti videre est in Globo Astronom.

Vs. 699. *Nec quarendus erit* &c.) Circulus enim Lacteus solus ex omnibus subjectus est oculis: ceteris circulis magis cogitatione, quam visu comprehendendis: Macrobian. Somn. Lib. I. cap. XV.

Vs. 705. *Inter divisas æquabilis* &c.) Sic Cod. Paris. in margine. Lectio corruptissima, cui solus succurrit Cod. Lips. qui legit *Inter divisis æqualibus* est via partis. Scribe divisim: *In ter divisis æqualibus* &c. Ita sensus erit facilis & apertus. Veluti, inquit Poëta, cum campi æquales in tres divisi sunt partes, & una pars, scil. intermedia, est via: sic Lacteus duabus cæli plagis, media quasi via, interjacet. Gemino scriptionis vitio in Cod. Paris. IV, 314. *Inter densas* legitur, pro quo Regiom. rectius, *In ter denas*.

Vs. 708. *Qua se* &c.) Cod. Paris. & Regiom. de gurg. vortex, non vertex. Mox vs. 709. *limes* pro trames. Vs. 710. *findens*, quod videtur rectius ac *pingens*.

Vs. 714. *mirantur*) Hoc Codex Venetus Bentlejo suggestit. Ceteri omnes, *vibrantur*, quod Auctoris sententiæ magis convenit, & cum Latinitate conciliari facile potest. Id enim in stuporem rapit mortales, ut *resupino ore* cælum respiciant, quod novas stellas *vibrantes* i. e. tremulo lumine micantes, conspiciunt. Est autem hoc *vibrare* ex illorum numero verborum, quæ cum passiva significatione active efferri solent, de quibus vide Heinss. ad Silium Lib. I, 539. Passivæ formæ & significationis exemplum (rariora enim hæc sunt) habes Æneid. VIII, 524.

Namque improvise *vibratus* ab æthere fulgor  
Cum sonitu venit &c.

Vs. 715. *Inquiruntque*) Ex vs. 713. supple, *mortales*, quorum personam induere videtur Auctor, ut causam quam deinceps proditurus est, aliorum ridere nomine possit. Cod. Par. & Regiom. *Inquirantque*.

*sacras*



*sacras causas*) ironice dictum. Cf. mox vs. 719. *Sacrum* enim proprie dicitur, *quicquid est quod deorum habetur*, auctore Trebatio apud Macrobi. Saturn. Lib. III. cap. III. pr.

Vs. 716. *diductis*) Recte: non *deductis*, in cuius commutatione peccant ut plurimum Codd. MS. & Impressi vetustiores.

*compagine rimæ*) Sic Gemblac. & Lips. At ceteri, *labet compage carinæ*, de qua lectione mox ad vs. 718. Recenset sententiam Theophrasti, qui teste Macrobio Somn. Lib. I. c. XV. *Lactæum circulum dixit esse compagem, qua de duobus hemisphæriis cæli sphaera solidata est; & ubi ora utrinque convenerant, notabilem claritatem videri.* Cæterorum Philosophorum hac de re sententias legat ibidem, cui lubet & vacat. Ex hac autem compage Veteres illi ruinam mundi inchoandam crediderunt, aut metuerant: sive quia male convenient extrema cæli, vs. 719. fq. sive quia manifesta cicatrix vulnera renovare videatur vs. 723. sive quia circulus ille Lacteus condensatus & in *nebulam æream coactus* videatur quasi *cuneus* agi in ipsa cæli fundamina, quo scindantur. Vs. 725. fq.

Vs. 717. *Segminibus*) Cod. Paris. *feminibus*, quasi *staminibus*. Sed alterum magis probamus.

Vs. 718. *Admittantq. - laxato tegmine*) Editi Veteres: *admittatq.* nov. *lax. pectore lum.* Sic etiam Cod. Paris. cui alterum, *admittant*, pro varia lectione. Nimirum, uti conetur vs. 716. Ita *labet* MS. Paris. & Regiom. *labent* Rom. Ald. Pruckn. *admittatq.* Regiom. *Compages* autem *carinæ* non plane inepta metaphora, sed vel ex ipsa globi artificialis constructione orta, qua plura *segmina* conglutinantur. Et utrumque hemisphærium *carinæ* formam satis luculenter refert. Itaque *pectus carinæ* accipiendum pro *medio*, ubi maxime cava carina est. Quid autem pectori, tumido præsertim, similis?

Vs. 719. *Quid sibi non timeant?*) Codd. MS. & Vulgati Veteres omnes: *Quid? quasi non timeant*, quæ ridentis sensum quam maxime produunt.

Vs 721. *An coeat potius*) Reclamant Libri antiqui, *mundus*. MS. vero Lipf. *mundum*, quod merito repudiaveris. Alterum vero retinendum, tametsi modo præcessit *injuria mundi*. Ad talia enim multa in hoc Auctore conivendum. Conf. supra dicta ad vs. 197.

Vs 722. *segrmina jungant*) MS. Paris. & Regiom. *sydera tangant*. Nec ita male. Mox, vs. 723. iidem Libri pro *fiat* legunt *jungat*.

Vs. 724. *Fusuram*) Restitue *Fissuram*, quod melior Vulgatorum pars agnoscit; nec refragatur Cod. Lipf. a manu doctiore correctus. Distingue sic, *Fiss. fac. mundi* (: ) Ita sibi cetera cohærent aptissime.

Vs. 725. *crassa compagine*) Codd. Paris. Lipf. & Editi omnes, *clara*; quod si quis præferre alteri voluerit, equidem non repugno. Etenim Læteus candore magis & claritate quam crassitie insignis est Poëtis. Vide Nostrum vs. 709 & 713. Neque satis apte dici *crassa compages* videtur, eademque *rara*, i. e. tenuis, levis vs. 717.

*In cuneos cogat fundamina cæli*) Dictum per Hypallagen pro, *cogat cuneos in fundamina cæli*. Sic Virgil. *Æneid.* XII, 204.

*Si non tellurem effundat in undas :*

pro, *effundat undas in tellurem*. Sensus itaque verborum inde a vs. 719. continuatus huc redit: *Quid ? quasi non timere homines debeant, an apte coeat cælum, aut circulus ille Læteus stipatus & coactus in nebulam æriam, cogat cuneos in fundamina cæli*, i. e. num findat, instar cunei, cælos medios, unde ruina totius molis sequatur.

Vs. 727. *An melius manet &c.*) His 6 versibus proponit secundam de circulo Læteo opinionem, quam in primis tutatus est Metrodorus, teste Plutarch. Plac. Philos. L. III. c. I. Autumavit enim, *banc aliquando fuisse viam Solis*, qui diuturno suo ardore stellas ibi ac cæli partem illam inuolaverit; quique mutata via inter astra, Læteum hunc reliquerit, ut Zodiaci fasciam peragraret.

Vs. 728.

Vs. 728. *diversis curribus*) Recte sic quidem Codd. Gemblac. & Lips. quod tamen Scaligero etiam placuit, in textum tamen recipere ausus non est. Vidit enim, constanter editum fuisse *curribus diversis*, quam lectionem referunt MS. Paris. & Exempl. Regiom. *Curribus* per enallagen Numeri dictum pro *curru*. *diversus* est qui a via deflectens, *buc illuc versatus est*. Sic Virgil. *Æn.* V, 166. Quo *diversus* abis? Statius eleganter *Achil.* I, 200.

Huc illuc *diversa mente* volutat :

Quam copiosius depingit Virgil. *Æneid.* IV, 285. sq.

Atque *animum nunc buc celerem nunc dividit illuc,*  
In *partesque rapit varias, perque omnia versat.*

Vs. 730. *incoëlaque*) Cave credas, τὸ in *ερημόν* esse. *Incoëlus* idem quod *inustus*; unde *mulieres*, auctore Festo, dicuntur *incoëla*, plus æquo calamistris *usa* (leg. forte, *usta*). Silio Lib. XVII, 633. *incoëli corpora Mauri* dicuntur *Solis ardore infuscati*. Et Virgil. *Georg.* III, 307. *Vellera Tyrios incoëla rubores vocat purpureæ colore imbuta.*

Vs. 732. *mundumq. sepultum*) i. e. cælum cineribus quasi superfusum.

Vs. 734. *Phaethontem*) Tertiam hic Lactæ viæ causam subministrat. Phæthontis fabulam eleganti carmine exposuit Ovid. *Metam.* II, pr. Quocum confer, si lubet, *Lucian.* de *Astrol.* Tom. II. *Opp.* p. 367. sq.

Vs. 735. *propius*) Servat hic nativam significationem, nec tamen ideo edendum fuerat *rimatur* pro *miratur*, cui omnes Codd. patrocinantur. Neque enim *propius mirari* dicitur *spectacula mundi*, sed cum *propius illis accessisset*.

Vs. 737. *nitido*) Repone, auctore MS. Paris. *mundo*, i. e. *æthere*, vel *calo* in quo *curru* *Solis superbus Phaethon luxuriabat*, ultro citroque vectus,

Vs. 738. *aliamq. recentem Imposuisse polo*) Hoc *recentem* vix est, ut apud Nostrum usquam reperias. Codd. Paris. Lips. & Editi antiqui : *orbemque regentem*. Gemblac. *vigentem*, quo nihil dari verius, iudice Scaligero, potuisset,

set. Nam qua currus Solis ibant, erat flammea & ignea via. Nunc diversis iisdem, illam viam *regentem* Poëta dicit.

Vs. 740. *Errantes meta*) In membrana Paris. & Regiom. Libro legitur *nutu*, quod spectare Phæthontem videtur, equos sinistre regentem.

Vs. 741. *curvisque quadrigis*) Sic vocat equos a *recta via* *deflecentes*. Proferat meliora, qui habet.

Vs. 744. *fragmina*) Cum de curru Solis agitur, melius foret legere h. l. *lumina*, quod & Cod. Paris. cum Lib. Regiom. tenet.

Vs. 746. *Et vicina novis* &c.) Iidem Libri sic: Et *nova vicinis*. Mox, *sidera* Cod. Paris. pro var. lect. *lumina* in versu.

Vs. 748. *sq. fama vulgata vetusta fabula*) Quartam proponit opinionem de via Lactea, meris fabulis adscribendam. Finxerunt enim, hanc cæli partem Lacteam esse factam vel dictam, ab effusione lactis e sinu Junonis. Legunt vero Codd. *fama vulgata vetustas mollior*: i. e. vulgaris antiquitas fabulæ. *Mollior* autem dicitur, comparatione illius Phaethontæ, quæ violentior omnino videtur. Cf. mox dicenda ad vs. 757.

Vs. 753. *Anne magis densa* &c.) Scriptum & vulgatum Veteribus: *An major densa*, pro quo Cod. Lips. vitiose, *densat*. His autem 3 versibus quintam præponit de Lacteo opinionem, quæ Democriti est, qui rem feliciter est affectus, dum *Lacteam* viam nihil aliud esse coniecit, quam innumeras stellas, brevesque omnes, quæ spisso tractu in unum collectæ, spatiis, quæ angustissima interjacent, operitis, vicinæ sibi undique, & ideo passim diffusæ lucis aspergine continuum juncti luminis corpus ostendunt: Macrobian. Somn. L. I. c. XV.

Vs. 756. *An fortes anime* &c.) His 45 versibus sextam tradit de Lacteo circulo opinionem, & hanc fabularum plenam. Finxerunt quippe Veterum multi, esse hunc circulum *sedem animarum* Heroum fortiumque virorum, quas  
*subli-*

*sublimes animas dixit Virgil Æneid. VI, 720. Cujus imitatione Nemefianus Ecloga I.*

*Sublimes anima cœlestia templa  
Sidereasque colunt sedes, mundoque fruuntur.*

Quibus postremis Nostrum is respexisse omnino videtur. *Frui* autem ad intemerabilem usum beatæ lenisque vitæ pertinet; nam voluptas quædam & jucunditas eo verbo infertur.

Vs. 757. *terraque remissa*) Non erat mutandum *terraque* quod universi Libri ferunt. Dictum & hoc pro, a *terra* uti supra vs. 748. *fama vulgata* i. e. a fama. Ita quoque Propert. III, VII, 54. Parthorum *astuta* tela remissa *fuga*, quod frustra mutandum putat Frein-hemius, tanquam compitius esset, *astutâ fugâ*. Pro *nomina* Cod. Lips. *nomine*, ex quo altera manus fecit *numina*: non male. Constat enim, ejusmodi Heroës inter deos minorum gentium post mortem fuisse relatos.

Vs. 758. *suum cælum*) Id est *cognatum*, *principium eorum*. Sicut enim Solem in terris esse dicere solemus, cujus radius advenit & recedit; ita *animorum origo cœlestis est*, sed lege temporalis hospitalitatis hic exfulat: Macrobi. Somn. L. I. c. XXI.

Vs. 764. *Affaracum atque Ilum &c.*) Ita parum feliciter, sed nimis audacter Bentlejus ex conjectura mutavit. Legitur enim in Codd. universis: *Castra ducum & cali: victamque sub Hectorē Trojam*. Quem versum Scaliger e textu sustulit, irreptitium vocans, conformatum nempe ex Lib. II, 3. Malam uterque V. C. Poëtæ operam præstitisse censetur. Dispiciendum ante erit quam corrigas, an nihil sani his insit: *Castra ducum & cali* (:) sic enim luculenter interpungitur in Cod. Paris. & Editio Regiom. E. quidem ne literam quidem mutandam existimamus, si versum in parenthesi legas, & *calum* intelligas per synecdochen dictum pro *diis*. Quid autem hac figura usitatus? Vide saltem Nostr. I, 429. & II, 876. ubi *calum* certissime valet deos. Quid item magis in vulgus notum? quam, bello illo ad arcem Pergama gesto, non duces modo Græcorum & Troja-

*Trojanorum, verum deos quoque deasque ab utrorumque du-  
cum parte diverso Marte pugnasse.* Hæc Poëta in animo  
cum ista scriberet, habuisse omnino videtur. Quæ si cui  
minus probantur, afferat meliora. Nos interim his acquies-  
cere malumus, quam vel sano membro poëma truncare, vel  
violentam illam admittere versus immutationem, cui tem-  
perare nobis non possumus, quin hanc iudicii formulam  
adscribamus:

QUANTÆ MOLIS ERAT DEFORMEM REDDERE VERSUM!

Vs. 765. *Auroraque nigrum partum*) puta *Memnonem*,  
Auroræ filium, quem *nigrum* vocat Poëta, quia Æthiops  
& Æthiopum rex fuit.

*stirpemque Tonantis Rectorem Lyciæ*) Hæc consensu fe-  
runt Codd. MSti & Editi omnes, præter Regiom. qui,  
nescio quo auctore, dedit *stirpemque tonantis* & cum  
seqq. illa conjunxit. Legendum sane tum foret *Atlantis* sc.  
filiam, qua Pleiades innuuntur sorores. Vero autem simi-  
lius illud *stirpemque Ton. Sarpedonem* intellige, filium Jo-  
vis ex Leodamia, juxta Homerum *Iliad.* VI, vel ex Europa,  
secundum Herodot. Polymn.

Vs. 768. *Magno maxima Pella.*) Non *bella*, quod per-  
peram legitur in Cod. Paris. & Libr. Regiom. *Pella* i. e. *Ma-  
cedonia* scil. *misit*, quod ex versu præced. repetendum.  
*Pella* enim metropolis Macedoniæ, non *magna* urbs (ceu  
visum est Burmanno ad Ovid. *Metam.* XI, 137.) Sed *exi-  
gua*, Lucan. Lib. X, 52. Videtis etiam quæ ex Demosth.  
*de Pella* prodidit Schott. ad Melam Lib. II. cap. III. pr.  
*Maxima* autem evaluit alumno suo Alexandro, intra ejus  
mœnia edito. Quem ideo *Pellaum* juvenem salutavit Ju-  
ven. IV. Sat. X, 168. Eodem modo gloriatur Ovidius de  
se & Sulmone sua, Amor. III, XV, 13.

Quæ tantum, dicet, potuisti ferre *Pietam*,  
Quantulacunque estis, vos ego magni voco.

Vs. 769. *strictæ pondera mentes*) Codd. omnes: *strictas*  
*pondera mentes*. Nolter V, 106, si quidem his satis fidei  
constat: *strictos* nec crede Catones:

*Strictos*

*Strictos* h. e. auctoritate graves ; *severos* censores ; Firmicus *strictos* & *avaros* eidem genituræ asserit, ideoque conjungit.

Vs. 772. *Et qui fabricaverat illum* ) *Socrates*, qui *Platonem* ad omnem doctrinam formavit, uti *Albinovanus opus Cæsaris Brutum*, a Cæsare informatum,

Et *magnum magni Cæsaris* illud *opus*.

Vs. 774. *strarat quæ classibus æquor* ) *Cod. Paris. & Regiom. qui*, uti infra quoque vs. 779. De *Themistocle* hoc *viCTOR* accipiendum esse, dudum monuit *Gronovius*. Quapropter legit *quæ* scil. *Persis*. Nimis autem pro rei veritate Poëta dixisset, *Themistoclem* classe trecentarum navium *æquora stravisse*, h. e. *replevisse*. Quo ipso satis luculenter innuit ipsum *Xerxem*, qui multo potiori jure *viCTOR* dicitur ac *Sinon* ille *Virgilio Æneid.* 11, 329. coll. vs. 79 sq.

*ViCTORque* *Sinon* incendia miscet.

Ubi *viCTOR* est *consilii executor*. Poterit tamen & *viCTOR* dici *reCTOR*, *dominator* *Persidis*. Vel *viCTOR*, qui *Themistoclem* ante pugnam *numero navium* superavit, ab illo postea *consilio magis* circumventus, quam armis *Græciæ* victus. Sic *Hannibal* *Nostro* infra IV, 567 sq. audit horrendus bello *ante fugam viCTOR*. Aut scripserat forte *Vates ultor*, quod *Librarii* cum *viCTOR* commutarunt, uti in illo *Ovid. Fastor.* I, 562. *ultor* ad antra venit, ubi vide *Heinsf. Add. Colv. ad Sidon. Apoll.* p. 57.

Vs. 776. *Tarquinioque minus reges* ) Sic *Codd. Gemblac. Paris. & Lipsf.* Id est, *Reges omnes Romani, uno minus Tarquinio*, seu *præter illum Tarquinium*, quem propter superbiam ita e cælo, sicuti regno expulerunt. Editi *Rom. Ald. Pruckn. Tarquinosq. minis reges. Regiom. vero, Tarquinosq. nimis reges, i. e. plus justo dominantes.* Vide *Gronov. Lect. Plaut.* p. 211.

Vs. 777. *Tota acies partus* ) Ita quidem *Codd. Gemblac. Paris. & Lipsf.* Quia enim *tergemini* fuerunt *Horatii*, proque *tota acie Romana* & *causa* tres decidebant, *tota acies* acute unius *partus* dicitur. Malim tamen legere cum *Scaligero partis*; quod *fratres illi ex parte Romanorum stantes,*

tes, magnorum exercituum animos gerebant: Livius Lib. I. cap. XXV. Mendose autem ceteri Vulgati: Tota acies pontis, cujus discrimen unus modo sustinuit Horatius Cocles, de quo Noster mox, & IV, 32. Livius Lib. II. c. X. & Dionys. Halic. Lib. V.

*Scavola trunco Nobilior*) Vide infra dicta ad Lib. IV, 31.

Vs. 779. *Et Romana ferens qua texit mœnia Cocles*) Cod. Paris. qui. Utrumque sua se ratione defendit. At *Romana mœnia ferre* quis unquam Latinorum dixit pro, *murali corona donatum esse?* Neque hanc ullus Auctorum, quos modo laudavimus, asseruit Cocliti mœnium assertori. Superest ergo putemus, illud *ferens* idem esse ac *ostentans*, quo sensu Virgilius Æneid. XI, 779. ait:

Captivo sive ut se ferret in auro Venatrix &c.

Vs. 780. *Et commilitio volucris*) Editi Vetustiores, quibus subscribit Cod. Paris. Et *cum militia volucris* seu *corvi*, qui confedit in galea M. Valerii, dum singulari certamine cum Gallo Senonum, Gallorum duce fortissimo, pugnaret. Hinc ei cognomen *Corvini*.

Vs. 781. *qui gestat in alite Phœbum*) h. e. qui Phœbo facer ales est, uti supra vs. 424. & in cælo locatus in alitis forma deum intus gestat,

Vs. 782. *Et Jove qui meruit &c.*) Afferuit Camillus Jovem h. e. Capitolium a Gallis. Eundem recte conditorem Romæ vocat, qui alter Romulus vulgo dictus. De hoc Eutropius Lib. I. extremo: Ita tertio triumphans urbem ingressus est, & appellatus *secundus Romulus*, quasi & ipse patriæ conditor.

Vs. 785. *Fabricius Curique pares*) Lege ex Cod. Lips. & Editis Vett. *Curisque*, qui fortitudine ac frugalitate *Fabricio par* fuit. Perperam adeo in Cod. Paris. *patres*, quod sæpius confusum ibi legitur.

Vs. 788. *nefandi*) Codd. omnes *necati*, scil. a Livio Salinatore.

Vs. 790.



Vs. 790. *Scipiadaque duo*) Pro duo Libri universi legunt, *duces*. Quod otiose positum videtur. Nam & ceteri, quorum prius meminerat, duces omnino fuerunt. Elegantius *unum* fatum subjungitur *duobus*. Sumsit autem Noster ex Virgil. *Æneid.* VI, 844.

Vs. 792. *Ante diem princeps*) Libri constanter omnes: *Ante deum*, i. e. *Cæsarem*. Historicis Græcis *καὶ ὁ θεός*. Pompejus igitur ante Cæsarem erat princeps Reipublicæ, uti post eum Cæsar, qui *θεός*.

Vs. 793. *Emeritus fasces*) Scriptum & vulgatum, *calum*. optime. De hoc enim jam Manilio agitur, non, qui *fasces* meruerint.

Vs. 795. *sq. matrisque sub ulnis Miles Agrippa sue*) Constans veterum lectio, *sub armis*. Quæ quidem cur Bentlejum offenderet, causæ nihil videmus. Quin illius sinistra correctio longe peiorem peperit, quod non oportet factum, interpretationem. *armis* h. l. non ab *armus* derivandum, tamen Nostro usitatum supra vs. 357. nec probæ Latinitati adversatur, illud pro brachio & ulna dici. Vide Stat. Achil. I, 124. & ad hunc Barthium in Commentariis passim. Sed modo *armis* usu maxime vulgari sonat *instrumenta*, non bellica tantum, sed & quævis alia, quæ, dum geruntur, *armis* i. e. humeris oneri sunt. Hinc etiam ipsa *consilia* dici arma jure optimo possunt, cum per translationem *humeri etiam ad cogitationes & consilia referuntur*. Perott. col. 151. pr. Itaque *sub armis matris* est *sub institutione vel consiliis*. Neque enim ullus e gente Agripparum *matris in ulnis gestatus miles* Auctoribus memoratur. Quænam autem illa mater? Scaliger putat *Octaviam*. In adversa parte Huetius pugnat Bentlejus nihil definit. Vierschrotus ipsam intelligit *Romam*, quemadmodum Nostro Lib. IV, 794 *Germania mater* feris tantum digna dicitur. Quid multis? *Julia* mater est, quæ post mortem Agrippæ enixa est *M. Agrippam*, Posthumum inde cognominatum. Hunc meminit Manilius. De eodem Vellej. Patere Lib. II. cap. CIV. Tacit. Annal. Lib. I, 3. Quibus adde Tranquill. Octav. cap. LXIV & LXV pr. coll. Eod. cap. XIX. quo loco ea leguntur, quæ ad nostram disputationem omnino pertinent. Nam, *inquit*, ne

Q

ultimæ

ultimæ quidem sortis hominum conspiratione & periculo caruit (Augustus). Audasius atque Epicadus *Juliam filiam* & *Agrippam Nepotem ex insulis quibus continebantur*, raperere ad exercitus. Nonne tunc sub matris armis, vel proprie sic dictis, *Agrippa militavit*?

Vs. 796. sq. *Venerisque proles Julia*) i. e. Julius Cæsar, qui ab Julo Æneæ filio ex Venere satus dicebatur. Virgil. Æneid. I, 29. sqq. Lucret. initio Carminis. Idem vero Cæsar inter Astra relatus, quod ignotum nemini. Unde Horat. Carm. I, Od. XII.

micat inter omnes  
*Julium fidus*, velut inter ignes  
Luna minores.

Adde Virgil. Ecl. IX. & Æneid. VIII, 1681.

Vs. 798. *Socio per Signa Tonante*) Nullus, quod sciam, Poëtarum, neque adeo Noster, eo adulationis processit, ut Jovem Augusti socium adpellaret: neque ille per Signa tonare usquam legitur. Quapropter pro *tonante* malim legere *volante*, ut intelligatur Sol, qui per Signa *volare* seu moveri, mundumque regere permultis locis dicitur. Ceterum totus hic versus in parenthesi legendus. Quod enim sequitur

Vs. 799. *Cernit & in cætu divum magnusque Quirinum*) Julium Cæsarem respicit, qui cælum jam tum repleverat. Quæ autem illa gradatio, *divum magnusque*? Rectius sane scripseris *divum*, quod est *divorum*. Cæsar, inquit, *in cætu divum* cernit etiam magnum Quirinum.

Vs. 800. *quam candet*) Cod. Paris. *qua*. Hoc magis placet. Idem Cod. mox vs. seq. pro, *deis* legit *deum*. Et hoc alteri præferrem.

Vs. 803. *Sunt alia adverso &c.*) Hic versus & tres sequentes hoc loco, quo tamen admodum importune veniunt, in MS. Paris. Lips. & Impressis nostris leguntur. Rectius autem, si quidem Manilii sunt, a Scaligero post vs. 810 collocati. Qui enim dixit,

*Sunt alia adverso pugnantia sidera mundo,*  
postea recte subjicit:

*Sunt etiam rara fortis natales euntes &c.*

Vs. 809.

Vs. 809. sq. *censusque per omne*) Ad fidem omnium Codicum lege, *corpusque*. De *censu* alibi. Nunc addere vult Poëta, quicquid *in omni* i. e. *toto mundi* vel cæli *corpore* nitet, quandoque *vigeat*, i. e. si modo vires aliquas habeat. Memor enim Poëta, Planetarum a se mentionem adhuc factam esse nullam, quam tamen non neglecturum se promisit supra vs. 259. post stellarum & circularum doctrinam illos hic obiter recenset. ut ab eis ad reliquos ignes, qui conspectui nostro se offerunt, opportune transeat.

Vs. 811. *Sunt etenim raris orti natalibus ignes*) Pro *etenim* Cod. Paris. *etiam*. Cod. Lips. *rari forti natalis euntes*, vs. autem sequentem *Protinus* & *raptim* &c. ille non agnoscit. Impressi vetustiores cum MS. Paris. *rara fortis natalis euntes*. Sensus misere laborat: nec opportunam satis medicinam Cl. Benteleji conjectura ei tulisse videtur. Equidem scriptum puto *egentes* pro *euntes*, & versuum ordinem, a Critico Britanno immutatum, ita restituo

811. Sunt etiam raræ fortis (,) natalis *egentes* (:)

812. Protenus & raptim subitas candescere flammæ

813. Aëra per liquidum, tractosque perire cometas

814. Rara per ingentes viderunt secula motus.

Jam vero *natalis egentes* veterum Codd. lectioni proxime accedit. Locutio proba est & vere Maniliana. Supra vs. 123. de mundo:

*Natali quoque egere placet, semperque fuisse &c.*

Unde simul intelligitur, Poëtam de Meteoris igneis loqui, quæ sunt *rara fortis* i. e. materiæ tenuioris (vide infra vs. 725. & 821. sq.) & *natalis egentes*, quia certum & præfinitum ortum non habent, uti stellæ ceteræ, quibus accenseri solent. Ejusmodi sunt *flammae candentes in aëre liquido*, & aliæ lucæ quæ subito existunt, & vel porro *tenuis* i. e. longius remotæ a conspectu nostro lucent, (vide Servium ad Ecl. I, 13.) vel *raptim* ac modo visæ citius evanescunt, uti *candela accensa*, *splendor nocturnus*, *capra saltans*, *scintilla volans*, *stella cadens*, *ignis fatuus* &c. Quo pertinent in primis *Cometa*, quos *secula rara* i. e. non omnia, viderunt *perire*, postquam per longos cursus *protrahi* fuerant. *Tractosque* Cod. Paris. & Regiom. *Perire au-*

tem h. l. non est *interire*, sed tantummodo conspectui nostro se subducere (Non. Marcell. h. v.) De Meteoris illis atque Cometis Noster deinceps. Pluribus ac variis ratiociniis, pro seculi sui genio, ea exposuerunt Aristoteles Meteorol. Lib. I. c. II. Seneca Nat. Quæst. Lib. VII. Plinius Hist. Nat. Lib. II. cap. XXV. sqq. & alii, quorum argumenta disposuit & excussit Vossius de Idololatr. Lib. III. cap. IX. cui adde sis Cardanum de Subtilit. Lib. IV. p. m. 117. sqq.

Vs. 818. *arescit*) MS. Paris. in contextu *ardeſcit*, pro varia lectione *arescit*. Regiom. *marceſcit*. Omnium melius fortasse, *rareſcit*.

Vs. 819. *dimissus*) Regiom. *demissus*. Ignis enim ille *descendit* vel a Sole, vel ab astris, vel ab igne æthereo, vaporemque in aëris supremam regionem, ut ajunt, eventum accendit.

Vs. 823. sq. *citraq. incendia limen Subsistunt - - cometa*) Cod. Paris. & Lips. *ceptaq. incend. Pro surguntq. cometa* Membr. Paris. & Vulgata Regiom. *fulgente cometa*. Locus nobis videtur ita constituendus:

œptoque incendia fine

Subsistunt; pariterque cadunt fulgentque cometae.

*Meteora, ait, ignita, simplicia tum demum subsistunt vel existunt cum ob materiae paucitatem vel tenuitatem apparitionis finem prope attingunt: pariter mixta seu cometae fulgent, ubi jam cadunt i. e. ad occasum vergunt. Confer quæ statim subjungit vs. sq.*

Vs. 828. *Immersum*) Cod. Paris. & Exemplar Regiom. *Immensum* vs. 830. lidem Libri *terraque* pro *terra*. post, & delent. vs. 833. *ceu* Cod. Paris. in contextu, *cum* pro var. lect. in margine. vs. 835. *Diffusus . . . ignis*) Idem & Regiom. *Diffusos ignes*. vs. 836. pro *species* uterque Liber *facies*. vs. 837. *glomus* legitur *globus* iisdem Codd. vs. 840. *tumidis*. Cod. Paris. minus bene, *timidis*.

Vs. 841. *Procere distenta utera*) Ita plane Cod. Lips. h. e. *dolia*, uteros habentia *procere* distentos. Editi Rom. Ald. Pruckn. *Procero distenta utero*. Regiom. vero cum Cod. Paris. *Pro certo distenta utero*. Innuit autem Noster *Pubicum*, Plinio quoque memoratum L. II. c. XXV.

*Parvas-*

*Parvasque capellas* ) Cod. Lips. cum Gemblac. *partosque capillos*. MS. Paris. Regiom. Rom. cet. *parvosque capillos*. Recte. Nec tamen omnino repudianda Gronovii emendatio *sparsoq. capill.* uti paulo ante vs. 836 *dispersis crinibus* exit. Omnia enim cometarum genera quasi capillitium aliquod emittunt, idque majus aut minus pro sua specie. Ceterum hoc *que*, euphoniæ causa, pro *ve* vel *aut* scripsisse Auctorem puto. Novam enim his verbis definit speciem, eamque a Pitheo diversam. *Hippeum* intelligo, qui equinas imitatur jubar, celerrimi motus, *atque in orbem circa se cuntes*: Plin. l. c. His utique Nostri conveniunt verba, quæ statim sequuntur

Vs. 842. *parvos ignis glomeratus in orbem* ) Cod. Paris. Regiom. Rom. Ald. cet. *parvis signis glomeratur in orbem*. Cod. Lips. similiter: *parvis signis glomeratis in orbem* Hæc autem distinctione completa separentur ab iis, quæ sequuntur:

Vs. 843. *Hirta figurantes &c.* ) Quæ novam iterum speciem consignant. Fiunt & *Hirti* villorum specie, & nube aliqua circumdasi: Plin. l. c. In fine versus pro *menta* Cod. Paris & Regiom. *messes*, non *mensēs*, quod habet Cod. Lips. *Messis* pro *spica*, cujus quasi hirsutæ speciem cometes ille imitatur.

Vs. 844. *Lampadas* ) Senecæ & Lucano Lib. I, 532. dicitur *Lampas*, a cujus Genitivo formatur Nominativus primæ Declin. *Lampada* vel *Lampadas*, uti a *tomex*, *tomiscis*, *tomica* apud Vitruv. Lib. VII. c. III. pr. a *strix*, *strigis* fecerunt *striga*. Proinde hoc Manilii versu, cui cum antecedente nihil commune, *Lampadas* ceu nova species, novam format periodum. Nec movendum illud &, quod omnes Libri tuentur. Itaque audacter legas:

*Lampadas & fissus ramosos fundit in ignes.*

*Fissus* autem Accusativo plurali accipiendum pro *fissuras*, qua forma Tertullianus *sancitus* pro sanctione, *expriatus* pro expiatione dixit.

Vs. 845. *Præcipitant stella* ) Non est cur a prisca MS. & Editorum lectione recedamus, *Præcipientes stella*. Nobis enim persuasum 'Nostrum, de more ceterorum Poëtarum, illo *que*, quod voci *passim* adhæret, numerum complere pedum

Q 3

pedum voluisse. Exemplis id docti sumus satis multis. At centies idem monere, tædiofum. Versu seq. 846. *pro nitidum* melius in Cod. Paris. & Regiom. *liquidum*.

Vs. 847. *Et tenuem* &c.) Cod. Paris. & Lips. cumque his Vulgati omnes sic legunt :

*Et tenues longis jactantur crinibus ignes.*

Consimiliter Virgil. Æn. V, 527.

*cælo ceu sæpe refixa*

*Transcurrunt, crinemque volantia sidera ducunt.*

Vs. 848. *Excurruntque*) Hoc ex Cod. Vossiano dedit Bentlejus. Longe quidem melior hæc lectio, quam ceterorum Librorum, qui habent *exuruntq.* Magis autem placet ea, quam ex Gemblac. prodidit Fayus, *Exiliuntq.* Procul enim *profiliunt* istæ *stella cadentes*; sive sursum, sive deorsum, modo ad dextram, modo ad sinistram, aut quoquo versum ferantur, velocesque sagittas imitantur.

Vs. 852. *Ænamq. minantur Olympo*) Ita plane Codd. Gembl. & Lips. *minantur*, supple *ignes*, qui terras penetrant, quique Ætneam flammam erigunt sic adversus cælum, ut oppugnare Olympum atque ab eo timeri possint credi. Cod. Paris. & Regiom. legunt *imitantur*.

Vs. 856. *Ignibus usque*) Regiom. *crematur Ignibus* (.). *Usque* adeo &c.

Vs. 864. sq. *sive igitur raro possunt generare cometas*) Cur raro? Obnitentibus scilicet Libris universis? Quam illud a mente Manilii alienum! Resumit enim, post longum hyperbaton, quod supra vs. 815. dixerat: *sive quod ingentium terra vaporem* &c. Itaque de terra jam ibi dictum. Nunc aliam rimatur causam, quæ referri ad *Rationem* illam possit, quæ cuncta gubernat, cui mox subordinatur *Natura* vs. 865. Itaque auctore Cod. Paris. reponendum:

*Sive igitur Ratio præbentis semina terræ  
In volucres ignes potuit generare cometas.*

*Pro potuit*, idem Cod. *possunt*. Regiom. *possit*.

Vs.

Vs. 865. *seq. ut cuncta-perpetuis-flammis*) Cod. Lipf. & Parif. ob *cuncta*, quos recte sequuntur Vulgati veteres. Gemblac. vero, ob *juncta* i. e. *vicina sidera*, quæ ita describit, *per tenues celo lucentia flammæ*, uti constanter nostri Libri. Hæc autem in galaxia potissimum inveniuntur. Qua propter alludere videtur Manilius ad Aristotelis opinionem, qui vix generari cometas pro confesso ponit, nisi extra Tropicum circulum: *frequenter sub ea, quam Lacream viam appellant*, sub qua magnam esse vim exhalationum credidit, ex qua cometæ gignerentur.

Vs. 867. *Sed trahit*) Ita quidem Codices omnes, præter Parif. qui ad sermonem continuandum legit, *sen* trahit, cui mox recte subjicitur, *sen* Deus &c. Rem autem his quinque versibus præclara comparatione illustrat Manilius. Sicut enim Mercurii aut Veneris planeta modo cernitur, modo subducitur oculis nostris, prout sub radiis Solis, aut procul ab illis lucet: ita variæ illæ stellæ per regionem ætheream diversimode discurrentes, modo cernuntur, modo fugiunt oculos, prout magis aut minus accedunt ad Solem, aut ab eo recedunt.

Vs. 871. *Sape latent falluntque oculos*) Nonne sic unum duobus? In Codd. nostris & in Parif. addita quidem distinctione, legitur *serpentem* (:) quod cum præcedente *noctem* satis apte jungi videtur posse. Quod si minus placet, longe satius erit certe cum Gemblac. legere: *sape nitent falluntque*. Vs. 872. Pro *miseratus* Cod. Parif. *miseretur*.

Vs. 875. *elusi*) Ita Impressi vetustiores. At Cod. Lipf. *effigi*. Non male. Uti enim *effusus* cachinnus, ita quoque *effusi* deplorant, pro *effuse*, quod non minus Latine quam eleganter dicitur.

Vs. 878. *tabe*) Cod. Parif. supra lineam, quasi pro varia lectione, *trabe*. Nihil vero hic mutandum.

Vs. 881. *iusta*) Codices omnes, *fata* i. e. *funera*, quod rescribendum. Sensus: *Publica funera sunt tumulis seu rogis accensis per omnes civitates*.

Vs. 882. *Qualis Erechtheos*) Cod. Parif. & Ed. Regiom. *Erichthonios*, Res eodem recidit, sive hoc sive illo pacto legas.

legas. *Erichthonius* rex Athenarum, qui Homero *Erechtheus*. Vide Iliad. II, 547. & ibi Schol. Fuit Erichthonius ille, qui primus quadrigis vectus, inter cælitum imagines a Jove relatus est Virg. Georg. III, 113. sq. Hvgin. Poët. Astronom. Lib. II. Fab. XIII. idque sub nomine *Henniochi*, quo de Noster supra vs. 369. sqq. Quoci-ca vellet nobis aurem versus Germanici, qui post egregiam operam a Cl. Schwarzio Poëmati navatam, alteram adhuc manum desiderare videtur. Est ille vs. 158. qui cum duobus antecedentibus ita vulgatus legitur:

Est etiam Aurigæ facies, sive Attide terra

Natus *Erichthonius*, qui primus *sub iuga duxit Quadrupedes* &c.

Cur, quæso, *quadrupedes*? Nimirum, ne quis forte putet, ante Erichthonium volucra jungi solita, aut pecoribus vectos homines fuisse, quæ quatuor plus minusve pedibus gaudebant. Quam inepte, & insipide! Neque vero *quadrupedes* simpliciter ac præcise notant equos: quod eadem notione boves etiam venire possunt. Quapropter legendum certissima emendatione, *Quadrijugos*. Hos enim diserte memorat Noster l. c. & Avienus in Phænom.

ille impiger autem

Pulcher Erichthonius *currus* & *quattuor* olim  
*Iunxit equos*.

Vs. 882. *populata colonos*) Hos *colonos* communiter accipiunt pro incolis *Athenarum*. Neque aliter visum Meursio hunc vs. excitanti in de Reg. Athen. Lib. II. cap. I. Per autem scite observavit doct. Vierschroot ex Polluc. Lib. VII. § 132. duo fuisse Athenis loca, *Coloni* dicta, quorum unus equestris, Neptuno sacer, alter juxta templum Ajacis, ubi mercenarii confluebant. Unus intra urbem, alter extra eandem situs erat. Vide Reines. Var. Lect. Lib. I. cap. XXV. Suidam præprimis & Schol. Aristoph. *Opus*. vs. 998. Apud Apollodor. Lib. III. Biblioth. vocatur *Colonus* Atticæ terræ populique locus, ubi Eumenidum lucus visitur. Quapropter omnino putamus, hoc loci scribendum esse, majuscula litera, *Colonos*, quo magis adpareat, illa Nostro loca potissimum indigitari. De his *Colonis* ex instituto egit, & multa hanc in rem concessit



congeffit Meurs. de Pop. Att. apud Gronov. Tom. IV.  
Thes. Antiq. Græc.

Vs. 883. *per funera pacis*) Memorat hanc pestem Thucyd. Lib. II. cap. IX. eamque graphice depingit Lucret. Lib. VI. extr. Ad quem Tanaq. Faber præsentem excitans locum, *neminem*, ait, *se vidisse, qui intelligeret illa funera pacis*. Quapropter tentavit, per funera pestis Athen. In quo quidem frustra est V. D. *Funera enim pacis* ea nobis, nec inepte forsan, intelliguntur, *quæ pacis tempore fiebant*, longe scilicet majori clade a peste, quam ab hoste vel furente accepta.

Vs. 884. *cum colla ruebant*) Jam vero supremis osculis locus non erat. Rescribendum ergo *fata*, quod Libri reclamant universi. *Unus in funus alterius cadebat*. Quid clarius? Lucret. l. c. vs. 1229. sqq.

ubi se quisque videbat

Implicitum morbo, morti damnatus ut esset,  
Deficiens animo, moesto cum corde jacebat  
*Funera respiciens, animam & mittebat ibidem.*  
Idque vel in primis *cumulabat funere funus &c.*

Vs. 886. *Cesserat officium morbis*) Scilicet metu contagiosi morbi *nemo fuit, qui agrotis assideret opemque præstaret*. Eo sensu hoc officium est apud Quinctil. Decl. VIII. Fortius feras inter assidentium manus, inter suorum officia labentes. Vs. 889. *vix* Cod. Paris. & Regiom. mutant *via*, recte ne an secus, quivis facile judicabit.

Vs. 890. *gaudentes clade*) Vetus & vera lectio: *lucentes sæpe*, quam nolim fuisse tentatam. Non enim dictum, *cometa sæpe lucent*, sed ita accipiendum: Cometæ lucentes significant sæpe talia, scil. sterilitatem agrorum, graves morbos, creberrima funera &c. Proinde sicuti Cicero *cometas magnarum calamitatum prænuntios* dixit, de Nat. Deor. Lib. II. c. V. ita Noster illarum *sæpe signum* affirmat esse *cometam*, causam autem minime; quippe quæ ab immodica tenuitate ac siccitate aëris, vel nullo cometa lucente, repetenda.

Vs. 896 *Externas*) Sic Codd. Gembl. & Lipf. Impressi autem Vetustiores juxta cum MS. Paris. *Extremas*, quod alteri non prætulerim. *Modo enim*, inquit Poëta, *per gentes externas, modo domi civiles motus cognatuque bella comeræ* significarunt. Quod si tamen *extremas* adfiscere lubet, accipiendum forte erit *de extremo bello*, quod Romani, ante quam hæc scripserat Auctor, gesserunt.

Vs. 899. *volitantia Lumina*) Dedit Auctor *minitantia*, cui fidem faciunt Libri universi, præter Lipf. qui mendose, *munitantia*.

Vs. 907. *implerunt agmine*) Nisi Codicum obstitet auctoritas, mallet hic, *sanguine*, propterea quod paulo ante vs. 898. Infecitque trium legionum *sanguine* campos; & statim sequitur

Vs. 908 sq. *Vixque etiam sicca arena lacerosq. (nefas) superastitit arctus*) Hoc *nefas*, invitis Codd. loco movit vocem *prius*, quam Scripti Editique omnes ferunt, quæque ad sensum recte constituendum omnino pertinet. *Vixque etiam*, inquit Auctor, *campi Philippenfes exsiccati erant sanguine* civium Romanorum per J. Cæsarem & Pompejum olim effuso, cum jam iterum miles Romanus in iisdem campis stetit, supra ossa & membra virorum *prius* i. e. *ante hoc tempus* lacerorum; ut jam iterum suo quoque sanguine campos eosdem madefaceret, pugnantibus inter se *Bruto & Cassio* ex una, & *Augusto, Antonio & Lepido* ex altera parte.

Vs. 913. *Dotali acie*) Scilicet propter Cleopatram, Ægypti reginam, cui Antonius ausus est *dotem* polliceri *imperium* Romanum. Huc respexit vetus Epigrammatista, apud Savaron. ad Sidon. Apollin. Carm. V. p. m. 68.

*Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo,  
Hinc Capitolino sistra minata Jovi.*

Vs. 914. *Alca*) Cod. Paris. & Regiom. *Prælia*. Mox, *quæsitus* *rector Olympi* Jovem signat Capitolinum, cujus præter Neptuni auxilium imploravere Romani, ut ipsis a femineo Cleopatraz jugo salvis ac liberis esse liceret. De hac, vocis *quæsitus*, notione nonnihil supra ad vs. 430.

Vs. 915.

Vs. 915. *cum Roma pendit*) Libri omnes, *cum pompa rependit*. Ubi *pompa* valet *victoria*, qua detrectatum Cleopatæ jugum *rependit*, i. e. retribuit. Sin alterum recipere malis, ordinem lic. pollis struere: *cum Roma pendit dubia*, sortita *semineum jugum*, quasi jactis fortibus, an sub Cleopatæ jugum cederet.

Vs. 916. *ipsa Ifiaco certarunt fulmina fistro*) Communis Interpretum sententia fert, *Martem & Bellonam* innui, *ipsa belli fulmina*, quæ pro utraque acie pugnabant. Conf. Virgil. *Æneid.* VIII, 700. sqq. Nobis autem illud *fulmina* est suspectum, nec immerito. Præterquam enim quod Virgil. l. c. non tantum *Martem & Bellonam*, verum etiam *Diras*, *Discordiam*, *Actium* denique *Apollinem* in aciem collocat, tum vero significantius Noster addit *ipsa fulm.* quibus sane absolute & præcise bina illa Numina designari, dubitamus, an testimonio satis idoneo probari possit. Quapropter videant harum periti rerum, an non satius foret, pro *fulmina* legere *flumina*, Nilus scilicet atque Tiberis, i. e. *Ægyptus & Italia*. Eadem sane stili venustate Propertius Lib. III, IX, 41. de Cleopatra scripsit

Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubin,  
Et Tiberim Nili cogere ferre minas.

Hoc est, de quo vel *ipsa flumina certarunt* quasi inter se, dum Antonium inter & Augustum de orbis imperio, populi que Romani libertate armis ageretur. *Ifiaco fistro* casu quoque tertio huic *certare* jungi Latine potest. Plin. I. Epist. VII, fin. accepisse me, ait, cariotas optimas, quæ nunc *ficis & boletis certandum habent*. Pro, *cum ficis & boletis*. *Isis* autem est Genius *Ægypti*, qui per *fistri* motum *Nili* accessus significat & recessus: Serv. ad *Æn.* VIII, 696.

Vs. 920. *fuerit*) MS. Paris. *fuerat*. Mox, pro *quiescant* Idem *quiescunt*.

Vs. 921. *adamanteis Discordia*) Alludit ad Jani templum, quod Augustus confecto Actiaco bello, tertia & ultima vice clausit. *Intus* erat *Discordia*, quæ, belli furor, catenis restricta fangebatur. Virgil. *Æneid.* I, 297. sqq.

Vs. 923. *sit Roma sub illo*) scil. *invidiâ*. Vel, *Romani*, inquit, *semper pareant Augusto*.

Vs. 924.

Vs. 924. *Cumque deum calo dederit*) Augustum nempe, coll. supra vs. 9. Qui non adulatorum stilo tantum, verum etiam in nummis antiquis *Deus* vocatur, quod omnium illi primo Romanorum Imperatorum accidit. Sed ne dictum dicere videamur, adi, si velis, Harduin. ad Plin. Hist. Nat. Lib. VII. cap. XLV. not. 36.



## NOTÆ SELECTÆ

IN

## ASTRONOM.

Librum II.

Vs. 2. *Et quinquaginta regum regemque patremque*) Is vero non alius quisquam est, nisi toties Homero laudatus ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων, qui communis Græciæ classis dux constitutus, *regum rex* salutatur Vellejo Hist. init. & Tullio IX ad Fam. XIV. Conf. Papin. infra cit. in nota versui 689. Libri IV. sub signo \* subjecta. Adde sis Salmas. Exerc. Plin. p. 1222. Quod addit Noster, *patremque*, princeps ille Vates reddidit ποιμένα λαῶν, quo quidem Nostro consimiliter adfectum notat paternum, qui reges præcipue decet ornatque.

Vs. 3. *Heḡoreamque facem*) Non profecto nihili prorsus est prisca Codicum MSS. lectio, quam retinere nec Regiomontanum puduit. Ea sic habet

*Heḡoreamque facit tutam subque Hēctore Trojam*

Solus Cod. Lipsiensis e recensione doctor. Duumvirorum tenet *Heḡoreumque*. Nos equidem non temere suspicari videmur, scriptum fuisse *berc* vel *bec eumque*, quæ quidem compendiarie & cum maxime ambigua scriptura vitiosæ lectioni locum fecit. Itaque rectius facturos se putarunt Viri docti, qui *Hēctoris* admissa voce, pro *facit* dererunt, *facem*. Magis ad rem ipsorum fecisset *Heḡoreasque faces*, siquidem id hoc loci cogitasset Manilius, quod infra

Lib.

Lib. V, 300. expressit, & Naso Epist. ex Ponto Lib. IV, VII, 41. sq,

Talis apud Trojam Danaïs pro navibus Ajax  
Dicitur *Hecloreas* sustinuisse *faces*.

Sed aliorum mentem Auctoris declinare visum est Barthio, qui per *facem* non *incendium* intelligi vult. sed *iram*, quam itidem *facis* vocabulo notavit Persius Sat. III, 116. sq.

Nunc *face* supposita fervercit sanguis, & *irâ*  
Scintillant oculi &c.

Quare cum Hecor internecina in Achillem ira fuisset animatus, maluit Vir summus legere, *Amoniamque facem*. Nimirum ut duo summi belli adversique sibi maxime principes de industria conjungerentur ab eo. qui summam tantæ obsidionis paucis complecti velit. Quod sane, inquit Ille, oppido frigide præstiterit, qui Achillis mentionem in epitoma Iliados omiserit, cum hujus principis bona pars *ira*, adeoque ipsum exordium est Iliadis, cujus argumentum Manilius recenset. In subsidium hujus conjecturæ, cui tamen non nihil diffidit, vocare potuisset V. D. luculenta Horatii verba Sat. I, VII, 11. sq. *inter*

*Heclorea Priamidem animosum atque inter Achillem*  
*Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors.*

Ille vero satis habuit accusare minus venustam unius nominis in eodem versu repetitionem, quæ tamen defendi posset altero exemplo Lib. IV, 45. ubi

Et Cinnam in Mario, *Mariumque* in Cæsare victum.

Itemque Ovidii Heroid. Epist. XIX, 163. — hoc vestis *Phryxo Phryxique* sorore &c. Hanc tamen causam equidem suscipere nolumus. Quin potius vestigiis præcæ scriptionis pressius insistentes, legendum putamus

*Herculem eumque facit* (,) tutam subque Hectore  
Trojam,

Unde satis, opinor, lucide adparet, hæc cum antecedentibus jungi debere, hoc modo: Divinus ille vates Homerus, qui ore sacro cecinit Iliacæ gentis certamina, Agamemnonem impensius celebrans, *facit* i. e. sistit vel fingit eum regem quinquaginta regum, patremque populorum,  
*eumque*

*eumque pro eundemque facit alterum quasi Herculem*, qui Trojam primum captam delevit: Iliad. V, 648. sqq. Ovid. Pont. IV. Epist. XVI, 19. Cecinit præterea *tutam sub Hectore*, dum viveret, *Trojam* &c. Malim vero pro *tutam* legere *domitam*, quod Nostro magis convenit, coll. Lib. I, 764, ubi omnium Codd. consensu legendum, *victamque* sub Hectore Trojam. *domitam* scripsit Ovidius l. m. c. Judicet nunc æquus lector, iste ne versus, an criminatione Bentleji obliterationis sit damnanda. Nos equidem non ingratum fecisse videmur manibus comptissimi Poætæ, cui genuinum sætum, absterfa, qua erat affectus, labe, restitimus. In quo quidem negotio eam videmur emendandi rationem iniisse, in qua probanda cum veræ scriptio- nis indicia, tum Veterum hac de re mythologia, denique nexus sententiæ & acumen amicissime conspirant. Neque est profecto, cur de significato quem isti *facit* tribuimus, disceptare nobiscum ex capite usus Latini possis. Stat in nostris partibus Plautus, cujus hæc sunt ipsissima verba Aulu. IV, 10, 46.

tum me faciat quod volt magnus Juppiter.

pro, de me faciat. Accedit Terent. Adelph. IV, I, 19.

Laudarier te audit libenter: facio te apud illum Deum.

Vs. 4. sq. *Erroremque ducis. Jactati pelago* &c.) Hæc tametsi satis apte cohærent, invitis tamen Codicibus sunt vulgata. Gemblac. & Paris. sic:

Erroremque ducis (,) totidem quot vicerat annis  
Instantem bello (,) geminata per agmina ponto &c.

Recte autem vidit Regiom. pro, *ponto* legendum esse *ponti*. Quo pacto constituta lectio tam est sana, quam quæ maxime. Navigationem enim decennalem Ulyssis Noster Odyssæam tangens, ipsius fere Homeri verbis, *errorem* dicit. Conf. Odyss. IX, 253. sq. & Virgil. Æneid. VI, 532. Quod addit, *instantem bello*, nil certe significat aliud, quam navigationem illam, quæ in exercitu versanti *imminebat*; fuisse continuo *urgentem*. Sic *imminendi* notione vocabulum illud Nostro venit Lib. IV, 22. & I, 872. Alteram, *urgendi* nimirum, sustinet Lib. I, 324. coll. V, 704. & apud Silium Lib. VII, 349:

*instat*

*instat* trepidis stimulatque recentes  
Navus abive timor &c.

Quorum ad instar Sidon. Apollinar. Carm. XXIII, 373.  
in ludo Circesi

*Instabant* alii manu atque voce.

Illa vero, *geminata per agmina ponti*, neminem nisi Poëtarum lectione minus excitatum offendere possunt. Prævit hac locutionis elegantia Virgilius Æneid. II, 782.

leni fluit *agmine* Tybris.

Ubi *agmen*, notante Servio, *impetum*, *fluxum* significat. Cujus imitatione Noster infra Lib. V, 580.

gravidus jam surgere *pontus*  
Cœperat, & longo fugiebant *agmine fluctus* &c.

Status pariter *agmina nimborum* memorat Theb. VII, 37. pro quo Rutilius vs. 540. dixit *grande volumen*. Jam ergo *geminata ponti agmina* quid aliud Nostro? nisi *fluctus maris solito turgidiores*, quibus Ulysses agitated est, præsertim ex quo ei diras imprecatus est Polyphemus: Odyss. IX, 528. sqq. coll. XIII, 341. sqq.

Vs. 7 sq. *patrium cui Gracia, septem dum dabat, eripuit*) Illa, *Gracia septem*, nullibi Librorum nostrorum leguntur. Veteris & veræ lectionis reliquias servant Cod. Paris. & Regiom. Ille: *patria quem jura petentem Dum dabat eripuit* (: ) Hic dedit, *patria atqui jura petentem Dum dabat eripuit*, ubi si legas *petenti*, quod ceteri tenent universi, nihil est certe, quod vel structionem verborum vel interpretationem impediat. *Atqui* i. e. verum, verum tamen, ( uti Lib. I, 282. not. ) Homerus eidem Ulyssi *petenti patria jura dum dabat, eripuit*, nempe dum illa exhibuit a procis occupata, neque consiliorum magis ope, quam armorum vi repetenda.

Vs. 8. *profusus*) Cod. Paris. & Regiom. *profuso*, quod nonnumquam valet *effuso*. Plaut. Curcul. I, II, 8.

Tu crocinum & casia es, tu bdellium: nam ubi  
Tu *profusus*, ibi ego me pervelim sepultam.

Os adeo *profusum* seu *effusum* erit, quod copiosissimum orationis flumen emittit, i. e. *facundissimum*, quale profecto fuit

fuit ceterorum os Poëtarum, unius Homeri. De quo præ ceteris audiendus Vellejus Lib. I. cap. V. pr. qui summæ ceteroquin brevitati studens, illum tamen Poëtarum facile principem prolixo, uti fas est, encomio prosequitur.

Vs. 14. *primos*) Cod. Paris. & Regiom. *primum*. Idem mox, pro *partus* legunt *corpus*.

Vs. 15. *Titansque senes*) Sic Cod. Paris. At Regiom. *Titans juvisse senes* &c. deletis mox *Jovis* &c., quæ tamen salvo sensu abesse non possunt. *Titans senes* Virgilio *genus antiquum terra*: Æneid. VI, 580.

Vs. 17. *Atque iterum patrio* &c.) Regiom. *patris*, eodem sensu. Bacchum dicit *iterum nascentem*, quod cum Semele, mater ejus, flagraret, in quam Jupiter fulmen contorserat, ille ex igne surreptus & Jovis femori insutus fuerit. Ita Noster ex Latinorum commentis Hesiodum recenset, cui nulla de femore patris mentio. Ovidius autem Metam. III, 310 sq. de Baccho:

Imperfectus adhuc infans genetricis ab alvo  
Eripitur: *patrioque tener*, (si credere dignum est)  
*insuitur femori*, maternaque tempora complet.

Vs. 18. *volitantia Numina mundo*) Quænam hæc *Numina*? Ecquis illa dixit *volitantia mundo immensa*, i. e. in cælo se moventia? Atqui Noster sic de jugis Chelarum Lib. I, 609. de motu Lunæ & stellarum, ibid. v. 200. Quapropter malim cum Regiom. *lumina*. Cod. Paris. longe disertius, *sidera*. Præter enim ea quæ Hesiodus sparsim de inlustrioribus sideribus præcepit, refertur etiam inter Scripta ejus deperdita *Ἀστρονομία μεγάλη* sive *Ἀσρικὴ*, *κύκλος*. Vide Fabricii Biblioth. Græc. Lib. II. c. VIII. §. XVII. Quod quidem Nostro hoc loci memorari videtur.

Vs. 19. *legesque novandi*) Codex Gemblac. *notavit*, quod miror Scaligero ceterisque Interpretibus repudiatum. Cod. Lips. *rogavit*. MS. Paris. & Editi Vetusiores *rogavit*, quod omnino Latinum, nec insuetum Nostro, sed non isto sensu. Neque *cultui militiaque*, sed *legibus* illa vox aptari commode potest.

Vs. 20.



Vs. 20. *Militiamque soli*) Non id est, quod modo dixit, *raris cultus*: sed *militiam* dicit eleganti translatione *studium*, *laborem*, arduum licet non tamen ingratum, *soli* scil. inculti vertendi & subigendi. Eadem locutionis venustate usus est infra Lib. IV, 145. *Militiam indicit terris*, coll. not.

Vs. 21. *quod Pallas utrumque*) Minervam oleæ inventricem Poëtarum passim celebrant. Virgil. Georg. I, 19. Rutil. I, 73. Unde *Palladia arbor* audit Silio Lib. I, 238. Hesiodus autem de olea nihil prorsus. Nec ullus, quod sciam, Poëtarum, nedum prosæ Scriptorum, Palladem pro olea posuit. Reponendum ergo auctoritate Codicum omnium, *quod Bacchus utrumque*. Auctore vero Columella, *Olea neque depressa loca neque ardua, magisque* (pro, *sed magis*) *modicos clivos amat*; quales in Italia Sabinorum vel tota provincia Boetica videmus: de Re Rust. Lib. V. cap. VIII.

Vs. 28. *Persea & Andromeden pœna*) Rectius in MSS. & Editis vetustioribus, *Persei* (Lips. *Perfi*) & *Andromeda pœnas* scil. *tulere*, uti quæ sequuntur *matrem dolentem, natam, cynosuram* &c.

Vs. 29. *Solantemque*) Cod. Paris. *Solventem patrem* (:)  
Ceteri omnes, uti recte Scaliger, *solventemque* scil. *pœnas*. Phras. Lucretiana Lib. V, 1224.

*Pœnarum grave sit solvendi tempus adactum.*

Convenit hæc interpretatio Astrothesiæ, quam Noster supra tradidit Lib. I, 361. sq.

*Cepheusque & Cassiopeia*

*In pœnas signata suas &c.*

*raptuque*) Repone ex Cod. Paris. & Regiom. *raptantque* *Lycaone natam*, i. e. *Callistum*. Vide Not. ad Lib. I, 218 & Hygin. ibi citatum.

Vs. 32. *nepam*) i. e. *Scorpionem*. Noster iterum IV, 229 & 356. De *nepa* Nonius Marcellinus h. v. *Ufus* & Cicero de Finib. Lib. V. cap. XV, 42. pr.

Vs. 39. *ritus pastorum*) Non debuit mutari vetus Codd. lectio, *pecorum ritus*, i. e. *vitam* & *visum*. Claudian. VI. Honor. v. 125.

R

An

An jura perofus

Ad priscos *pecudum* damnaret *secula ritus*.

Vs. 42. *Rura ferit dulces*) Distinguit Regionem sic, *Rura ferit* (:) pro quo, *sonat* Cod. Paris. *In antra*) Cod. Paris. cum Lips. & Editi omnes, *in auras*. Id est, non in silvis suam coërcuit Musam; sed aliquando eam eduxit *in apertos campos*, & in res non silvestres canendas. *Antra*, pastorum domicilia. Quo sensu locum hic servare potest. Vide Virgil. Ecl. I, 76. & Nannii Miscell. Syll. V. cap. II.

Vs. 43. *Ecce alius pictas volucres*) Æmilius Maces *Οἰδογούλας* scripsit, quam hic tangit Manilius. Ovid meminuit Trist. Lib. IV. Eleg. IX. Et Lib. II. de Ponto, Epist. X. ad ipsum Macrum.

*Ac sacra ferarum*) Retinendum, *bella ferarum*. Cod. Paris. & *bella ferarum*. Sic infra IV, 224. Innuit Gratium, qui illis temporibus *κυνέλινα* scripsit.

Vs. 44 sq. *Ille veneratos angues &c.*) Et hæc Æmiliam Macrum spectant, qui Theriaca & Botanica Augusti ævo conscripsit.

*gramina & herbas.*) Cod. Paris. & Editi nostri disertius: *nata per herbas* Fata, i. e. mortes, refert &c. *vitamque* non prætulim huic *vitamque*, quod iidem tenent: *pestiferas* enim & *salutiferas herbas*, non, unum vel alterum genus refert. Cf. supr. ad Lib. I. v. 482.

Vs. 46 sq. *tenebris immersum Tartaron atris In lucem de nocte vocant*) Legitur *atra nox*, non item *atra tenebra*, quæ Nostro & aliis Poëtis elegantius *cacæ* dicuntur. Itaque non inepte Vossius ad Valer. Flacc. Lib. IV, 258, ex vestigiis Gemblacensis correxit: *atrâ In lucem de nocte vocant* &c. Per *Tartaron* ipsam Plutonem Ille intelligit & Nostri verba de raptu Proserpinæ interpretatur. Codd. autem Paris. Lips. & Editi Veteres hanc referunt scriptionem:

Quin etiam *tenebris immensum Tartara natum*

In lucem de nocte vocant &c.

Quibus innui puto, qui *ταρταράνα* scripserunt, docueruntque, quemadmodum *immenjam Tartara* i. e. infernum.

f. Dze.

¶ *ſ. Dæmones in lucem vocare quis poſſit.* De loco inferni hic ſermonem eſſe (per metonymiam continentis pro contento) ſequentia, orbemque *reſolvunt interius verſum*, luculentius declarant. *Tartara* autem quartus eſt Caſus, græca terminatione poëtice formatus. Hos peramat Noſter, uti videre eſt in *lampadas* Lib. I, 844. *elephanta* V, 704. Hunc *Tartara* dicit *tenebris natum* i. e. deſtinatum, aptum: quo ſenſu, foro & multitudini *natam* eloquentiam, dixit Cicerò Brut. cap. LXXXII, fin.

Vs. 52. *ad nota ruentem*) Sic quidem Gembl. cui conſentire Lipſ. videtur. At Cod. Pariſ. Regiom. Rom. Ald. *ad ſacra ruentem*, quod a mente Manilii minime eſt alienum. His enim tribus verſibus non leviter perſtringit ſeculi ſui morem, quo factum, ut multi egeſtate compulſi, in poëtica arte aliquid auderent. Nam, inquit Petronius cap. CXVIII. pr. *ut quiſque verſum pedibus inſtruxit*, ſenſumque teneriorem verborum ambitu intexuit, *putavit ſe continuo in Heliconem veniſſe*. Hinc illa *turbâ ruens ad ſacra vatum*, ad Heliconem Muſarumque templa, ubi carmina offerri ſolebant. Conſer Noſtrum ſupra Lib. I, 4. ſqq.

Vs. 55. *durato ore volucres*) Et hæc figurate in poëtaſtros illos dicta, quos itidem cum avibus comparat Perſius in prologo, quæ natura ſua humanæ vocis ignaræ, arte tamen eo perducuntur, ut noſtra verba conentur.

Vs. 57. *nulli vatum debemus orſa*) Rectius omnino Cod. Lipſ. cum Pariſ. & Edit. Regiom. ora, quo ſe diſertius ab illis avibus ſegregat, de quibus modo dictum vs. 55.

Vs. 58 ſp. *Nec furtum ſed opus venit*) De plagio ſe purgat literario: proprium opus daturus, tanquam ſux operæ finitum. Sic de voce opus Perott. col. 96. fin. De plagio Poëtarum, Nannius l. c. cap. XI. *Solo curra*) i. e. nemine: nos ducente vel comitante Cf. Noſtrum infra vs. 138. ſq

Vs. 59 *in campum*) Bene, ſi Bæcolica aut Georgica ſcribere in animo Poëta habuiſſet. At conſtitutum ipſi *ire per ipſum aëra* Lib. I, 13. Legendum itaque *in calum*, ſuffragantibus Libris univerſis. Cf. Noſtrum infra vs. 141, coll. not. Avienus 7. 3. *Imus in aſtra* Jovis monitu.

R 2

propria

*propria rate*) Sic Cod. Lips. pariter ac Paris. & Editi nostri omnes. Non incongruum est *priva*, quod ex Gemblac. recepit Scaliger, probatum Burmanno quoque ad Ovid. Metam. IX, 20.

Vs. 60. *naturam tacita mente potentem*) Codd. MS. & Vulgati omnes, *natura potentem*. Horatius de Venere: Sic te Diva *potens* Cypri. Et Carmine Seculari: Phœbe, *si vanaeque potens* Diana. Eadem dicitur Virgo *memorum potens* Stat. Theb. IX, 608. Catullo, montium *Domina*. Itaque canenturus Noster est deum, qui *tacita mente* i. e. secreta consiliorum ratione *natura dominatur*. Non est enim *natura deorum prapotens*: Cicero ait de Nat. Deor. L. II. c. XXX. Cf. Nostr. Lib. I, 250. sq.

Vs. 69. *mundi censum*) Codd. Paris. cum Lips. & Editi nostri *sensus* mundi, i. e. mundum sensu præditum, quem & Tullius adduxit. Vide supra Lib. I, 12. not.

Vs. 72. *Nec vaga*) Lege ex Libris nostris & *sua* dispos. Non enim Planetæ modo verum etiam cetera sidera statomotu cursuque feruntur. Vide Macrobi. supra ad Lib. I, 63.

Vs. 73. *Noxæ*) Cod. Paris. *Noxque. alterna* i. e. alternans vel alternatim *diem fugeret rurs. fugaret*. Pari sermonis *veritate* Sidon. Apollin. Carm. IX, 113.

Cum post has epulas repente flexis  
Titan curribus occidens, ad ortum  
Convivam *fugeret*, diem *fugaret*.

Vs. 77. *Par semper partes* &c.) Hæc minus salve feruntur sensu. Multo sanior tantoque verior lectio Cod. Lips. & Edit. Regiom. *Pars semper partis æq. dig. par*.

Vs. 78. *nec sideres orbis*) Lectum quoque in Lips. *orbis*, sed ab altera manu correctum. Cod. Paris. Editi uetustissimi constanter, *nec sidera nobis* sc. iusto majus minuve volarent.

Vs. 83. *Ducit ab æthereis*) Cod. Paris. & Editus Regiom. *æthereis*. Vs. 84. *pro condit* lidem Libri *cogit*. Paris. *sum. mota pro subm*.

Vs. 85. *vitas ac fata ministrant.* ) Cod. Paris. & Regiom. qui præced. vs. legunt *cogit pro comdis*, hic quoque melius Lipsiensis: *vitamque ac fata ministrant.* Cogit nempe, sive deus sive ratio. *Ministrant* ætherea signa, nisi legere hic *malis æterna*, ex Cod. Paris. & Lips. ac Edit. Regiom. sed *sentiri tamen est sentitur*, vel *potest tamen sentiri*, ut *sidera vitam & fata & inclinationes artesque hominibus infundant.*

Vs. 87. *Nec nimis* ) Cod. MS. & Libri omnes, *Nec minus* est quær. fid. Mox, *sic temperat arva. & hoc sic in ceteris.*

Vs 89 sqq. *Si pontum* ) Ex Libris nostris hos versus ita refingimus: *Sic pontum - pelagi - sidera - diviso. Cælum, inquit Manilius, pontum movet, & modo terris superfundis illud, modo retrahit.* Cælum ergo æstus maris facit. Quomodo? Luna scilicet id præstat, cujus sidus modo in ortus movetur, & pontum tenet, modo contrario recessu stimula mergitur. Sic igitur legendum:

Atque hinc seditio: pelagus nunc *sidera* lunæ  
Mota tenent: nunc diverso stimula recessu,

*Mota sidera luna* vocat, quum incrementis ad plenilunium movetur ab ortu suo. *Pelagus* pro horizonte posuit, ut Lib. V, 219.

Nascentem si quem *pelagi* perstrinxerit *unda.*

Ergo *sidera luna* mota pelagus tenent, quæ supra horizontem moventur, & attolluntur. Qui sequitur versus manifeste etiam ad Lunam referendus:

Nunc anni spatio Phœbum comitata volantem. Etenim per duodecim mensium spatia Solem annuo cursu volantem consequitur. Plinius de Luna: Haud scio, an omnium quæ in cælo prænosci potuerunt magistra in duodecim mensium spatia oportere dividi annum, quando ipsa toties solem redeuntem ad principia consequitur.

Vs. 93. *Si submersa* ) Cod. Paris. & Regiom. *Sic submersa.* Ille *summersa* fret.

Vs. 95 sq. *Et tua damna &c.* ) Bene habet Vetus Editorum lectio:

Et cum *damna tuas imitantur*, Delia vires,  
Cod. vero Paris. Et cum *damnata tuas &c. i. e.* Quando tua decremента, o Luna, paria sunt incrementis, Conf.  
R 3 not.

not. ad Lib. III, 287. & Savaron. ad Sidon. Apoll. Carm. XV. p. 148. qui veterem ibi lectionem expressit.

Tu quoque fraternis *sic reddis cornibus ora*,

i. e. similiter tu ipsa præbes nobis vultus tuos secundum aspectus, quos recipis a fratre.

Vs. 97. *reliquit*) Cod. Parif. *relinquit*. Vs. 98. *refers*) Cod. Parif. addit (:) Regiom. *refert*. Mox, pro *constas* Parif. superne, *constans*. Vs. 102. *Es sidera* Cod. Parif. *ad sid*.

Vs. 106. *Cui xenium natura dedit*) Cur, quæso, *xenium*? Ecquid a natura habemus, quod *xenii* nomine dedit? Videtur mutationis inconvenientiam. Optime vero habet vetus & genuina lectio, quam ex Libris nostris sic restituimus

*Eximiam natura dedit linguamque capaxque  
Ingenium, volucremque animum* (.)

*Quis enim*, inquit, *de præstantia hominis dubitare unquam potest?* cum *natura* ei *dedit* *eximiam linguam* &c. Interrogationis autem nota non hic tantum delenda, verum etiam vs. seq. cujus intellectum mox ad vs. 115. explanatum dabimus.

Vs. 109. *quarum haut permiffa facultas*) Illud *haut* incommode prorsus venit. Qui enim non gaudeat homo facultate artium addiscendarum, cui natura capax ingenium dedit? Rescribendum ex nostris Codd. MS. pariter ac Vulg.

*quarum est permiffa facultas.*

Cod. Parif. & Regiom. non adeo male, *voluntas*.

Vs. 110. *Infidas adeo*) Ita omnino legendum; non, *in fidos* quod vitiose fertur in Cod. Lipf. & Editis nostris, præter unum Regiom. Quemadmodum autem Lucret. II, 557, *mare dixit infidum*, Rutil. vs. 42, *incertum*: ita h. l. *artes audiunt infida*, quod illæ multo & assiduo labore comparatæ, *spem sapius fiduciamque fallunt, quin vel exercitatos quoque perdunt*. Quod quidem de illis artibus intelligendum, quæ, ut Tullii verbis exponam, conjectura continentur, & sunt opinabiles. *An*, inquit ille, *medicina ars* non putanda est? quam tamen *multa fallunt*. *Quid? gubernatores nonne falluntur?* de Divin. Lib. I. cap. XIV. pr. Vs. 112.

Vs. 112. *Quod patet auctoris summam* &c. ) Gembl. & Lipf. *auctores summa*. Parif. Regiom. cum ceteris: *auctores humani corporis esse*. In his nihil omnino saporis. Mirum autem, quorsum viderint tot oculati homines, qui bonam Bonincontrii lectionem repudiarent

*Quod patet auctoris summi, non corporis, esse.*

Hæc enim sensum fundit minime ineptum & ceteris optime convenientem. Dixerat ante Manilius, *nihil esse aequali sub lege tributum*. Quibus perquam scite ac commode subjicit: *Quod patet* i. e. Et hoc ipsum, nempe inæqualis illa distributio, constat, *esse Auctoris summi* scil. opus, non corporis sive materiæ. Vs 113. *quod* &c. ) Delent hoc & MS. Parif. & Vulg. Regiom

Vs. 115. *sq. Quis cælum posset* &c. ) Longe præstantior veterum Codd. lectio, quæ licet non nihil implicata, sententiæ tamen Manilianæ majestatem ac sanctitatem longe uberius prodit ac illa, quam ad nutum Gronovii (Observ. p. 102. ) vulgavit Bentlejus. Vetus sic habet:

*Quis cælum possit, nisi cæli munera nosset,  
Et reperire deum, nisi quis pars ipsa deorum est?*

Jam enim nemo non videt, hoc *reperire*, quod cum *reperire* nequid, ad utrumque membrum pertinere. Porro, vox illa non semper id est, quod *invenire*; neque sic ab hoc differt, ut *illud casu, hoc consilio fiat*, in quo quidem falsus est Valla Eleg. L. L. V, 2. Sed *reperire* etiam valet *parare*, cujus cognatum, hac quidem notione, est *parere*, ex quo hoc *reperire* compositum. Sic Virgil. de Xantho fluvio: *Nec reperire viam*. . . Æn. V, 807. Tullius 5. Verr. *Mihimet via reperienda est*. Sallust. *Gratiam ab eo reperere sibi*. Terent. Heaut. I, 1, 60. *gloriam armis belli repperi*. Itaque Manilio is dicitur *reperire cælum* &c. deum, qui comparandæ sibi notitiæ cæli dei que satagit. Unde sensus verborum: *Quis poterit sibi comparare notitiam cæli, veram scil. atque perfectam, nisi quoque nosset munera cæli*, i. e. cælestia vel divina beneficia in ipsum collata? *Et quis poterit digna gaudere notitia dei, nisi cui persuasum, se quæ animum esse ipsam partem dei?* Noster infra IV, 876:

*Respiciamus cælum: cur non &c munera cæli?*

R 4

(Ita

(Ita enim ibi legendum) Et Tullius de Nat. Deor. Lib. II. c. LVI. Ad hanc, inquit, providentiam naturæ tam diligentem tamque sollertem adjungi multa possunt, e quibus intelligatur, *quanta res hominibus a deo, quamque eximia, tributa sunt*: qui primum eos humo excitatos, cellos & erectos constituit, *ut deorum cognitionem calum intuentes capere possent*. Ad posteriorem sententiam Idem præclare, quemadmodum cetera, de Divinat. Lib. I. *A natura divina haustos animos & delibatos habemus*: & Tusc. Lib. V. *Humanus animus decerptus ex mente divina*. Et Noster dixit supra vs. 108: Homo dum agnoscere cupit deum, *se deus, qui in homine habitat, ipse requirit*. Ita sane intelligitur, nihil divinius, & vel homine christiano dignius, a Manilio, quasi quodam Poëtarum deo, cogitari potuisse.

Vs. 117. *Quisve*) Cod. Paris. & Regiom. *Atque banc convexi Paris. connexi*. frequens hæc confusio. *potentis Idem Cod. parentis*.

Vs. 120. *Ac terras caloque fretum*) Versus satis Latine scriptus &, si communi Codicum consensu standum, e Manilii manu profectus: Malim, dedisset

*Atque fretum & terras calo*, subjectaque utrisque

His autem, *utrisque subjectis*, innuere videtur Australem orbis partem. Conf. not. ad Lib. I, 384.

Vs. 121. *Cernere*) Est, *meditatione cognoscere, judicioque penetrare*. Vide Non. Marcell. h. v. *Pro posset* Cod. Paris. & Ed. Regiom. *possit*.

Vs. 122. *Ni tacitos animi stimulos*) Magis se nobis probat lectio Cod. Paris. & Lips. *Ni tantos animi oculos*. Editi præstantiores: *tant. animis ocul.* Locutio Græcis quoque Scriptoribus usitata. Jamblichus: *ἵνα περιεµπλησθῶσι τῆς ψυχῆς*. Apulejus Lib. de Mundo, pr. Facillime, ea de quibus origo ejus est, *anima, divinis oculis suis aspexit*. *Oculos* eleganter *duces* vocat Rutil. Lib. I, 191.

Quaque *duces oculi* grata regione fruuntur,

Dum se, quod cupiunt, cernere posse putant.

Quos frustra Barth. ad loc. putat *oculos esse mentis*, cum vel parum oculatis adpareat, loqui Poëtam *de oculis corporis*,



poris, qui alteros vario afficiunt modo, & illos quandoque ad nutum quasi regere suum videntur.

Vs. 123. *Cognatamque sua mentem*) Gembl. & Lips. *sui*. Paris. MS. & Regiom. cum ceteris, *sibi*. Mox, Editi nostri, *ipsam* pro *ipsam*, quod huic præferre nolim. Cod. Paris. *ad ipsam*.

Vs. 128. *captum deducere in orbem*) Regiom. cum Cod. Paris. rectius, *captam deducere in urbem*. Cf. Nostr. Lib. I, 28 sqq.

Vs. 129. *Sed ne circuitu &c.*) Idem Cod. & cum eo Regiom. legit *nec i. e. nequidem* longo circuitu *opus est*, quo manifesta probentur, dum ipsa &c.

Vs. 130.) *Ipsa fides*) i. e. ipsa experientia, vel ipsum testimonium, aut rationes & argumenta quæ pollicetur.

Vs. 132. *Arte secunda tradita*) Gembl. & Lips. *Rite secunda-ac-credita* &c. MS. Paris. Regiom. & Editi ceteri: *Rite secunda* via est, *ac veris credita* causis. Hæc nulli bono; nisi quod veræ scriptionis vestigia subobscore commonstrant. *Secunda via*, recte omnino habet. Sic enim Virgil. *Æneid.* VI, 899. *Ille viam secat ad naves*. Et concinit Nostro Euripides Phœniss. ipso carminis principio, ubi Jocasta ad Solem:

ὦ τὴν ἐν ἄστροις ἡγεῖν τήμων ἰδὼ.

Sed quid dabimus huic *credita*, quocum mediante vocula *ac* copulari possit? Lege & emenda:

*Certa secunda* via est, *ac veris credita* causis.

Suggestit hoc *certa* luculentus Senecæ locus de Benef. Lib. VI. cap. XV. *Quod tu*, inquit, *pretium ponis trajicienti maria*, & per medios fluctus, cum e terra conspectus recessit, certam secanti viam, & prospicienti futuras tempestates? &c. Vs. 133. pro datur Cod. Paris. & Regiom. *datus*. Vs. 136. *cum ad fidera*) Paris. *delet ad*.

Vs. 137. *nec in terram, nec turba* &c.) Rescribe ex Codd. omnibus:

*nec in turbam, nec turbæ carmina condam.*

R 6

26

*in turbam* i. e. in eam Poëtarum multitudinem, qui de fontibus Homeri suos rivulos in carmina duxerunt, variisque aliis de rebus carmina scripserunt supra vs. 52. *turbæ carmina* Genitivo casu accipiendum sic: Non, *carmina condam*, qualia sunt illius proletriorum Poëtarum *turbæ*. Repetit adeo, quod supra vs. 57. de se affirmavit:

*nulli vaturn debebimus ora.*

Vs. 139. *verbere agam currus*) Cod. Paris. Verbero tam cursus, quæ rectissime dedit Regiom. *Verbero jam currus*, id est, *equos currui junctos*. Metaphora a bigis Circensibus. Quemadmodum Statius in certamine curuli Theb. VI, 460.

*Nec jam sufficiunt stimuli, non verbera.*

Vs. 140. *Nec per iter*) Sic omnino legendum. Non, *paviter*, quod supra quoque Lib I, 583. emendationi locum fecit. Ordo & sensus: *Nec per iter commune*, duobus vicinis regentibus actus socios. Pro, *regentibus*, Cod. Paris. Lips. & Editi Vetust. *gerentibus*: non male. A servitutibus rusticorum prædiorum *iter* & *actus*. Alludit itaque Poëta ad eas vias, quæ mutuos gerunt actus. Varro de L. L. Lib. IV. p. m. 10. *Ager*, quod agi poterat; sic, quæ agi (sc. poterat) *Actus*. Ejus finis minimus constitutus in latitudinem pedes quatuor, quod ea quadrupes agitur &c. Mox Idem: Ut quo (lege iterum, *qua*) agebant, *Actus*: sic qua *vehebant*, *Via* dictæ. Quo fructus *convehebant*, *Villa*. qua ibant, ab itu *Iter* appellarunt.

Vs. 141. *Sed calo noscenda canam*) i. e. Non *agam currus*, quo alii, *sed per ipsum calum*. Post, pro *mirantibus* in Cod. Lips. *gyrantibus*, ab altera manu scriptum. Vs 147. *diversa*) Cod. Paris. *adversa*.

Vs. 151 *Nominibus*) Vetus & proba lectio, *Carminibus* i. e. versibus nostris.

*mascula sex sunt*) Nempe: *Aries*, *Gemini*, *Leo*, *Libra*, *Sagittarius*, *Aquarius*.

Vs. 152. *Diversi totidem generis* &c.) Nimirum femininæ generis putantur esse, quorum primus s. *princeps*, *Taurus*, *Cancer*,

*Cancer, Virgo, Scorpius, Capricornus, Pisces.* Divisionis hujus rationes tradit Jovian. Pontan. de Reb. cælest. Lib. I. cap. IV.

Vs. 153. *aversos in artus*) Male Cod. Paris. *adversus*. Ceteri legunt *aversus in arcum*. Recte. *in arcum* etiam Paris. MS. agnoscit. Taurus surgit *aversus*, posterioribus scilicet, non anterioribus. Et surgit *in arcum*, seu *incurvatus*, quod figura ejus demonstrat in Globo Astronom. Cf. dicta ad Lib. I, 264. sq.

Vs. 154. *Alternant secus*) Codices & Libri omnes, *genus*; quod ut restituamus, sententiæ ratio omnino suadet. *Sunt sex diversi generis*, quæ cum ceteris *genus alternatim* variant; ita quidem, ut *Aries* masculinum Signum, *Taurus* femininum sit; *Gemini*, masc. *Cancer*, fem. & sic per cetera.

Vs. 157. *quadam signanda &c.*) Libri universi, *qua jam* sign. ut sensus sit: Et de his Signis, quorum variæ divisiones hætenus expositæ, probe tenenda *qua jam singulatim* dicturi sumus. Sunt enim alia

*propria qua forte feruntur*) i. e. quæ non conjuncta, sed unica & simplici forma, suoque habitu & positura gaudent. Perperam *forte* in Editis Vetusis, uti supra observatum Lib. I, 501. Cf. mox vs. 186. Cod. Paris. luculentius expressit *forte*. Vs. 161. pro *quis* Idem Cod. & Regiom. *qua*. Vs. 164. *meant* lidem leg. *manent*, vs. 165. *versum* pro *versis* laudati Libri tenent.

Vs. 166. *positura*) Rescribendum ex Scriptis & Vulgatis Codd. *natura*; nam de positura modo dictum, quod sint *in contraria versis*.

Vs. 167. sq. *toto gaudentia censu Signa meant*) Cod. Paris. & Regiom. *calo*, quo nihil h. l. ineptius. Gemblac. legente Scalig. & Lipf. Codd. *censu*. Rectissime. *Census* enim dicitur, quicquid rei aut fortunarum est, uti sæpius apud Nostrium. *Totus igitur census* Signorum Biformium sunt omnia & singula membra integra, quibus constant, & quæ sunt quasi eorum res & fortuna. Pro *meant* Libri nostri *manent*, quemadmodum supra quoque vs. 164. Sed præstat

præstat alterum quod dedit Gemblac. Sic Noster Lib. V, 449:

Sed regione *means* Cepheus humentis Aquari.

Vs. 168. *nihil exterius mirantur in ipsis*) pro, *in se ipsis*. Manilianum. Verba sonant id quod dicimus, *nihil alieni habent*.

Vs. 169. *Amissumve dolent*) Nescio, cui bono sit lectio Cod. Lips. *Admissumve dolens*. Dicit enim Auctor, signa illa, quæ nihil exterius habent, *non esse dimidiata*: ut Centaurus, qui est semiferus homo, & semihomo fera. Neque totus homo, neque tota fera. Cod. Paris. *Amisf. dolent* (.) quod quæd. deletum *sunt*. Regiom. quædam *sed* parte recisa, sc. dolent.

Vs. 171. *Ut Capricornus &c.*) Sic vulgavit Scaliger ex Gemblac. cui Paris. adstipulatur. Metri autem ratio MSti Lips. nostrorumque Librorum lectionem reclamatur: Utque capricorn *&* *hic* non leguntur in MS. Paris. cujus hiatus h. l. alteram manum desiderat. Pro *intent*. Idem Cod. simpliciter *tentum*.

Vs. 172. *Junctus equo*) Vide not. ad Lib. I, 270, *pars huius* sc. Sagittario, *sed nulla priori* vel, si mavis, quod habent Cod. Paris. & Ed. Regiom. *prioris*, sc. Capricorni.

Vs. 173. *alta in arte*) Cod. Paris. & Regiom. rectissime, *in arce* i. e. Zodiaco, seu ejusdem Signis. Confer Nost. supra Lib. I, 262. Pro *servandum* est, Cod. Paris. *servanda*.

Vs. 174. *Distat enim, gemina-duplane figura*) Libri nostri, *duplace*. Sensus: Multum enim interest, an biformia Signa constent *hina* sed integra; an *duplici* sed non integra natura. *Hujus forme* sunt Sagittarius & Capricornus: *illius* sunt Gemini & Pisces. Itaque discrimen hoc ponit Poëta inter *geminum & duplum*, quod *illud* designet duas naturas ac formas in duplici corpore: *boc* vero duplicem formam ac naturam in uno corpore.

Vs. 175 sqq. Confer huc Jul. Pontederæ Epist. de Astro. nom. Manil. § IV.

Vs. 176.

Vs. 176. *Et facie ☿ ratione duplex* ) Malim adhuc sequi Regiom. quo nemo rectius : *Hoc faciet ratio duplex ( : )* Scilicet, ut Virgo biformibus Signis accenseatur, duplex illa, quam sustinet, *temporis ratio* efficit. Vs. 177. pro *utrimque* Cod. Paris. & Regiom. *uterque*. Vs. 181. *per fid.* Idem, *sub fid.* Vs. 182. *E gem.* Ibid. *Et geminus*. Mox, pro *veris* habet *uterque Liber vires*. Sic etiam vs. 185, quod non admittendum.

Vs. 185. sq. *Ille senescentis veris ☿c.* ) Hæc melius sic distinxis cum Edit. Rom. & Pruckn. quibuscum cf. Jul. Ponteder. l. m. cit.

*Ille senescentis veris subeuntis (, )* at ille  
*Ætatis pars est primæ ( : ) fors ultima parti.*

*Senescentis veris subeuntis* i. e. cum ver incipit senescere, vel extremi veris, quod aliis dicitur *præceps*. Nam, uti notat Servius ad Georg. l, 43. anni quatuor sunt tempora, divisa in ternos menses, qui ipsorum temporum talem faciunt discretionem: ut priore mense *Ver novum* dicatur; secundo, *adulturn*; tertio, *præceps*. Sicut etiam Sallustius dicit, *nova ætas, adulta, præceps*. Quod sequitur, *fors ultima parti* vel levi correctione sanari posse videtur. Lege, *fors utraque parti* sc. datur, non toti Signo, Cod. Paris. nescio quo sensu, hæc:

*Ætatis pars est primæ fors altera parti.*

Vs. 187. *Quin etiam* ) Codd. Gemb., & Lipf. *Nec jam*. Sed Paris. & Editi Vetust. *Nec non* Arcit. quod nolim mutatum. *Nec non* legit quoque Pontedera Epist. cit. §. IV.

*sub ipso* ) Notante Servio ad Æneid. V, 323. idem est ac *post ipsum, juxta ipsum*. Cui recte omnino subjicitur:

Vs. 188. *Premistis* ) *Non præmittit*. Illud Editi nostri omnes agnoscunt.

Vs. 190. sq. *Materiamque hominis: fera ☿c.* ) Lege & distingue cum Regiom.

*Materiamque hominis fert (.)* tergo membra rigentem  
*Excipiunt hiemem &c.*

Illud *fert* Edit. Rom. & Pruckn. etiam agnoscunt.

Vs. 191.

Vs. 191. *mittuntque* ) Regiom. *jam nunc*. Rom. & Pruckn. *mittunt*. Cod. Lips. *nunciamque*. Vossianus, obfervante Bentlejo, *nuntiantque*. Parif. proxime vero, *nunc jamque*. Salmafius de ann. clim. pag. 329. mutavit, *nova dantque in temp*. Quam quidem novam lectionem fubftituit & explicat per translationem a certaminibus corforiis, ubi *dato figno*, & repagulo remoto, in fpatium fe dabant curfores. Quodfi retinere malis, *mittuntque*, quod ceteris longiffime præftat, idem erit ac, *promoveant & fufficiunt* hoc Sagittarii fignum in duo diverfa tempora, hiemem & autumnum.

Vs. 193. *Bina dicant* ) Sic Gemblac. At Parif. *ducunt*. Regiom. *dabunt*. Rom. & Pruckn. *ferunt*, i. e. duo tempora portant & fibi vindicant. Sic quoque Ponted. l. c. qui rectius diftinguit, *mittit duo* (,) tempora pifces Bina ferunt (,) *hiemem claudit* (,) ver inchoat alter. Vugatum *hic claud*. Libri noftri non agnofcunt.

Vs. 195. *Hiberni coeunt &c.* ) Magis probanda Regiom. lectio:

*Hibernis coeunt quom verni roboris imbres*

*Hibernis*, Dativus. *quom* pro quando. *verni roboris*, *quafi veris adulti*. Vide iterum Servium ad vs. 185. citatum. *Flumina verna* dixit imbres illos Q. Tullius hoc verfu:

*Flumina verna cient obscuro lumine Pifces.*

Vs. 196. *Utraque fors humoris &c.* ) Cod. Lips. *Utraque fufum oris* habet fluitantia figna. Gemblac. legente Scalig. *Utraque quod fufum oris &c.* Idem Cod. legente Fay: *Ultra quod fufum oris &c.* Unde colliges profecto, conftanter fcriptum efle *fufum oris*, quo Græcum exemplar exprefliffe viderur Nofter, ubi legit *ἄνω τῆ σαυαλῶς*. *Sufum* enim Gloffa per *ἄνω* reddit. Certiffima hinc nafcitur conjectura, Poëtam dediffe:

*Ultra quo fufum oris habet fluitantia figna.*

Aries vs. 192. ante caput fufum verfus habet pifcem ho-  
realem; alter enim deorfum magis fpectat. *Verni* itaque  
imbres,

*imbres coeunt hibernis*, cum Sol decurrit ultra Piscem borealem. Sic *ultra* pro porro *tenuis* infra vs. 487.

Vs. 197. *Quin*) Parif. & Reg. *Quod . . serie*) Idem *signis*. vs. 201. pro *Nec* Parif. *Neu*, quæ sæpius permutata. Vs. 202. pro *attollat* Parif. & Regiom. *attollit*.

Vs. 203. sq. *Nec te prætereat perspicere*) Qualis hæc locutio? Cod. Lipf. & Editor. quidam Vetusior. *prætereant*. Non multo certe melius, vel ad Nostri scriptionem accommodatius. Vide Lib. V, 383. sq. Optime vero se commendat Regiom. lectio: *Nec te permiteat perspicere* &c.

Vs. 204. *sint*) Cod. Par. & Edit. Regiom. *sint*. Laudata Membr. Par. eod. vs. *perspic.* mutat *prosp.* & superne *præsp.* vs. 205. *sortem*) Uterque Liber *noctem*. Vs. 207. Omn. *quod* Parif. Omnia *Que*.

Vs. 209. *sacratas*) Cod. Lipf. & Parif. cumque his Editi nostri, *sacrata est*. Sed alterum melius. Sensus: *Quibus natura sacravit stationes suas singulis*. Conf. Lib. III 64. sq.

Vs. 211. *rabidique*) Cod. Parif. & Edit. Regiom. *rapid.* & ita pluribus deinceps locis. male. Vs. 213. *Tunc*) Parif. *Num* pisces *cancer* pro, & *canc.* & *æri*) Parif. & Regiom. & *cancris* *scorpios* Regiom. *scorpion*, Parif. *scorpius*.

Vs. 214. *Aut vicina loco* &c.) Alternatim enim bina incedunt *Nocturna* & *Diurna*, initio Nocturnorum facto a Tauro; Diurnorum a Piscibus. Bene igitur dicuntur *vicina loco*, quia bina incedunt: bene pariter dicuntur *divisa partibus aquis*, quia alternis bina vicibus distant.

Vs. 216. *vice*) Cod. Parif. *jure*. Vs. 217. *nocturna*) Idem Cod. & Regiom. *nec signa*.

Vs. 219. *Esse vices astris*) Cod. Parif. & Regiom. *Cassoris esse vices*. quæ nulli hono. Cod. Lipf. cum Gembl. *castris*. Sic enim vocare Noster amat quaslibet stationes in Zodiaco. Vide infra vs. 964. Ait igitur, alterum hemicyclium a principio Arietis diurnum; alterum a Libra, nocturnum dici.

Vs. 220.

Vs. 220. *'cbelis* ) Cod. Paris. & Regiom. *libris. vs. 221. surgunt* ) *lidem surgant.*

Vs. 222. *Femineam sortem* ( &c. ) Cod. Paris. Lipf. & cusi omnes :

*Feminea in noctem tutis gaudere tenebris.*

Ubiq; in noctem per Antiptofin dictum, pro, *in nocte*, quemadmodum Atticis *ut* pro *in* eleganter poni solet. *Tutis tenebris*; vel, quia hæ sub tutela Noctis, quæ inter Deas culta, Ovid. Metam. XV, 31. & Fastror. I, 445. vel, quia fideribus nihil a tenebris metuendum.

Vs. 223. *Quin* ) Paris. & Regiom. *Quod*, uti supra vs. 197. *(tibi juxta eosdem sibi.*

Vs. 224 sq. *populosus in undis Cancer* ) Restituendum *scopulosus*, quod Libri universi tenent. Quemadmodum vero *frutices saxosi* dicuntur Plinio H. N. Lib. XV. cap. VII. pr. qui in saxis vel locis saxosis crescunt: ita non minus probe *cancer scopulosus* Nostro vocatur, qui saxosis alicui locis; id scilicet genus, quod *πρῆται* salutatur Æliano Hist. Anim. Lib. VII. cap. 24. pr. Quod autem Plinius Lib. IX. cap. LI. scribit, *cancros vivere mollihus locis*, de astacis solummodo intelligendum, docente Aristot. Histor. Anim. Lib. V. cap. XVII. *ζίνονται δὲ οἱ μὲν ἀράβου ἐν τοῖς τραχύδεσσι οἱ δὲ ἀσάκοι ἐν τοῖς λείοις.*

Vs 225. *æquore* ) Sic MS. Paris. *in æquore* Regiom.

Vs. 228. *pestisque duorum Prædatorque* ) Nonne hæc tautologiam sonant? &, *eur duorum* vel *utriusque*: Quidni etiam ceterorum animalium? Denique minus adæquata foret hæc Signorum divisio, nisi quoque *Gemini*, *Virgo*, *Sagittarius*, forte etiam *Libra*, Signis *terrestribus* accenserentur. Itaque melior vetus lectio, quam ista Gronovii conjectura. Cod. Paris. *positisque*, quod probo & lego, *positusque duorum*, quo illa notantur Signa, quæ *duplici positione* seu forma gaudent. *Positus* autem plurali numero, quartæ Decl. accipiendum. quemadmodum apud Tacitum Annal. Lib. VI. cap. XXI. Ille (Trafallus). *positus siderum æspatia dimensus*, hæreere primum, dein pavescere &c.

Vs. 229.



Vs. 229. *Prædatorque* ) Parif. *Prædatorque*. & *dum*. )  
 del. & Regiom. cum Cod. Parif. *scorpios* ) Uterque *scorpius*.

Vs. 232. *aquali fœdere* ) Longe probabilior lectio Regiom.  
*Humida terrenis atque illis terrea mixta*. Cod. Parif. *illi  
 degere mixta*. *Terrea pro terrena* Julio Firmico & ceteris  
 astricæ scientiæ doctoribus usitatissimum. Uitur quoque  
 Columella Lib. I. cap. VI. *Horreum camera contactum* :  
 cuius solum *terreum* , priusquam consternatur , perfossum.

Vs. 233. *Parsque mari nitens &c.* ) Ut hunc locum ver-  
 fus tueri possit , Codicis Parif. & Regiomontani lectio  
 recipienda , qui hunc vs. alteri , *Humida terrenis &c.* an-  
 teponit , & legit :

*Parsque marina nitens fundentis semper Aquari.*

Quam scriptionem in Codd. veteribus se reperisse affirmat  
 Huetius , qui proinde *partem marinam* explicat , *aquas e  
 vase erumpentes*. Duæ enim partes in hoc Signo spectan-  
 dæ , quas & infra distinguit Manilius vs. 406.

*Piscibus Erigonen , Juvenique urnaque Leonem.*

*Juvenis ( Ganymedes )* & *Urna* unum Aquarii Signum con-  
 stituunt. Sed cum de Aquario proxime dictum , malim  
 accedere Bentelejo , qui hunc vs. ad Lib. IV referendum  
 censet , ubi post v. 489. unus & forte alter desideratur ,  
 quod lacuna in Regiom. luculenter indicat.

Vs. 234. *curis* ) Cod. Parif. & Regiom. *causis* , quod  
 malim. Vs. 235. Uterque delet *quod est* vs. 237. pro *com-  
 plentes* lidem *complectens*. Vs. 238. *simili* ) Cod. Parif. su-  
 perne : vel , *similis*.

Vs. 241. *Et qui Cretao* ) Cod. Parif. & Regiom. cum  
 ceteris , *contento arcu* , uti Lib. I. 269. pro quo supra  
 vs. 171. *intentum* dixit , innuens Sagittarium.

Vs. 244. *momenta locasse* ) Cod. Parif. & Regiom. *com-  
 menta notasse* , i. e. posuisse aliquas rationes in hoc &c.

Vs. 246. *in cornua torvus* ) Magis placet Cod. Parif. Lipf.  
 & Editorum Vetust. lectio , in *cornua tortus*. Neque eni-  
 S recta

recta fronte affurgit Aries; sed caput obvertit Tauro. Vide Glob. Astronom.

Vs. 249. *pigras referentia mentes*) i. e. quæ similia sunt desidiolis & pigris hominibus, quatenus sedent. vs. 250. *depositis*) Cod. Paris. *dispos.* & *superne depos.*

Vs. 251. *sub emenso*) Codices MS. & Vulgati omnes, *sub emerito* i. e. sub penso laboris confecto. *Emeritus* enim labor dicitur opus perfectum. *Orbis vero laborum* est pensum, vices, opus.

*confidens*) Cod. Paris. Regiom. & Editi ceteri, *conscendens*. Sed alterum sententiæ & schediographiæ veteri accommodativæ. Quasi Libra functa labore librandi, jam fessa & in sede collocata quiescat.

Vs. 253. *Strata jacent*) Legunt Paris. & Reg.: *Contra jacet cancer*. Quod si Auctor dedit, quis, quæso, tam erit illiberalis, ut ei, posteriorem vocis *contra* corripienti, veniam neget, quam Poëta rerum potius ordinis ac naturæ quam metro intentus suo jure requirit? *Contra, jacet Cancer*. i. e. Cancer *e contrario* non jacet in se contractus veluti Capricornus; sed extenditur in amplam & late patentem alvum. Ausonium quoque a breve in *contra* usurpasse, Grammatici docent.

Vs. 254. *pectore*) Cod. Paris. *corpore*, quod vulgavit Regiom. vs. 255. *obliqui*) lidem, *obliquos*. vs. 259. *cancro*) Codd. Paris. Lips. & Edd. Vett. *cancri*.

Vs. 260. *Desunt: centauro &c.*) Ita Cod. Paris. legit & distinguit. Regiom. *Dextrum centauro* superest &c. Neque enim Sagittarius pleno vultu, sed dimidiato visitur. Vs. 267. *ire*) Cod. Paris. & Regiom. *esse*. vs. 268. *pro terra*) lidem, *terra*.

Vs. 270. *sortes*) Lege ex Codd. *formas*; i. e. *μορφαίς* seu figuras, quas hactenus recensuit, & variis modis disposuit. vs. 271. *Consensu*) Cod. Paris. *Consensum*.

Vs. 272. *Atque alias alia*) Libri omnes constanter, atq; *aliis alia* sc. formæ succedunt &c.

Vs. 272.

Vs. 273. *Circulus ut flexo* &c.) Libri omnes, ut *dextra*, quod improbare nolim. Zodiacus enim a dextra in sinistram ductus, claudit orbem in dextra.

Vs. 275. *Inque vicem*) Pro, & *in vicem*. Ipsa enim linea, quæ triangulum adimplet, in singulis tribus extremis angulis *ipsa se invicem* jungit, & velut in angulos jungitur. Sic infra vs. 341 & 467.

Vs. 276. *Et quacumq. ferit*) Sic Cod. Gembl. cui consentire Lips. videtur, pro *tamen*, quod nullo sensu fertur in Libris nostris. Quæcumq. *ferit*, sive percutit latum trigoni, ea dicuntur Signa trigona. Quæ enim definit linea, aut quo incipit, ea puncta dicuntur initia trigoni.

Vs. 277. *partitus*) Cod. Paris. *partitur*. Sic quoque Regionum addita distinctione (:). Vs. 278 *ternis*) Paris. *perperam*, *terris*. vs. 279. *e parib.*) Idem Cod. & *parib.*

Vs. 279. *ternis distantia Signis*) Nam inter Arietem, Leonem & Sagittarium, quæ primum Trigonum adornant, tria quoque Signa integra intercipiuntur. Nimirum inter Arietem & Leonem, *Taurus*, *Gemini* & *Cancer*: inter Leonem & Sagittarium, *Virgo*, *Libra* & *Scorpius*: inter Sagittarium & Arietem, *Capricornus*, *Aquarius* & *Pisces*. Et ita de ceteris Trigonis.

Vs. 282 sq. Editi Vetusiores binos hosce versus ita conceptos ferunt:

Cetera sunt simili ratione triangula Signa

Per totidem toti defunt quæ condita mundo.

Cod. Paris. *sub sim.* in textu; *sunt*, pro var. lect. in margine. Cetera cum Vulg. Vet. conveniunt. Constructio non nimis impedita; quam propterea Franc. Junius vel levi immutatione expediendam putavit: *quæ defunt* cond. mundo. Unde hic nascitur sensus: Cetera Signa quæ defunt toti scilicet numero duodecim, condita sunt mundo i. e. *in celo disposita sunt* (sic infra iterum hoc *condita* vs. 288. & 668.) per totidem triangula. Poterit autem vel sine ista variatione locus in hunc sensum revocari: Cetera Signa, quæ condita mundo per totidem toti defunt, i. e. *per terna ex reliqua signorum summa secermentur*, sunt simili ratione triangula. Duo nimirum triangula recensuit; totidemque

S a

restant

restant definienda. *Gemini* enim, *Libra* & *Aquarius* tertium triangulum; *Cancer*, *Scorpius* & *Pisces* quartum conficiunt.

Vs. 284. Hunc versum, post Regiomontanum, optime Scaliger sic distinguit:

Sed discrimen erit dextris seu causa (.) sinistra  
Quæ subeunt &c.

*Discrimen seu causa* non distantiam modo & intervallum, verum etiam controversiam quandam vel contentionem notat, quæ dextris Signis est cum sinistris, scil. de loco superiore occupando. Quo modo cecinit Virgil. *Æneid.* V, 154.

Post hos æquo *discrimine* Pristis  
Centaurusque locum tendunt superare priorem.

Vs. 285. *subeunt*) Est h. l. idem ac *sequuntur*, ratione habita ortus & occasus; vel ipsius quoque ordinis, quo recenferi Signa solent. Ita rem explicat Jul. Firmicus Lib. II. cap. XXV. *Dextrum* est, quod ab eo Signo, a quo incipimus, retro est; *Sinistrum* vero, quod ante. Et Noster infra vs. 293.

Semper enim dextris censentur Signa priora.  
Confer omnino quæ de his disputat Salmasius de annis Climacter. p. 138. sq.

Vs. 287. *At quæ divisa*) Cod. Paris. ab oscitante Libra-rio, *Ad quæ adversa*, pro quo Gemblac. *diversa*, Regiom. *quædam adversa* quatern. scil. Signa. vs. 288. *stant*) Cod. Paris. & Regiom. *sunt*.

Vs. 289. *normalis virgula*) Est linea illa, quæ ad angulos rectos utrinque cadens, Quadratum efficit, si bis inducatur in se ipsam ex adverso.

Vs. 290. fqq. *Hæc quadrata ferunt*) Nihil horum in Codd. nostris. Regiom. dedit:

*Sic justam spectat* Libram Capricornus: & inde  
Conspicit *bunc* Aries: atque *illum* &c.

Cod. Paris. cum hiatu in principio, quem hic repræsentamus:

Hæc

Hæc *referunt libram : capricornus & illum*  
 Conspicit ( : ) hunc aries ( : ) atque illum part. æq.

Non, *ipsum* ; nec a part. quemadmodum etiam Regiom. hoc a delevit. Lacuna ista vocabulum *justam* desiderare videtur. Malim vero sequi Scalig. qui Bonincontrii lectionem restituit :

*Dextrâ fert Libram Cancer , Capricornus & illam*

scil. *fert dextrâ*. Nimirum, non solum docet Poëta , quæ *Signa* sint *Tetragona* ; sed in his quæ *Dextra* quæve *Sinistra* dicantur , pariter notat. Sic in primo Tetragono, quod est *Arietis*, *Cancrî*, *Libra* & *Capricorni*, Arieti *dexter* est Capricornus : Cancer *finister*. Hic *dexter* est *Libra*, sed hæc vicissim illi *sinistra*. Hinc addit Noster :

& hunc ( *Cancrum* ) *lava* subeuntis *sidera Libra*.

Confer dicta ad vs. 285. & II, 190, ubi quoque *fert*, i. e. *habet*. Virg. *fidem ferre pro , habere*. Æn. X, 792.

Vs. 294. *Sic licet* ) Cod. Paris. & Regiom. *Scilicet*. vs. 295. *Ternaque* ) Paris. iterum vitiose *Terraq. bisse*. *quadrata effingere* ) Cod. Paris. & Regiom. *quadrata fing.* vs. 296. *reddentur* ) *idem*, *redduntur*.

Vs. 297. *Sed si quis contentus erit* ἔσσι. ) Sensus est : Si quis illa *Signa* non secundum partes Circuli , sed secundum *Signa* æquare voluerit , falsus erit : puta , si quis ita quadratum componere voluerit , ut putet , quaternis *Signis* includendum , & trigonum quinis , ita ut ζῳδιακῶς *signiliter* non μωρικῶς *partiliter* ea ratio putetur. Nam si a principio Capricorni ad finem Tauri ducatur linea , ea includet quinque *Signa* absoluta. Sed erit latus trianguli isoscelis non isopleuri , cujus basis erit duorum Signorum.

Vs. 298. *Divisum ut signis* ) Cod. Paris. delet *ut*. Regiom. vulgavit, *Divis. ac sign.* vs. 299. *formare* ) Uterque, *ornare*. Quod retinuit quoque Salmas. de ann. clim. p. 149. qui ibidem pro *Trigona* legi vult, *Trigonum*.

Vs. 301. *Qui tamen ex Signis* ἔσσι. ) Non statim sequitur , ut Trigoni vim sentire possit , qui in Signo angulari natus est. Nam quia μωρικῶς constituendi sunt χημικῶς , si a XV parte Capricorni ad XV Tauri ducatur linea , & fiat Trigoni latus : sane qui secunda parte Tauri nascetur,

non poterit vires Trigoni sentire. Nam ita quatuordecim partes a Trigono excluduntur.

Vs. 304. *Posta*) Cod. Paris. & Region. *Astra*, quod si malis, legendum vs. præced. *qua pro, qua*.

Vs. 306. *Amisere loco dotes*) Scil. *illi nati*. Sensus est: Illi nati non percipiunt dona illius Trigoni, si heroscopus incidat in aliam partem unius atque alterius Signi, quæ Trigonom conficiunt: e. g. Si incidat in secunda parte Tauri, qui quintum est a Capricorno Signum, nomine tenus erit Trigonom, quatenus Signum a Signo quintum est: loco autem, id est *μεικτός*, non erit. Amittit enim vires Trigoni, quia partes non sunt absolutæ. *Numerisque*) Cod. Paris. superne *numerusque*.

Vs. 307. sq. *Nam cum sint* (3c.) Confer ad binos hos vs. collatis III, 498 sq. Pontederæ Epist. §. I.

Vs. 314. *extremum primumque*) Region. curatius: *extremam primamque* Cod. Paris. *primamve*. scil. *partem*, ex vs. 312.

Vs. 315. *noles*) Cod. Paris. in marg. *vides*. Vs. 322. *Nongenta*) Idem Cod. *Ter triginta*, quod vulgavit Region. *quadrum*) Sic Paris. *quadram* Region. Vs. 325. *faciat*: *fin*) Uterque sine (:) legit *fi*, Paris. *faciet sua summ. prioris*.

Vs. 327. *in quadro numerum*) Cod. Paris. Lips. & Ed. Region. *in medio num. i e. summam graduum illorum duorum signorum*, quæ media sunt inter primum & sequens. Vs. 329. *a quarto*) Delet hoc a Region.

Vs. 331. *quins*) Melius, *Signis*, quod habent Codd. MS. & Vulgati Vett. i. e. *ζωδιακός* seu *signiliter*, ut a Signo ad Signum. Vide supra vs. 312. Pro *trigonom* Paris. Lips. & Rom. *Trigonas*. Region. *Trigonos*.

Vs. 332. *quari*) Ex iisdem Libris rescribendum *cali*, quod cum sequentibus, *per signa quaterna* aptius quam cum hoc *fidem* conjunxeris. *Fides*, *is*, citharæ genus. Unde *fides* h. l. idem ac *chorda* seu *linea* quadrati. Sic *Chelorumque fides* infra III, 305. Mox, vs. 334. loco *paribus*, Cod. Paris. in marg. *partibus* pro var. lect.

Vs. 335. *quintam partem*) Ita Gemblac. Lips. Region. Vitiosus hic Cod. Paris. qui legit *quantam*, omissa voce *partem*.

*partem*, quæ tamen ad rationem metri pertinet ac sententia. Centesima enim summa graduum præter se ipsam postulat adhuc *quintam sui partem*, ut fiat summa 120; quæ summa adæquat latera quæque Trigoni.

Vs. 337. *quater junctus angulus*) Sic omnino Region. i. e. *Angulus* in Quadrato *quater junctus*. Sic antea vs. 275. linea in Trigono

Inque vicem extremis *jungit se* finibus ipsa.

Cod. Paris. pro *junctus* leg. *cunctis*.

Vs. 339. *Cum curvata via &c.*) Cod. Paris. & Lips. *signata-liquet-dispend.* recta. Region. sic:

Cum *signata* viæ linquet *dispendia* rectæ,

h. e. ubi coit angulus. Hic enim est compendium viæ, quia arcatur, & brevior fit superficies. Contra, lineæ rectæ parallelæ sunt *dispendium* viæ, quia ab unius extremo ad alterius extremum longior via est, quam in *τῇ* αλίσσῃ duarum. Non potuit dici elegantius.

Vs. 340. Cod. Paris. non legit hunc vs. nec Region. In quo non esset hic reprehendendus, præsertim cum vs. 342. transposuit, si illa, *Consumet ductus &c.* quibus cum vs. 341. nectit, bonis auspiciis locum tenerent.

Vs. 342. *Quocirca non omnis &c.*) Legitur hic vs. Region. ante vs. 347. quocum aptissime cohæret. Duo autem sequentes vs. 343. *Consumet ductus &c.* & vs. 344. *Dicantur partis &c.* librariorum cum maxime incuria ex vs. 318 & 319 hic irrepsērunt. Quapropter Codex Paris. rectius eos omisit.

Vs. 345. sq. *nec cum sunt forte quadrata, Continuo &c.*) Cod. Lips. & Edit. Rom. *sint* forte quadr. Cod. Paris. Region. & Ald. *sint* forte quadrata i. e. sortis quadrangulæ. Hoc vult: Non in Trigoni latere quinque Signa, nec in Quadrati quatuor Signa, consensum & commercium semper inter se habent, nisi ita sint sita, ut justa distantia fervetur: scilicet, ut in Trigono sit partium 120, in quadrato 90: & ductibus continuatis integer circulus compleatur.

Vs 347. fqq. *Diffat enim partes &c.* ) Lege ex Codd. MS. & Edit. Regiom. ac ceteris, *an partes &c.* Eadem phrasibus supra vs. 174. Si cum vs. 342 hunc conjunxeris, sensus erit: Non omnis genitura, quæ habet ductus trigonos, statim dicenda habere, nisi consumptos & absolutos habeat. Plurimum enim interest, an linea, quæ aut Trigonum aut Tetragonum facit, consumat justas partes, & partiliter accipiat: an vero *detrahet* numerum totius circuli, quum scilicet in plura Signa procedit, quam ratio numeri per totum orbem postulat.

Vs. 348. *Detrahetne* ) Melius ad mentem Manilii Cod. Paris. *Detrahetne*, non, *que*, uti Regiom. Hoc autem *detrahere*, vel, ut alii scribunt, *detrahere*, idem quod *primigenium detrahere*, i. e. diminueret. Macrobius Saturn. Lib. V. cap. XI *In arboribus etiam & frugibus ad indolem vel detractandam vel augendam, major plerumque vis & potestas est aquarum & terrarum quæ alunt, quam ipsius quod jacitur seminis.*

Vs 349. *efficiat* ) Cod. Paris. & Edit. Regiom. *efficiat*. Vs. 350. *jubet* ) sic Paris. *juvet* Regiom. *proced.* ) Idem Regiom. *præced.* alterum tuetur Paris. Vs. 351. *sunt* ) MS. Paris. *sint*.

Vs. 352 *Sed longe major vis est . . Trigonis* ) Pro *Trigonis* Codd. & Editi omnes, *Trigoni*. His 6 v. notat Poëta discrimen virium, quod est inter Trigonum & Tetragonum. Quo enim nobis propior linea fuerit, eo efficacior. Quo major *ὑποκίρτωσα*, eo ab arcu fit remotior, & centro suo propior. Subtensa in Trigono remotior est ab arcu suo, quam in Tetragono: ergo nobis propior; qui centri vicem sustinemus; igitur & efficacior, quia aër magis inficitur a ductibus Trigoni, quam Tetragoni.

Vs. 353. *quadratis* ) Libri nostri, *quadratus* titulus. Infra vs. 888 ex iisdem legendum, *titulus felix*.

Vs. 354. *Horum* ) Tetragonorum, *linea* i. e. *subtensa templo*, i. e. *arcu suo*. Infra vs. 668.

Sic quæcunque manent *quadrato condita templo*.

Vs. 356.



Vs. 356. *propius terris* ) Melius Codd. *terras. acced. vi-*  
*sus*, pro quo vulgo dicitur *aspectus*.

Vs. 358. *At dubia alternis* &c. ) Lege Codicum fide,  
*Deviaque alternis*. Paris. in marg. *leviaque* pro varia lect.  
 Vocat *devia*, quia eorum *ὑπολείποντα* remotissima, ideoque  
 obliquus eorum aspectus, ac minimus inter se consensus.  
 Docet autem Poëta his 13 vs. laterales Hexagonorum du-  
 ctus magis obliquos esse, quam Trigonorum ac Tetragon-  
 rum; quia linea ducta per Signorum sedes in Hexagonum  
 alterno Signo flectitur, cum quæ ducitur in Trigonum a  
 quinto flectatur: quæque in Tetragonum, a quarto ad quar-  
 tum. Hinc duo tantum sunt Hexagona: primum est, *Arie-*  
*tis*, *Geminorum*, *Leonis*, *Libra*, *Sagittarii* & *Aquarii*. Se-  
 cundum, *Tauri*, *Cancri*, *Virginis*, *Scorpionis*, *Capricorni*  
 & *Piscium*.

Vs. 360. *Invita* ) Sic lineam appellat obliquam. Quo  
 magis *ὑπολείπονται* a diametro recedunt, eo obliquiores,  
*Orbem τῆς περιφέρειας* dicit.

Vs. 361. *pertransit formatus* &c. ) Regiom. Codicem for-  
 te Paris. secutus, optime scripturam & mentem Manili  
 expressit ita;

Nam cum per tales formantur singula lineas

Sic fere Gemblac. nisi quod in fine habet *limes*, pro quo  
 Scaliger *linas* legendum putat, eodemque modo explicat,  
 scil. *lineas tales*, quas modo invitas vocavit. Illud *lineas*  
 in modulando versu leg. *linas*; uti *Aquinios* apud Catull.  
 XIV, 18. pro quo male vulgatum *Aquinos*.

Vs. 362. *Alterno devertitur angulus astro* ) Cod. Paris. &  
 Regiom. *divert* i. e. altero signo, quod intercipitur, omisso.  
 Sic a *Tauro venit in Capricornum*, nimirum transmissis *Geminis*,

Vs. 363. *Sexque per anfractus* ) Angulos eleganter appel-  
 lat *anfractus*: Nam, juxta Varronem, fit ea vox ab *am-*  
*bitu* & *frangendo* quod est *circumfringo*, unde rectius scri-  
 pseris *amfractus*, quemadmodum Macrobi. Somn. Lib. I.  
 cap. VI. fin. Ergo *virgula*, h. e. linea, frangitur & sex  
 angulos efficit, donec orbem compleverit. Hoc autem,  
*curvatur*, pertinet ad flexuram Hexagoni, quæ curvaturam  
 circuli sequitur & imitatur.

Vs. 365. *tum te* ) MS. Gemblac. quo, Parif. Regiom. & ceteri præstantiores, *qua te* Capric. i. e. *per quod* fcil. *Scorpionis Signum*.

Vs. 368. *Alterius ductus locus est* &c.) Ineptissime Cod. Lips. *Alternis* duct. loc. & per &c. Regiom. ceterique, servato &c., legunt *Alterius*. Primum nempe tangit Hexagonum, cujus *ductus* seu linea ducitur *per transita* ( sic etiam divis. leg. Parif. ) *Signa* i. e. per sex alia Signa, intacta a ductu secundi Hexagoni, nimirum per *Arietem*, *Geminos*, *Leonem*, *Libram*, *Sagittarium* & *Aquarium*. Vs. 370. pro *hæ* Parif. ac Regiom. et. *idemque illis* pro, *ibi*.

Vs. 371. *sexangula* ) Libri omnes, *subeantia*, i. e. quæ priora *subsequuntur*. Sic in primo Hexagono Gemini subeunt Arietem: Geminos Leo: Leonem Libra: Libram Sagittarius: Sagittarium Aquarius. Igitur quæ Signa subeunt, vix à prioribus conspiciuntur, aut non nisi oblique, quia propiora sunt.

Vs. 372. *aciem* ) Cod. Parif. non male, *inclinant* ac ne *limisque* vid.

Vs. 373. *ex recto certior ictus*. ) Ut in Trigono linea recta certior, proxime a Trigono in Tetragono, in Hexagono autem lima & obliqua. Docet itaque, majorem esse vim Trigonorum & Tetragonorum, quam Hexagonorum, quod in his ductus lateralis altius ad cælum accedit & a terra longius recedit.

Vs. 374. *Tertia convexo* &c. ) i. e. concavo, uti Lib. I, 227 & 539. *Tertia Signa*, puta, quæ in Hexagoni lateribus tertium quemque obtinent locum. Quæ enim Signa Hexagonum formant, ea singula terna sede feruntur. Unde, quæ linea per Hexagona Signa ducitur, a concavo cælo vix recedit vs. 376. Adeo enim crebro flectitur, ut parum absit, quin circulum decircinet. Pto, *convexo* Cod. Parif. Lips. & Editi universi, *converso* recessu, nec male: tum, quoniam vs. sq. iterum habes *convexo*, tum, quia lineæ non ita perpendiculariter, ut in Trigonis & Tetragonis, & per sinistra prius quam dextra Signa ducuntur.

Vs. 375.

Vs. 375. *At quis accedit* ) Codices & Regiom. *Et qua succedit convexo* &c. Rom. Ald. *convexo*. recte. Pergit enim Manilius loqui de Hexagonis, atque subjungit, *lineam* h. e. latus Hexagoni, quæ succedit atque attingit sidera illa tertia, cælo proximam esse & velut *connexam*, quod singula tantum & una astra transmeat: nam quæ *succedit*, h. e. subtitiditur a primo Signo ad tertium, puta a primo puncto Arietis ad primum Geminorum, transmeat tantum Taurum; videlicet exclusive, uti loquuntur, exclusive nempe Ariete & Geminis.

Vs. 377. *Visus eis procul est* &c. ) De visu seu aspectu Hexagonorum supra vs. 371. Cui si adhuc inhære, citra lectoris molestiam, Auctor potuisset, scripsisset profecto, *visus eorum* uti vs. 356. vel, *ejus*, quod est in Cod. Veneto. Jam vero de *vi* & efficientia cujusvis in Hexagono *lineæ* seu lateris, sermonem instituit. Quapropter malim retinere veterem lectionem, *Vis ejus* sc. lineæ (vs. 375.) procul est &c. scil. quoniam longius a terra recedit, *altoque vagatur* *olympo* i. e. cælum propius attingit.

Vs. 378. *Et tenues vires* &c. *mittit* ) Lego cum Cod. Lips. & Editis præstantioribus: Et *tenuis*, supple, *licet* *hænea* sit. Hoc vult Auctor: Latus Hexagoni quod sidera homogenea connectit, v. g. Arietem & Geminos; Taurum & Cancrum; *tametsi infirmum est* propter distantiam suam a terris: quia tamen Signa cognata conjungit, idcirco vi aliqua & efficientia pollet.

Vs. 379. *foedus sub lege propinqua* ) Vetust lectio, *Phobus sub lege propinquus*. Quam tutatus Fr. Junius, sic interpretatur: *Illos tamen aspectus infirmos Sol ea lege confirmat, si commercia sunt* *συγγνωή*, genere cognatorum, puta *marium cum maribus*. Magis autem placet Scaligeri emendatio: foedus esse tertiis illis Signis *sub lege propinqua*, quasi propinquitatis vel cognationis, *nec diversum illis esse genus*; quippe servato Signorum ordine, mascula sex responderet masculis, totidem feminea femineis; alterna alternis, h. e. tertia tertiis. Igitur Arietem inter & Cancrum foedus est, quod masculi sunt; est & inter Taurum & Cancrum, quod feminei sunt.

Vs. 380.

Vs. 380. *alternantibus astris* ) Restituenda omnino ex Cod. Paris. vetus & genuina lectio, *quod euntibus astris*. In principio versus *Quod* conjunctio ; hic autem Relativum est ; ad hoc *discrimen* referendum. *Non*, inquit, *hexagonis illud est discrimen, quod euntibus astris* i. e. secundum ordinem suum binis sumptis : masculum unum uni femineo respondet & conjunctum est, v. g. Aries & Taurus. Vs. 381. *sed*) sic Cod. Paris. in textu : *sub* in var. lect.

Vs. 382. *secum jangunt* ) Cod. Paris. & Regiom. *se conjungunt*. Altera lectio magis se commendat : *se jungunt*, i. e. feminea cum femineis, non cum masculis.

Vs. 383. *Sic quamquam alternis pariet &c.* ) MS. Paris. *quoque* in marg. pro var. lect. *quicquam* in versu. Cod. Lips. Rom. & Ald. *Sic quicquam alterius &c.* Regiom. *Sic quicq. alternis &c.* Si quid mutandum, scriberem, *pariet* ; hoc sensu : Sic natura *pariet quicquam* seu genituram habet *alternis figuris* seu Signis ; tamen ad pariendum sexus requiratur diversus. Magis tamen amo *quicquam*, si per *aliquantum*, aliquatenus reddi possit. *Paret*, pro *obsequitur*, quem significatum sequens locutio ; *jacens sub legibus*, egregie firmat.

Vs. 384. *generis* ) Cod. Paris. & Liber Regiom. *certis* sensu non incommodo.

Vs. 385. *barentibus Signis* ) Quæ sibi adhærent ; v. g. Aries & Taurus, Taurus & Gemini, Gemini & Cancer &c.

Vs. 386. *nam consensus habet . . ademptus* ) Sic *ademptus* Cod. Paris. Lego cum Regiom. & Cod. Lips.

*nam consensus habet quia visus ademptos*,  
Ordo ! *Nam quia consensus habet visus ademptos*. *Consensus* i. e. conjunctio s. contiguitas. Unde sensus : Nam quia connexio eorum nullum facit aspectum

Vs. 387. *in seducta ferunt animos* ) Hoc *animos* est in MS. Paris. *se cuncta* Idem. Proinde adhuc fatius est sequi Regiom.

*in se cuncta ferunt animo, quæ &c.*

i. e.

i. e. secum modo reputant ac considerant, nec cum proximis communicant, quæ cernere possunt. Contemplatio in illis ipsis manet.

Vs. 388. *Sunt etiam adversi generis* &c.) Sic plane Lips. Editique omnes. Alteram nunc causam reddit, cur contiguus nulla gratia sit, quia etiam sexu differunt, & genere pugnant.

Vs. 389. *Mascula femineis* &c.) Sic Aries & Taurus Signa sunt conjuncta, quorum illud est Masculum, hoc Feminum. Similiter Taurus & Gemini, quorum illud Feminum, hoc Masculum, & ita de ceteris. At Taurus intercipitur & quasi *obsessus est* ab Ariete & Geminis, quæ Mascula sunt: Gemini pariter a Tauro & Cancro quæ Feminea sunt. In voce *semperque* Cod. Paris. & Regiom. de-  
lent *que*, minus bene ad metri rationem.

Vs. 391. *Sexta quoque* &c.) Ordo est: Sexta quoque Signa, ut Aries & Virgo habentur commoda in nullas vi-  
res. Commoda h. l. Adjectivum.

Vs. 392 sq. *Virgula per totum quod par* &c.) Recte Rom. & Ald. *par*, non *pars*, quod est in Codd. Paris. Lips. & Edit. Regiom. Ducta enim linea a sexto ad sextum signum, duo tantum pares ductus fiunt, tertio non adæquato: v.g. Linea ducta ab Ariete ad Virginem, inde ab eodem Ariete ad Scorpionem, quæ duo signa sunt ab Ariete sexta, *facit* (sic, non *ferit*) ut inter duo hæc Angularia, Virginem & Scorpionem, una super sit Libra ad tertium ductum adorandum, cum inter utraque Signa Angularia utriusque prioris ductus quatuor Signa integra comprehendantur: nimirum hinc inter Arietem & Virginem Taurus, Gemini, Cancer, Leo: inter eundem Arietem & Scorpionem Pisces, Aquarius, Capricornus, Sagittarius. His igitur duobus ductibus paribus totus Zodiaci circulus non adimpletur, sed *par tertius non sufficit*: unde ejusmodi Signa *Disparia* & ejusmodi *Aspectus* vocantur *Disparis*, quibus nulla gratia, nulla concordia, nullaque vis datur.

Vs. 394. *absumpto*) Cod. Paris. *assumpto*. In Eodem & Ed. Regiom. sequitur Inscriptio: *De contrariis signis*.

Vs. 395.

Vs. 395. *At qua diversis &c.*) His 38 vs. aliud Signorum genus continetur, quod est *Oppositorum* seu Contrariorum. Opposita autem dicuntur ratione loci, quippe quæ toto cælo a se divisa pendent: v. g. Aries & Libra; Cancer & Capricornus &c. Licet enim ratione loci sint opposita, alia tamen ratione vel sexus vel naturæ, vel temporis concordant, aut saltem his quatuor rationibus non opponuntur. Sic *Aries* & *Libra* loco contraria, ratione sexus & temporis concordant; ambo enim Masculina, diesque noctibus adæquant. *Cancer* & *Capricornus* sexu quidem concordant, sed loco & tempore opponuntur, æstate scilicet & hieme, quæ duo sunt tempora contraria. *Virgo* & *Pisces* loco sunt adversa, sed sexu & natura concordant: ambo enim sunt Femineæ, sibi quæ amica, ut infra dicitur.

Vs. 396. *tendentia*) Paris. Regiom. *pendentia*. pro, *adverso* Paris. in marg. *adversus*. Vs. 398. *quæque* Paris. *quantis*. Regiom. *quoque*. Pro, *feruntur* Uterque leg. *ferantur*. Vs. 399. *valent*) lidem Libri, *manent*.

Vs. 401. *Nunc fœdus stellis &c.*) Libri omnes: Nunc *Phæbo*, stellis nunc &c. Planetæ scilicet a Signis, & a Planetis Signa conspici dicuntur quinque modis: Hexagono, Tetragono, Trigono, Opposito & Conjuncto. Sed potentissimus horum omnium conspectus est, qui fit ex conjunctione; secundus, qui ex oppositione: tertius, qui ex Triangulo: quartus, qui ex Quadrato: ultimus & minimus, qui ex Sextili. Multum igitur Planetæ Signis & Signa Planetis conferunt aut amicitiz aut odii.

*Stellis*) Errantibus scilicet, i. e. Planetis, quorum alii benigna, alii maligna sunt natura.

Vs. 402. *sint*) Paris. Regiom. *sunt*. Vs. 405. *diesque*. Iisdem auctoribus addere possis, *est*.

Vs. 406. *juvenique urnaque*) i. e. Aquario. Vide supra ad vs. 233. Cod. Paris. *juvenemque*.

Vs. 408. *orbi*) *Supple terrarum*. Cod. Paris. & Editi nostri, *orbe* i. e. in Zodiaco, uti supra vs. 394.

Vs. 409.

Vs. 409. *contraria* ) Legunt hunc vs. inter Manilianos ceteros Paris. Lips. Editique omnes. *Contraria* scil. Signa: *curfus* i. e. motus. Hoc vult: Quamvis sint opposita, servant tamen inter se certos motus.

Vs. 412. *Et generis vinculis* ) Paris. *Et genera exemplis.* Regiom. ad Manilii manum proxime; *Et generum exemplis* concord. mut. surgit.

Vs. 413 sq. *Mascula quod paribus &c.* ) Regiom. juxta Paris. sic optime legit & interpungit:

*Mascula si paribus vel si diversa suorum est (.)*

*Respondent generi Pisces & Virginis astrum (.)*

In vs. priore est quoque legit Lips. & cum eo Rom. Ald. *Pisces & Virgo respondent generi*: ambo enim Feminæ sexus habentur.

Vs. 415. *Adversi volitant* ) Scil. *Pisces*, qui Virgini sunt e diametro oppositi. Hæc & quæ proxime sequuntur, supra exposuimus ad vs. 395. Mox, vs. 418. *quia* ) Regiom. *quod.* Paris. in textu *qui*, in marg. pro var. lect. *quia*.

Vs. 420. *nudusque in solitus orbis* ) Vetusti omnes, in *collibus*. *Nudus* scil. herbis & gramine, præ nimio Solis æstu, quo terra æstate adurit & arescit.

Vs. 421. *Æstivosque dies aquat &c.* ) Noctes enim hiernæ sub Brumæ, h. e. sub initio Capricorni, æquales sunt diebus æstivis sub Solstitio, h. e. sub initio Cancræ.

Vs. 422. *annus* ) Paris. & Regiom. *annum.* Vs. 423. in *ea* ) Paris. ab oscitante Librario, *mea*.

Vs. 425. *autumno tempore* ) Hoc *autumno*, adjective, pro autumnali recte dicitur. Vide Notas Varior. ad Ovid. Metam. III, 729. Ut autem apud Nostrium h. l. ita accipiamus, nulla nobis ratio persuadet. Quin Cod. Paris. cui vs. sq. legitur *hic*, quod a Regiom. quoque expressum, respicit omnino *autumnus* substantive sumptum. Ver, inquit Noster, differt *autumno*, respectu temporis; sed coarscit, respectu æquinoctii, quod asserit statim

Vs. 427.

Vs. 427. *Sed ratione par est* &c.) Hunc vers. sic descripsit Regiom.

*Sed ratione pari est aequali nocte diebus.*

i. e. Sed par est ratio veris & autumnii; quia nox dies æquat, seu, ratione æquinoctii. *Pari* est etiam in Cod. Paris. *æqualis* pro, *æquali* apud Eundem legitur. Mox vs 428. pro *Tempora nam*) Cod. Paris. & Regiom. *Temporaque*.

Vs. 429. *Par nox, parque dies*) Ante Bentlejum omnes: *Permixtosque dies*, i. e. conservant in una & eadem ratione temporis dies, qui hinc inde a mediis cardinibus interficiuntur inter hiemem & æstatem.

Vs. 430. *Articulis*) Duobus sc. Æquinoctiis: His enim duobus, quasi nodis aut articulis, hiems & æstas connectuntur, mediæ inter utrumque Æquinoctium. *Tenorem*) i. e. *distantiam*, vel *motus mensuram* & *continuationem*. De hac voce pluribus infra ad Lib. III, 527.

Vs 431. *Quo*) i. e. *ut*. Non autem, *quo minus* conjunctim. Mox, *bello*) primus dedit Scaliger; ceteri omnes *calo*: idem tamen sensus. Bene enim Signa dicuntur pugnare *insesto calo*, pro, *pugnare* & opponi. Vs. 432. *erit*) Cod. Paris. *erat*.

Vs. 433. *restat*) Hoc a Bentlejo est, cui hoc *rebus*, quod habent Paris & Regiom. ideo displicuit, quod sequens *Noscere* nil habet, quocum in constructione jungatur. Quidsi vero ita nectamus? His animadversis rebus, cura eaque proxima sc. *erit* vel *fit* Noscere &c. Nonne sic aptissime coherent? Vs. 437. *nomine*) Cod. Paris. *numine*, quod nolim.

Vs. 441. *Tuque pater cum matre* &c.) Libri nostri & sic bene:

Juppiter & cum matre deum regit ipse leonem.

Vs. 442. *Spicifera*) Illi iidem *Spicifera*, quod malim. Vs. 443. *Vulcani*) rectius iisdem, *Vulcano* pro, *a Vulcano*. Vs. 446. *adverso*) magis probo, quam *adversum*, quod tamen Paris. & Regiom. agnoscunt.

Vs. 447. *in athere*) Sic corrigendum putavit Columna ad Bnn. pag. 165. sed sine Codd. auctoritate. Omnes enim,  
*æquore;*



*æquore*, quod non mutandum, siquidem ita concipi verba possunt: Neptunus, in æquore *existens*, agnoscit pisces *athereos* suos i. e. pro suis habet Vs. 448. *Hinc*) Paris. in marg. vel *hic*. in fine, pro *futuri* Idem *futura*,

Vs. 449. *Cum ratio tibi &c.*) Cur iterum tibi, quod modo præcessit? Qualis item locutio: *ratio curret tibi*? Si ita scriptum reperiretur in Membranis, esset profecto, cur Librariorum incuriam accusamus. Bene autem illis & nobis, quod constanter ferunt: Cum ratio tua &c. Hoc tua retinuit etiam Fr. Junius, qui primus cetera Bentlejo vulgata ex ingenio refinxit. Codices enim scripti & Vulg. Vett. sic habent

Cum ratio tua fert stellas & sidera curret.

Ubi non est, cur repudient Interpretes illud *fert*; quod quippe sensum reddit altero longe meliorem: Cum ratio tua i. e. motus animi ad cognoscendum *fert* pro *fertur*, vel *fert* scilicet te ad stellas i. e. constellationes, & sidera curret, Cod. Lips. currat quod legendum curat i. e. operam dat Signis Zodiaci & Planetis.

Vs. 450. *viaque*) Deleta hic distinctione, tuto legere cum Scriptis Editisque potes: *viasque Artis*, ut &c.

Vs. 451. *divina potentia*) Non prorsus ineptum *divisa*, quod Cod. Paris. tuetur, si ita acceperis: *potentia* stellarum & siderum inter deos *divisa*. Ceteri autem MSS. & Vulg. *divina*, quemadmodum III, 90.

Vs. 452. *cælo*) Sic Gemblac. & Lips. Sed Editi Vett. cum Paris. *cali*, quod alteri præferre non dubito. Sensus: Ut Astrologi prædictio eam habeat fidem, quæ ipsi cælo vel Signis cælestibus debetur. Sic Virgil. Georg. I, 463. sqq.

*Solem quis dicere falsum*

*Audeat?* Ille etiam cæcos instare tumultus

Sæpe monet, fraudesque, & opera tumescere bella.

Poterit etiam illud *cali* non incongrue ad oraculi fidem referri. Unde Juvenalis Sat. VI, 553. sqq.

Chaldæis sed major erit fiducia: quicquid  
Dixerit Astrologus, credent a fonte relatum  
Hammonis &c.

T

Alia

Alii malunt *fronte*. Frustra. Malim *fronde*, si licet Hammonem transferre Dodonam, ubi Silio interprete Lib. III, 680 :

*Implet fatidica Dodonida murmure quercum.*

Jovem vero Dodoneum & Hammonem quis negaverit eundem esse, diverso licet cognomine? Confule Augustin. de Civit. Dei Lib. VII. cap. XI.

Vs. 454. *parentia membra*) Sic auctore Gemblac. mutavit Scaliger. Consentit Lipsi. At voculam *in* neuter agnoscit. At enim *hominis partes* vs. præced. & *membra* idem prorsus sonant. Quapropter malim sequi Cod. Paris. & quibus ille præluxit, Editores Regiom. Ald. Rom. qui consensu ferunt, *parentia signa* figur. *parentia* h. h. accipiendum pro *apparentia*, quam notionem Lexicographi evincunt. Hoc vult Auctor: *Astrologia cupido discernendum esse tum quem in modum membra humuata per signa sunt distributa* (vs. 453); tum quomodo *signa singula* membri seu partis nobilioris speciem propriis figuris, i. e. characteribus Astrologicis, referant & designent. e. g.  $\Sigma$  cervicem,  $\Gamma$  femur,  $\chi$  pedes &c. Confer etiam, si lubet, quæ ad hosce Characteres commentatus est Nannius Miscell. Syllog. V. cap. III.

Vs. 467. *ut gerant*) Sic Carrio quoque legit Emendat. Lib. II. c. II. ex Cod. Gemblac. quod nescio cur Scaliger melius judicet, quam quod a Regiom. ceterisque non novitiis Editoribus, adstipulante MS. Paris. vulgatum, & *certa gerunt*; præsertim cum præcedit, *conveniunt* & sequitur, *præstant*.

Vs. 471 sqq. *Idcirco adversis* &c.) Horum quatuor verbum suum sensus ita concipiendus: *Fit inde, ut ex adverso opposita signa gratiam, & contra conjuncta bellum pariant, & quæ longe distantia sunt, concordæ inter se efficiant.* Cod. Paris. & Regiom. in his, *est gratia, delent est*.

Vs. 473. *Utrique aut sorti pugnant*,) Lege & distingue:  
conjunctos omne per ævum,

Utrique & sorti (·) pugnant &c.

i. e. generant tales, qui semper tam natura quam sexu sunt conjuncti. MS. Paris. in contextu *geminant*, in marg. *generant*, pro varia lectione.

Vs. 486.

V. 486 sq. *Audit se, Libramque videt, frustratur amando Taurum:*) Ita recte olim emendavit Carrio Lib. II. cap. VII. Cod. Paris. & Regiom. *Audit sed libramque videt &c.* Dicit Auctor: *Arietem se ipsum audire, Libram vero videre, Taurum amare, a quo tamen frustratur.*

Vs. 487 sqq. *Ianigero qui fraudem nescit . . . mens capitur*) Monuit Carrio, hoc *nescit* in suis membranis deficere, neque aliam ullam vocem illius locum occupare. Optime autem vox *nescit* habet, cf. infra vs. 500. Agnoscit eam h. l. Cod. Paris. cum Lips. dedit Regiom. qui etiam legit, *Virgine mens capitur*, non *Mars*, neque *amans*, quod Scaligero & Fayō placuit. Sententia hofum versusum eo redit: *Taurum odisse Arietem, videre & audire Pisces, amare Virginem.* Vs. 490. pro, *retinentem* Cod. Paris. in marg. *retinentem.* Alterum magis probandum, concinente Ovidio mox citando.

Vs. 491. *Indutusq. Jovi est*) Dele *est*. Taurus, ait, *Jovi indutus* i. e. circumpositus, circumdatus, vel, *Jupiter forma tauri albi indutus vexerat ante Europam* Vide infra ad Lib. IV, 683 sqq. Ovidius Fastor. V, 607. de *Europa* cecinit:

*Illa jubam dextra, laeva retinebat amictus*  
'ed Nostro magis convenit cum Achille Tatio Eroticor. prinē.

*Geminorum ducitur auris &c.*) Gemini audiunt *Aquarium* (supra vs. 233 & 406.) *amant Pisces, vident Leonem.* Ita enim in posterioribus sunt verba collocanda: *Animus Geminorum ducitur in ipsos Pisces, oculisque Geminorum ducuntur in Leonem.* Pro, *auris* Cod. Paris. & Regiom. *aures.* Vs. 493. *animus*) Iidem, *animum.* ibid. pro, *oculisque, est oculosque* Vs. 494. *conditus*) auctoribus iisdem legendum, *conditur.*

Vs. 495 sqq. *in mutua tendunt &c.*) Carrio leg. *qui in mut. tend.* Dicit Auctor: *Cancerum & Capricornum esse Signa ἀντίθετα, mutuo tamen se audire, Cancerum amare Aquarium, Capricornum vero Geminos.* Cod. Paris. & Regiom: *Vertitur in semet oculis.* pro, *in mutua* Paris. *inmutataque* Regiom. *in mutaque.* uterque, *tendit, non tendunt.*

Vs. 496. *Astru*) Regiom. post illum Carrio, quibuscum facit Cod. Lips. legunt *astro*; quod tantum abest ut *astrum*, in fine alterius abhinc versus recurrens, illud h. l. immutandum suadeat, quin potius vulgatum *astro* confirmet. Quod præcedit, *captatur*, pro varia lectione habet in marg. Cod. Paris. in textu, *aptatur*.

Vs. 497. *At leo*) Paris. superne: *Et leo*. pro, *aciem*, Idem *animum*. Legendum autem, *conjungit aciem* scil. *oculorum*. i. e. *Leo videt Geminos, audit Centaurum* (.) Et hac distinctione sententia Carrioni recte finitur.

Vs. 498. *gemino, Capricorni* ꝥc.) Regiom. cum Paris. *Centavros geminos*. Legendum ergo, omissa interpunctione, cum Scaligero:

*Geminos Capricorni diligit astrum.*

Vs. 501. *Libra suos sequitur sensus*) i. e. se audit ipsam, videt Arietem.

Vs. 502. *Scorpion infra*) *Libra* amat *Scorpium*. Vocem *infra* negat Carrio in membranis legi. Habet vero, teste Fayo, Gemblac. Habent Paris. & Lips. Regiomontanus quoque in suo legit. Denotat autem *Scorpium*, qui *infra* *Libram* est s. qui eam ordine sequitur. Vs. 503. *Ille*) Paris. *Inde*.

Vs. 505. *finum*) Paris. & Regiom. sic: atque oculis (:) *Signum*. Sed ex membranis suis Carrio, *finum*, quod etiam recte & eleganter dici affirmat. Non enim aliud est *finus*, quam *var*: quemadmodum Servius annotavit ad illud Virgilii in Bucolicis Ecloga VII, 33. *Sinum lactis* ꝥc.

Vs. 507 - 510. *Capricornus in ipsum convertit visum* ꝥc.) Sic Codex Gemblac non, *ipsam*, quod est in Paris. & Regiom. Vult Manilius, *Sagittarium audire Leonem, ꝥ videre Aquarium, diligere Erigonem* (Vs. 504. sqq.) *Capricornum vero audire Cancrum, videre se ipsum*. Rationem addit, cur *Capricornus* aliud *Signum* non videat, quod videlicet *Signum nullum fit majus se*, quod debeat mirari, *cum fulserit in natalem Augusti*. Sueton. August. cap. 94. p. m. 37. pr. Tantam fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum vulgaverit, nummum argenteum *nota sideris Capricorni, quo natus est*, percussisset.

Vs 512-

Vs. 511 - 513. *At nudus Geminis. Tela Sagittiferi.* ) Parif. & Regiom. *Et nud.* Sic accipe: *Aquarius audit Geminos, videt Sagittarium, Cancrum amat & a Cancro amatur.*

Vs. 513. *Direxere aciem* ) i. e. vident. *aciem*, uti supra vs. 497. *attendere Taurum*, pro *andire*. Scorpius igitur & Pisces invicem vident, quemadmodum Cancer & Capricornus invicem audiunt; item Sagittarius & Cancer amant invicem.

Vs. 515. *vices* ) Parif. *superne*, vel *vires*, pro, *fixit*, quod Parif. tuetur, Regiom. *fixit*. Vs. 516. *sensus* ) Parif. *centus*. vs. 517. *ut cup.* ) Parif. & Regiom. *& cup.* vs. 518. pro, *ducantur*, iidem, *ducuntur*. vs 519. *tendant*) leg. iidem *tendant*, & *captantur* pro, *captentur*. Vs. 520. *meant* ) Parif. *queant*. mox: & *tota*, Idem cum Regiom. *etiamque*. Vs. 525. pro, *urnam*, uterque Lib. *undas*. Vs. 529. *Idem* non *leoni*, sed *leomis*.

Vs. 520 - 538. ) His versibus aliud odii genus inter Signa notat Poëta: nimirum primi Trigoni Signa inimica esse Signis Trigoni, quod *alternò ductu describitur* i. e. tertii Trigoni. Profert enim in exemplum *Arietem*, *Leonem* & *Sagittarium*, quæ inimica esse dicit *Geminis*, *Libra* & *Aquario*, quæ tertium instruunt Trigonum. Hujus autem odii duplicem reddit rationem: *primo*, quia tria illa Signa tribus his sint contraria; namque Aries opponitur Libræ: Leo Aquario: Sagittarius Geminis. *secundo*, quia quæ Signa specie sunt ferina, iis inimica sunt, quæ humana condita sunt forma; quippe quia illa ab his fuerunt victa in terris, antequam in cælis essent collocata. Verum hæc eadem odii ratio duplex non reperitur inter Signa secundi & quarti Trigoni, licet alterna pariter linea utrumque ducatur. Est quidem oppositionis ratio; namque Taurus opponitur Scorpioni; Virgo Piscibus; Capricornus Cancro. At ratio ferinæ & humanæ formæ cessat in his Trigonis; quia omnia eorum Signa sub ferina forma sunt condita, præter unam Virginem.

Vs. 530 sq. *Idcirco cedunt pecudes . . . est majus* ) Hæc mox explicabimus ad vs. 535.

Vs. 533. *fera partis* ) Libri omnes, *sua part. tergore cedit* ) Lipf. *tergo recedit*. Sensus: *Ipse*, de quo minus credendum, T 3 Sagit.

*Sagittarius cedit propter tergus equinum, quod partem ejus constituit.*

Vs. 534. *Usque adeo est hominis victus*) In hac lectione Veteres omnes conspirant. Verto! *Eatenus vel in tantum vincitur ab humana figura*, nempe Geminorum, quibus inimicus est Sagittarius.

*quod mirer*) Gembl. & Lips. *quo mir. i. e. quo magis mirandum. ab illis*) scil. primi Trigoni Signis, Ariete, Leone & Sagittario.

Vs. 535. *Nascentis Libra superari posse Trigonum*) quod tamen tribus humanis figuris constat, *Geminis* scilicet, *Libra*, cui humana est facies ex parte Libripentis, & *Aquario*. Cum enim *pecudes*, seu Signa ferinæ speciei *cedunt* scil. *natura humanis*, eo quod *consilium* seu prudentia hominum *majus est*, seu plus valet *viribus amplis* (Vs. 530 sq.) eo magis mirandum, quod tres humanæ formæ vincantur a tribus ferinis.

Vs. 538. *illis*) scil. Signis ferinis (vs. 534) *Et victa ferarum*) uti *victus hominis* (vs. cit.) Signa humana *vincuntur a ferinis*, non natura & consilio, neque sexus dignitate, verum Trigonorum ordine & constitutione, quod unum tantum Trigonum Signis humanis constat.

Vs. 542 *Et geminis Et si quos Et e.*) Signi cujusvis adversarios persequitur, eodem ordine, quo menses in anno permutant. Hic solius *Arietis amuli* traduntur & sub Ariete natorum, scilicet non *Virgo* tantum, sed & *Libra* & *Pisces*. Itaque scripsit Mañilius: *cum Virgine natis Et Libra Et geminis quos Pisces protulit unda* i. e. cum iis, qui sub Virgine, sub *Libra* & sub gemino *Pisce* nati sunt. *Regiom.* cum *Parif pisces quos. Lips. male, pertulit.*

Vs. 543. *In partus Tauri*) h. e. adversus eos, qui sub Tauro nati sunt. *Parif. & Regiom. leg. partis pro, partes.*

Vs. 545. *Et pisces (. ) at quos*) Legunt sine distinctione *Parif.* quidem: *Et pisces Et quos. Regiom. parum diversus. Et pisces atque bos. vs 549 averfi*) *Parif. & Regiom. adversi.* Horum commutatio fere perpetua in *Libb. Vett.* quemadmodum *victum averso scuto pro adverso in Veget. Lib.*

Lib. II. cap. XVIII. bis legi observavit Stewech. ad loc. vs. 550. *rabidi*) Et hoc sæpius confunditur cum *rapidi*, quod habet Regiom. alterum *rab*. Paris. agnoscit.

Vs. 551. *Et in totidem . . . astra*) Regiom. cum Paris. & ceteris: *sed totidem bellum subscribitur Astris* pro, *abs totidem astris*. In eandem sententiam redit emendatio Gronovii, *Et a totidem . . . astris*. Leoni, Manilius ait, *totidem eademque Signa obtredant, quot Et qua Arieti, Virgo nempe, Libra & Pisces*.

Vs. 552. *Cancrumque timet*) Cod. Paris. Regiom. & ceteri probæ Editionis Architecti conjecturæ Gronovii cum primis favent: *Erigone Taurumque timet. Pro, geminumque, Paris. & Rom. geminique*.

Vs. 554. *Maxima turba petit Libram*) Rectius hæc cum sequentibus, quam cum antecedentibus, nectuntur. Hactenus enim singulis Signis tria tantum aut quatuor opposuit. *Libra* sejuges *hostes* veniunt; *Capricornus, Cancer, Aries* cum suo *Trigono* i. e. *Leone & Sagittario, Scorpius*. Vs. 558. *rabidumque*) Paris. & Regiom. *taurum atque leon*.

Vs. 559. *metuendus Et ipse*) Sententia postulat, ut legas, *ipsi*, sc. *Libra*. Scorpius enim *Libræ* adversarius. Alioquin hæc uno minus *hoste* pateretur, quam Scorpius; quod contra vs. 557. *Mox*, vs. 560. pro, *sagittari*, quod Paris. agnoscit, Regiom. *sagittiferi*. Vs. 562. *natura Et lege*) Paris. & Regiom. *legem Et natura jubentem*. Vs. 564. *At quos*) *Idem, Et quos &c.*

Vs. 565. *Ad pugnam Nemeus agit*) Sic Cod. Lips. & Venetus teste Gronovio. Paris. *veniens agit* Regiom. *veniens cogit*. Trajectio est sequentium verborum, ut intelligas, quos cælestibus undis Aquarius rigat, seu qui sub Aquario nascuntur, iis & Trigono toti (qui sub unius juvenis, Aquarii nempe, virtute est) Leonem & turbam ferarum pugnam intentare: vel, unus ille juvenis, sub cujus virtute turba ferarum censetur, est semifer Centaurus.

Vs. 567. *Piscibus exortos*) Rectius Paris. & Regiom. *Pisces exortos . . . urget* Lips. *pisces exortus*, quod simul cum hoc, *vicinus*, ad Aquarium pertinet.

T 4

Vs. 569.

Vs. 569. *Sagittari*) Melius iterum Parif. & Regiom. *sagittiferi*, quemadmodum supra vs. 560. pro *descendunt*, uterque, *decedunt*. Vs. 571. pro, *generat*, Parif. *generet*. minus bene.

Vs. 572. *tertia quaque*) Hexagona, quæ tertio quoque loco a se distant. Sic Aries & Gemini; Taurus & Cancer; Gemini & Leo; Cancer & Virgo &c.

Vs. 574. *contraria Signa*) Id est, *opposita*, quæ scil. septimo loco a se distant. Sic Aries & Libra; Taurus & Scorpius; Gemini & Sagittarius. Namque Libra septimum est ab Ariete Signum, & Hic vicissim septimum ab illa.

Vs. 576. *Tertia quaque illinc*) Libri omnes cum Parif. *illis*, scil. septimis. Quæ enim Signa tertia sunt a septimis, ea quoque opposita sunt: v. g. Aries & Libra duo sunt septima & opposita Signa; at Gemini, quod tertium est Signum ab Ariete, & Trigonum Libræ, opponitur Sagittario, quod tertium est Signum a Libra, & Trigonum Arieti. Itaque tertia quæque Signa a septimis duobus Trigona sunt utrisque septimis, & ipsa sibi opposita.

Vs. 577. *sedus*) Parif. & Regiom. *phabus*. Vs. 578. *adversis*, leg. uterque *adversis*.

Vs. 580. *Corpora*) sc. humana. *totiens*) Parif. Lipf. Regiom. & ceteri omnes, *quotiens*. quod malim retinere.

Vs. 582. *Pectore amicitia*) pro, *Pectus amicum*, i.e. *amicus*, Ovid. Art. Amat. vs. 737. *Pectus amicitia* dixit Statius Silv. IV, 4, 103. & Martial. Epigr. IX, 15. Quæ quidem loca non puto latuisse Burmannum, qui proinde frustra hoc Manilii vs. tentavit, *pignora*, ad Petron. p. 588.

Vs. 583. *Unus erat Pylades*) Non debuit mutari *erit*, quod ad raritatem notandam multo est validius, & Codicum auctoritate firmatur.

Vs. 584. *lis una*) Ita Scaliger ex conjectura. At Scripti Cusque omnes, *levi* una, pro quo scriptum fuisse puto *laus* scil. *utrique* fuit &c. Certissimam esse hanc emendationem, patet ex vs. seq. ubi Noster causam addit, quamobrem æquam uterque



interque mortis laudem tulerit *per sæcula non sua tantum*, i. e. per ætatem suam, uti Scaliger interpretatur, verum per omnia omnino sæcula.

Vs. 585. *Alter quod raperet fatum, non cederet alter.* ) Hoc *raperet* est in MS. Paris. Non memini autem illud tam clementi significato unquam legisse. Magis placet, *oaperet*, quod dedit Regiom. qui tamen cum Paris. minus bene statim, *crederet*, pro *cederet* sc. alteri fide, amore & mortis subeundæ animo constante.

Vs. 586. *vestigia tum cum* ) Fugit hanc Bentleji scripturam ratio; abhorret eam Manilius, qui duobus monosyllabis, unisonis puta, ultimum pedem nunquam absolvit. Restituenda vetus lectio, quæ si recte intelligatur, satis bene habet. Cod. Lips. cum Paris. postque hos Regiom. & ceteri ita: Et duo qui potuere sequi *vix noxia pænis*, ubi pro *qui*, lege *qua*, aut illud ad τὸ συναρμόμιον referendum sc. *fideles amici*. Sic apud Phædr. calvus ad muscam: te contempti generis *animal*, *qua* delectaris &c. Nostri hæc est sententia: *Es duo alia pectora amicitiae* (vs. 582.) *qua potuere sequi* scil. unum alterum ad mortem, vel, *sequi* i. e. amico obtemperare, in obeundo vadimonio, *vix* i. e. *non noxia*, pro *obnoxia* sc. erant *pænis*, quemadmodum Orestes matricida. *Vix* dici pro *non*, Barth. docuit in Adversar. & Lexicographi fidem faciunt. *Noxius* eodem fere sensu apud Plaut. Mercat. IV, 3, 26. Apud Nostr. mox vs. 587. *sponsor*, pro quo Cod. Paris. *sponso*, vitiose.

Vs. 587. *Sponsorique* ) Tantum distat hæc lectio a manu Manilii, quantum hic a falsa, de sequiore ipsius ætate, sententia. Libri omnes, *Sponsorumque*, quod dare omnino potuit vel suo genio obsecutus, vel Terentium imitatus, si vel maxime illo sæculo, quod tamen negamus, inferior fuisset. Eunuch. III, 5 *metuo fratrem*

*Ne intus sit; porro autem patrem, ne rure redierit jam* Plaut. Aſinar. I, 1, 98.

Profecto nemo est, *quem jam dehinc metuam*, mihi *Ne* quid nocere possit.

T 5

Cod.

Cod. Parif. Sponforem<sup>q</sup>. *reum*, pro *reus*. non bene. vs. 589. *tot temp.* Idem, & temp. vs. 591. *Cum fortuna*) Idem & Regiom. *Et fort.*

Vs. 593. *Quantum onus*) Libri nostri, *Quamque*, Gro-  
novio etiam probatum. Particula hæc sententiæ nervum  
intendit magis. *Quam* terræ & sæcula excusare se ab hoc  
onere invidiæ, *quam* purgare hoc onus & crimen non pos-  
sunt! vs. 598. in *cedesque*) Cod. Parif. delet *que*.

Vs 602. *noxia*) i. e. culpa, crimen. Substantive sumi-  
tur. Plautus Bacch. IV, 9, 81.

Sat sic suspectus sum, cum careo *noxia*.

Sic infra IV, 94. & *noxia* felix. Plura dabit exempla Loën-  
sis Epiphill. Lib. VI. Cap. XI. Sensus: *Scelerum frequentia*  
& *atrocitas punarum exsuperat gravitatem*. Pro, *Scavit*, quod  
Parif. sic, Regiom. *Scavit*: uti *Scavus*: pro *Savus*, ubivis fere.

Vs. 603. *signis*) Cod. Parif. & Regiom. *vincit*. vs. 604.  
*pax est* subl.) Reg. Parif. *pars* & subl. Regiom. rectius: *pax*  
& subl. vs. 605. *paucisque*,) uterque Liber, *pacisque*. vs. 606.  
pro *ipfi*, malo cum iisdem, *ipsa*. vs. 608. pro *dignosc.* lege  
cum iisdem, *cognosc.* vs. 611. *meliusque*) Regiom. *melior-*  
*que* (: ) Parif. *molliorque*, deleta post distinctione.

Vs 612. sq. *creatos*, *Quam colitur.*) Regiom. *creatis*,  
ut sit sensus: & *quam colitur a tuis*, *Centauere*, *natis*.

Vs. 614. *Expositumque sua noxa*) i. e. cui facile noceri  
*potest*: quod injuriæ obnoxium est, quia simplex, mite,  
injuriæ patiens.

Vs. 615. *quam vellere constans*) Libri meliores, quam cor-  
pore constat. Idem sensus: *Non minus ingenium mite illi*  
*est, quam lana ipsa, quam gerit.*

Vs. 617. *vendere*) At Libri vetusti, *excedere*, quod est  
*exire*, *obivisci*. De quo Lexicographi.

Vs. 619. *partu*) Libri Vetusti cum Cod. Parif. & Lipf.  
*partus*, Nominat. Sing. *sub utroque Trigono*) scil. *Signo*,  
*Leone* puta, & Sagittario.

Vs. 620.

Vs. 620. *Non partis* ) Paris. Lips. & Regiom. *parcis*, Rom. & Ald. *partit*. Suspicio scriptum esse, *putitur*, quod sententiæ ratio postulat.

Vs. 621. *Quod feritas &c.* ) In fine tollenda distinctio, & totus versus in parenthesi legendus, *pro tempore* ) ex vs. præced. quæ Librariorum est negligentia, irrepsit. Puto legendum, *quam cetera*, quoad meliora probati Codices docebunt.

Horum versuum nexus cum sequentibus duobus hoc potissimum ordine constat: *At cum nati sub Ariete non passim se habent ad cetera duo ejus Trigoni Signa, sed subinde cum illis bellum gerunt* ( quod feritas Leonis & Sagittarii magis, quam quævis alia causa, exigit ) : *plus tamen negotii illis successit robur Sagittarii, cui conjunctæ vires sunt, quam solius Leonis.* Ad firmandam hanc sententiæ rationem & connexionem plurimum faciunt, quæ statim sequuntur

Vs. 624. *Idcirco & pax est Signis, & mixta querela.* ) Recte cum Cod. Lips. & pax ; i. e. *modò pax, modò mixta querela.* Paris. illud & non legit.

Vs. 626. *illorum mentes* ) i. e. *illi.* *Mens* enim simpliciter pro *persona*, *Quibus mentibus*, pro, *quibus*, apud Valer. Flacc. VI, 181. Ita quoque *animum meum*, pro *me*, ponitur. *Adolescens ille* apud Plaut. *Triumn.* II, II, 23.

pro imperio tuo

*Meum animum tibi servitutum servire, æquum censeo.*

Similiter Hebræis *naphesch*, cum quovis suffixo personali, pro ipsa persona ponitur. Quod tamen non dixerim, ut quis h. l. Hebraismum statuatur. Est suus cuique genius Linguae. Quare nec Græcus N. T. textus Hebraismorum accusandus, ubi eandem locutionem Græcis atque Hebræis usitatam inveneris. Plura Latinorum exempla collegit Castalio ad Rutil. Lib. I, 19.

Vs. 629. *Quosque dabunt gemini &c.* ) Regiom. *optime* : *Quosq. dab. Cbela & quos prabet Aquarius ort.* Vs. 630. *vinculum* ) Libri nostri, *junctum*.

Vs. 631. *Magnus erit Geminis &c.* ) Libris nostris non legitur : at vel ideo non expungendus. Pertinet enim ad tertium

tertium Trigonum explendum, eo quod sequens versus de Libra & Aquario prædicari minime potest. Neque cum Manilius modum servavit, ut totum Trigonum uno versu concludat; quod ex sequente patet, ubi de Piscibus seorsim.

Vs. 635. *Concordant illis. sæpe est* &c.) Regiom. juxta cum Gemblac. Paris. & Lips. distinguit *Concordant* (.) quam distinctionem tollit Paris. Pergit autem, illos nam sæpe est subdolos *actus*; mel. *astus*.

Vs. 636. *noxas*) Paris. & Regiom. qui superiore vs. legunt illos, hic, *noxis. nomine amici*) Mel. *amico*, quod non debuit a Scaligero mutari. Supra vs. 633. *fraterna nomina*. Vide Heins. ad Art. Amat. Lib I, 585. Is eandem Ovidio lectionem restituit in illo, qui huc maxime facit versu

Tuta frequensque via est per amicum fallere nomen.

Vs 639. *animos interd.*) Regiom. sic distinguit, *animos* (: ) *interd.* Paris. vero nullam hic agnoscit distinctionem. Vs. 640. *testaque*) Paris. Regiom. *recteque*. minus recte. Consentit quoque Paris. in his: *sub fronte*, pro quo Regiom. *in fronte*. Vs. 642. *lege*) Paris. *lucē*. Vs. 643. *hoc tantum*) Uterque, *est tantum*.

Vs. 644. *vagarum*) Ald. & Rom. *vagantum*, non diverso sensu. Supple, *stellarum*. i. e. Planetarum, vel signorum Zodiaci, ut adeo legere possis cum Paris. *vagorum*. Sententia inde a vs. 643. sic concipienda: *Non satis est sola ipsa Signa per se considerare. Nam variant aut Planetarum commixtione, aut alia configuratione. Trigona enim amicitia accessione maleficarum stellarum odium generant, ☿ Signum Trigoni lege consideratum, quadrati aut diametri lege, alias vires habet.* Unde dicit

Vs. 645. *Parte genus variant*) i. e. *situ*. Nam alias vires habebunt in Trigono, alias in Quadrato; alias in oriente, alias in occidente.

Vs. 648. *secat*) Paris. *secant*. Vs. 649. *deterit*) Cum MS. eodem Regiom. *detrabit*. Vs. 650. *iras*) Uterque, *vires*.

Vs. 651.

Vs. 651. *furgantne &c.* ) Regiom. adstipulante Parif. *furgat ne eadem, subeunte cadatque* : Lips. *subeunte cadatne. quæ lineam respiciunt vel virgulam ex anteced. surgat, i. e. ascendat perpendiculariter, ut in Signis e diametro oppositis. Subeunte cadatque in Trigonis, Tetragonis & Hexagonis, ubi diversitas Signorum dexterorum, quæ altero prius cadunt s. occidunt, & sinistrorum quæ subeunt s. oriundo alterum præcedunt, observanda.*

Vs. 652 sq. *Crebrius adversis &c.* ) Ex Diametris odium, ex Quadratis amicitia, item ex Trigonis.

Vs. 654. *obscura est* ) Sic Parif. *est non legit Regiom. quodque* ) Parif. *quoque.* Vs. 658 *cancer* ) Regiom. *taurum, & pro, ministrans, Parif. ministrat.*

Vs. 659. *mensis* ) Rescribe ex Gemblac. & Parif. *genitusque ad frigora Piscis.* Neque tamen corrigendi Regiom. Ald. & Rom. qui legunt *genitosq. piscis*, pro, *es.* Vs. 661. *Quartum* ) Hoc notavit altera manus in Cod. MS. Parif. qui legit *Quarum.*

Vs. 663. *corpora textu* ) Regiom. *uno corpore texti*, pro quo, *mixti*, Parif. Id vult : Centaurus pro duplici Signo habetur, licet uno tantum corpore, sed diversæ speciei, constet. Vs. 665. *pro, jungitur, Parif. & Regiom. pingitur.*

Vs. 666. *nec meruit sibi necesse quemquam* ) Libri universi, *nec metuit sine corpore quemquem.* Quæ quidem si ad mentem Auctoris, quod dicimus rite, explicantur, ne levicula quidem illa mutatione opus habent, quam tentavit Cl. D'Orvill. ad Charit. p. 285. pro, *corpore*, legens, *compare.* Sensum enim ita concipimus : Nec Scorpius metuit quemquam *sine corpore* scil. *alio*, i. e. *solus* licet : nimirum, quoniam satis præsidii ad se tuendum a natura habet, qui, quod est in fabula, vel ictu Orionem necavit. Conf. Nostr. supra vs. 32. 213 &c.

Vs. 667. *consentur* ) Scaliger rectius ex suo Codice. cui Lips. adstipulatur, dedit *consentur*, Scorpius scil. & Aquarius.

Vs. 669 *numeris aut tempore* ) *Tempore* quidem, *Aries, Cancer, Libra, Capricornus*, qui cardines quatuor anni tempora designant. *Numeris*, duo altera quadrata.

Vs. 672.

Vs. 672. *unoq. tenent ab sanguine natos*.) Libri universi sic: *unaq. tenent sub imagine natos*. i. e. *eadem stirpe oriundos*, nobiliores puta, qui jure imaginum gaudebant apud Romanos.

↑ Vs. 673 sqq. *Proxima &c.*) Hic versus, cum quinque sequentibus, post vs. 686. in Scriptis & Editis rectius legitur. Non enim omnia Quadrata persequitur Auctor; quin imo de ceteris, Cardinalibus puta, vs. 676 sq. docet, ea quadrati lege non censerī. Adeoque commode admodum ad Trigona transit his verbis vs. 679. *Longior in spatium &c.*

Vs. 675. *serie variante*) Cod. Lips. *propria variante*. Libri omnes cum Gemblac. *proprio* var. Scaliger emendavit *proprio quadrante*. Poterit autem prisca lectio retineri, hoc sensu: *proprio* sc. *cardine variante*. Minime enim hic intelligendi cardines anni, sive puncta Tropica; sed cardines genituræ, qui *Cuspides* appellantur. Cardinibus illis inest jus cognationis. *Qui his proxime accedunt Loci, vicinitali præfunt*: *Tertii Loci* a cardinibus genituræ *hospitibus jura dicunt*.

Vs. 678. *minor est numeri quam Cardinis usus*) Sic Scaliger ex Gemblac. quicum Lips. convenit. Impressi veteres, *minus* est num quod videtur accipi posse pro *minoris est*. Nimirum, quamquam quadrata sunt Aries, Cancer, Leo, Sagittarius; tamen non tam quod quadrata, quam quod cardinalia, eorum ratio habetur.

Vs. 681. *imitanter jura gradumque Sanguinis*) Primus omnium acutissimus Regiomontanus vidit, hæc contra Manilii rationem esse. Quapropter sive ex suo Codice, sive ex ingenio, certissima prorsus emendatione, dedit, *mutanter jura gradumq.*

*Animis bærentia fœdera*) Regiom. iterum longe rectius, *annis bærentia tempora*. nisi hic malis retinere *pejora*, quod ceteri omnes agnoscunt.

Vs. 683. *ex longo*) Adhuc magis placet lectio Regiom. *in longo recess*. Nimirum, quia Trigoni linea longior, & longius spatium complectitur, ac remotiores angulos conjungit; ideo valebit ad jungendas amicitias externas & quasi e longinquo cum annorum decursu coalentes.

Vs 688.

Vs. 688. *servit sibi* :) Melius habet distinctio Cod. Paris. & Regiom. *servit* ( :) *sibi mixta* feruntur.

Vs. 689. *Ipsis dant vires astris* ) Malim cum Cod. Paris. Regiom. & ceteris omnibus, *fines*. Quatenus, inquit, *illa sidera sunt quadrata*, dant *fines* & legem Quadrato, & tunc *servire sibi videntur*, i. e. contemplatione sui tantum effectus habere. Quatenus vero in Cardinibus constituta, legem & fines a Cardinibus accipiunt.

Vs. 693. *Pacata infestis*. . . *dignoscere* ) De Signis amicis & inimicis prolixè satis hæcenus. Itaque non nova Poëtæ de illis differendi materia. Ergo nihil ad rem illa lectio, ingeniosè licet, at præter Manilii mentem, conficta. Regiom. cum Codd. Paris. & Lips. *Pacatam infestis*. . . *perdiscere* : Rom. & Ald. *Partitam* (,) *infestis*. . . *perdiscere*. Quæ quidem non sunt tam absurda, ut omnino repudiuntur. *Artem partitam* rectè conjungere & accipere poteris pro *divisam*, *dispositam*. Anima *partita* per arcus i. e. distributa, Lucret. III, 710. *infestis* divisim legendum, in *festis* sc. Signis, uti Statius Theb VIII, 64. computat *festum annum*; quasi, in dies ac horæ divisum. *Perdiscere*, rectè. quemadmodum Cicero de Fato VIII. fin. ubi, Majus est, inquit, has contortiones orationis, quam *Signorum ortus obitusque perdiscere*. Itaque Noster artem modo traditurus est, ita dispositam, ut Signorum rationem in sectionibus vel segmentis ipsorum *perdiscere*, sive *penitius cognoscere* possis, quod fit in Dodecatemoriis, de quibus nunc.

Vs. 694. *dignari* ) passive, Manilio pariter ac ceteris probris Auctoribus insuetum. Cod. Paris. & ceteri omnes, *signari*. Maxime nobis placet lectio Ald. & Rom.

*Quæ tantum Graio signari nomine possit.*

Reliqui pro, *possit*, habent *passam*, non male. Regiom. autem vitiose, *passim*.

Vs. 695. *in titulo* ) Cod. Paris. & Lips. *in titules*, quod vulgavit etiam Regiom. Altera autem lectio probabilior. *in titulo*, i. e. *in nomine*. Sic infra vs. 898. & Lib. I, 570.

Vs. 696 fqq. *Nam cum tricenas &c.* ) Nimirum Dodecatemorion nihil est aliud, quam *pars Signi duodecima*. Cum autem

autem Signum quodque triginta partibus constat; sequitur, ut duodecima cujusque pars sit numerus duarum partium cum dimidia. Consule de his accuratius disputantem Salmas. in de Ann. Clim. pag. 540 sqq.

Vs. 697. *deducitur*) Rectius omnino, *diduc.* quod habet Gemblac. Multum autem harum vocum confusio, in Chiographis obvia, tum Nostro nocuit Poëtæ, tum aliis Auctoribus. Vide sis Burmann. ad Ovid Metam. XI, 477. Drakenb. ad Silium Lib. XV, 187. & præ ceteris Gronov. Oblervat. Lib. II. cap. X pr. Quorum monitu supra lectori nostro de iisdem præcepimus ad Lib. I, 3. Est autem *diducere* h. l. quod *dividere*. Quo sensu occurrit etiam apud Horat. de Arte Poët. vs. 326:

Romani pueri longis rationibus assem  
Discunt in partes centum *diducere*.

*Divisio enim*, sic Nostri procedit ratio, *triginta partibus in duodecim*, *Dodecatemorium est binarum partium cum semisse*.

Vs. 698 sq. *linas in partibus esse Dimidiasque partes*) Minus, uti videtur, recte Regiom. *binis* in part. Conf. Nostri. infra vs. 719 sq. *in partibus* i. e. Signis, quæ sunt duodecimæ partes Zodiaci.

Vs. 700. *constat*) Sic vulgatum quoque Aldo & Rom. idque magis se nobis probat ac, *constant*, quod est in Codd. Paris. & Lipf. quibus accedit Regiom. addita præcedenti voci nota distinctionis. Quod si forte malis, in hunc sententia modum erit constituenda: *Ratio docet, Dodecatemorium esse his finibus* scil. descriptum, *& bisseña cuncta constant* &c. Nimirum, ut duodecim sunt Signa in Zodiaco, ita ipsorum Signorum duodecim quoque sunt Dodecatemoria, id est duodecimæ partes.

Vs. 702. *numero*) Sic vulgavit quoque Regiom. At Codd. Paris. & Lipf. *numeris*.

Vs. 703. *Ut sociata forent alterna sidera sorte*) In singulis enim Signis, ex Nostri quidem opinione, sex sunt partes masculinæ, totidemque femininæ. Duæ primæ cum dimidia sunt masculinæ, duæ secundæ & dimidia femininæ, & ita de reliquis. Pro, *sorte*, Cod. Paris. *lege*. quod eodem redit.

Vs. 709



Vs. 709. sq. totidem verbis leguntur in Cod. Paris. & Editio Regiom. Variat Lipsiensis, scriptoris forte vitio, in *errant & sidera*. Dicere vult Auctor: *Sape etiam monstrosos partus & androgynos facit, quod fit per astra*. Eandem sententiam prodidit infra Lib IV, 101 sqq. Cum igitur hæc sit mens Manilii, quisnam hos ei versus adscribere dubitabit?

Vs. 711. *divisis*) Paris. & Regiom. *diversis*. Idem pro, *quod*, legunt *quos*. malim cum Lipsi. retinere, *quod*, pro, *eo quod*. Ideo diversos astra mores referunt, *quoniam* illa divisis partibus variant.

Vs. 713. *qua sint cujusque*) Libri universi, *quid sit*, *cujusve* can. Conf. vs. 740. ubi iterum, *quid sit* quod dicitur esse Dodecatemor. *cujusve* scil. Astri.

\* Vs 716 & 717. Codici Paris & vulgato Regiom. plane non leguntur. Servat eos, nec in eorum lectione multum variat Cod. Lipsiens.

Vs. 719. *in fidere quoque*) Sic laudatus modo Cod. Lipsi. retento tamen, *sidera*, quorum alterutrum vitio laborat. Vide, an magis placeat lectio Paris. & Regiom. *in sidera quoque*. Accusativus pro Ablativo, frequentissima probis Scriptoribus Antiptosi, quam ad sermonis elegantiam refert A. Gellius Lib. I. cap. VII. & pluribus exemplis probat Vechner. Hellenolex. Lib. I. pag. 164. sq. Quibus ex nostro, præter hunc locum, addere possis Lib. II, 222. & IV, 752.

Vs 720. *fili*) Retinere malim *sui*, consentientibus quippe Libris universis. Vs. 721. *Partibus*) Scaliger dedit *sortibus*, quod omnes, quos vidimus, Libri tuentur.

Vs. 722. *Nec genus est unum ratio nec prodita simplex*) Hoc vult, *Nec una tantum est methodus computandi*. Nam alii multiplicant per duodecim, alii in sesterrios gradus distribuunt, quæ methodi eodem ducunt. Vide Salmas. de ann. Climaët. pag. 541.

Vs. 723. *inque*) Hoc *que*, negativam subsequens vocem *nec*, adversative sumendum pro, *sed*. quod exemplis firmavimus supra ad Lib. I, 284. Cod. Paris. *inde*. minus bene.

U

Vs. 723.

Vs 723. *verum natura locavit*) Idem Cod. cumque illa Lipf. & Regiom. *rerum natura*. rectissime. Eadem mundi conditor ille, supra vs. 701. Longissime igitur a Manilii mente manumque aberrant, qui eum de *vero*, quasi occulto altisque involuto tenebris, agere putant. De hoc ei conquerendi locus infra Lib. IV, 304. ubi de Decanis, quorum quidem longe alia est ratio, quam Dodecateriorum, quæ quippe magis aperta & manifesta, nec adeo dubia, sed certa minimeque fallaci computatione conficitur. *Ratio hæc est, per quam omnia constant*, uti Nolter infra vs. 749. *locavit*) scil. Dodecatemoria.

Vs. 724. *Diduxitque vias*) Rescribendum *Dedux.* auctoritate Codd. Paris. & Lipf. quibus accedit Regiom. Est autem h. l. *deducere* idem quod *ex alto deorsum ducere*, quemadmodum Ovidius *deducentia ramos pondere poma*, dixit Metam. XV, 76. *Via* sunt Auctori, non, quibus itur, quæque correctionem flagitare Scaligero sunt visæ: sed *via* notione venit 777 Hebræorum, quod *modum agendi*, vel, *in aliquo negotio versandi rationem* indicat sapissime. Itaque hanc Nostri mentem esse putamus: *Rerum natura*, sapientissima illa hujus doctrinæ auctor eademque magistra, deduxit ex astris ad nos *vias* i. e. ipsa astrorum dispositione nos docuit modum investigandi & rationem definiendi Dodecatemoria.

*voluitque per omnia quæri*) Non tantum in Zodiis, verum etiam in Planetis, quorum mixtura plurimum ad fingendos formandosque hominum mores facit. *Undique enim miscenda est ratio*, inquit mox vs. 749. coll. not.

Vs. 726. *in parti*) Codd. Paris. & Lipf. *Quocumque in partu*. Ald. & Rom. longe vitiosius, *impartu*. Malo sequi Regiom. qui rectissime vulgavit, *Quacumque in parte*, i. e. quocumque in gradu.

Vs. 727. *numerus ter dispone quaternis*) Est, quasi dixerit, *multiplica per duodecim*. Pro, *constiterit*, Cod. Paris. *affuerit*, cui mox opponitur *desuerint*.

Vs. 730. *Quæque hinc desuerant*) Hoc *desuerant* agnoscit quoque Cod. Lipf. qui ceteroquin uti Regiom. legit, *Quæque hinc des.* Cod. Paris. *Quæque hinc desuerint*, h. e. & sequen-

sequentibus Signis. Memento attribuere suas partes primo Signo, mox sequentibus.

Vs. 731. *Proxima tricenae* &c.) Plane sic Regiom. Sensum putamus sic esse capiendum: *Proxima* & item *sequentia Signa triginta partes habeant*, donec numerus exhauriatur. Pro, *sequentia*, Codd. Parif. & Lipf. *sententia ducunt*, quæ ad tuendam Scaligeri vulgatam omnino faciunt.

Vs. 732. *Hic ubi deficiet numerus*) Id est, *ubi absumpta erunt* & *deducta omnes triacontades.*

Vs. 734. *Dimidia*) Cod. Lipf. & Regiom. *Dimidiam* (, del. Regiom.) Paris. *Dimidium*. Sin malis illud retinere, intelliges inde, *in sestertios gradus reliqua esse dividenda.*

Vs. 735. sq. *In quo destituent*) Cod. Parif. & Regiom. *In qua destituent* (del.,) *ejus tum*) Idem Libri, *te justum videbit*, pro quo Bentlejus cum Scaligero, *tenebis*. Hoc vult Auctor: *Luna tum erit in Dodecatemorio ejus Signi*, in quo destituent partes sive numeri.

Vs. 736. *Dodecatemorium Signi*) Codd. Parif. & Lipf. forte a Librario græce ignaro, hic & in ceteris habent *Duodec.* Prior autem cum Regiom. casum variat, legendo, *Dodecatemorii signis*, deleta post nota distinctionis.

*post cetera ducet*) Ita prorsus terni, modo laudati, Libri. Postea, inquit, *Luna ducet cetera Dodecatemoria*, pro *stato ordine Astrorum*. Sic supra vs. 717:

Cetera pro numero *ducent* ex ordine sortes.

Vs. 738. *Hæc quoque ratio* &c.) Aliud Dodecatemorii genus, quod dicitur Dodecatemorion Dodecatemorii. Unum Dodecatemorion est sestertius gradus, h. e. quinque dimidii gradus. Singuli dimidii gradus singulis suis Planetis attribuuntur.

Vs. 739. *Major in effectu minor est*) i. e. Hæc altera Dodecatemorii ratio licet minor videatur, est tamen effectu major, quam ratio Dodecatemorii Signorum: quippe quæ per quinque partes notetur, pro quinque Planetis,

U 2

qui

qui suam vim ac virtutem singuli capiunt in illis quinque partibus.

Vs. 745. *quandoque* ) pro , & *quando*. Spectare decebit in quo Dodecatemorio, & *quando* stellæ locatæ fuerint. Quasi dicat, *accurate observanda sunt locus & tempus*. Hanc autem temporis rationem accuratius iniisse videtur Regiom. qui pro *quandoque*, dedit, *tunc quinque locatæ &c.* Edit. Rom. & Ald. *sunt pro tunc*. male.

Vs. 747. *sq. Cujus enim stella &c.* ) Regiom. sic :

*Cujus enim stellæ in fine sub sydere quoque*

*Inciderint, dabit effectus in mentibus ejus.*

Sic fere etiam Cod. Paris. nisi quod pro, *sub fid.* vitiose habet, *sint*. Sed hic rectius Gemblac. *in viribus ejus*. i. e. Dodecatemorion dabit effectus *in viribus ejus stella*, *intra cujus fines & terminos deprehensum fuerit*.

Vs. 750. *Undique ducenda est ratio* ) Codd Paris. & Lips. quibus cum facit Gembl. & cum his Editi omnes. habent *miscenda est ratio*, quo tanquam proprio artis verbo Noster usus Scaligero dicitur. Docet enim, ita Planeta Signis, Signaque Planetis esse *intermiscenda*, ut ex eorum mixturis ratio veri eruatur. Ejusmodi *mixtura* supra quoque Nostro memorata vs. 705. Et diserte Firmicus, uberius hujus artis magister, Lib. II. cap. XXI fin. *Scienda sunt*, inquit, hæc omnia, ut cum ad apotelesmata venerimus, *cuncta miscentes*, & temperantes, sententias nostras fideli veritatis ratione firmemus.

Vs. 756. *tum ponitur usus* ) Codd. Paris. Lips. & Editi nostri, *componitur usus scilicet literæ*: Nimirum, *Usus literæ docetur*, simul ac ea per faciem nomenque cognita fuerit. Regiom. plena distinctione hunc vs. claudit. vs. 757. pro, & *vincla* Paris. & Regiom. *conjuncta*.

Vs. 758. *Hinc verbi structura venit* ) Paris. & Regiom. legunt & interpungunt, *verbis . venit (.)* At *verbi* melius, *legendi* cum seqq. jungit. Sed scribendum videtur, *legendi per verba*, quod habent Paris. & Regiom. mel. *membra*, traditur &c.

Vs. 761.

Vs. 761. *in summam*) Repone, *in summa*. Sic Vetusti omnes. Prodest didicisse priora *in summa*, i. e. summam.

Vs. 762. *primis elementis*) Quis vero alia cogitare elementa poterit, quam *prima*? Satius ergo legere cum Cod. Paris. & Regiom. *propriis* elem. Quam lectionem Codd. quoque Gemblac. & Sixii tenent, teste Burmanno ad Ovid. Tom. II. pag. 626.

Vs. 763. *Vel sua prapropere &c.*) Optime Regiom.

*Perdunt*, quæ *propere* dederint, præcepta magistri.

*Perdunt*, scil. discentes, præcepta, quæ Magistri *propere* i. e. præmature dederunt. Nihil clarius ac verius.

Vs. 764. *Effluat in vanum*) Ita quidem Cod. Paris. Nobis autem adhuc videtur præferenda Regiom. lectio: *Et fluat* in vanum &c. Sic fere Lips.

Vs. 766. *Obrutaque abstrusa*) Malim priscam sequi lectionem, quam servat cum Paris. Regiom. *Erutaque abstrusa* penitus fata &c. i. e. fatales rerum eventus, qui penitus licet abstrusi, mihi tamen & aliis hujus artis magistris eruti, atque *in luminis* oras protrahi, ut ait Lucret.

Vs. 772. *cum surgunt*) Cod. I. Lips. Paris. & Editi nostri vetustiores, *consurgunt*. Sicuti urbes *exsurgere* solent &c. Sic infra vs. 782. *consurgit* opus.

Vs. 773. sq. *Conditor ut vacuos muris circumdare colles Destinat*, ) Lips. *Conditor*, perperam. pro *ut*, universi, &c. velut *Conditor qui occipit circumdare* &c. *Destinat*, pro quo Libri omnes *destinet*, Cod. Paris. in marg. *destinet* omnino videtur esse factum ex *distinet*; *Conditor distinet* ante *manus* (,) ita habent omnes, non *manu*, & luculenter distinguunt Ald. & Rom. *Distinct manus* i. e. occupat aliis magisque necessariis rebus, ante quam tentet (*ipse conditor*) scindere fossas. Non prius incipit fossas ducere, & muros exstruere, quam opus verterit, materiemque, qua ligneam qua lapideam, comparaverit. Cf. vs. 784. sqq. ubi ἀπόδορις veritatem nostræ emendationis & interpretationis ad indubiam usque fidem confirmat.

U 3

Vs. 775.

Vs. 775. *Versat opus*) mente, animo, consilio. Codd. vero Mss. & Editi, *vertit opus*. At *vertere* terram, glebas, de agricolis sulcos ducentibus, proprie dicitur. Unde illa, *vertis opus*, non inepte accipere poteris de veteri Romanorum urbes condendi more, quo factum, ut sulco designarent exstruendi oppidi fines. De quo Tacit. Annal. Lib. XII, 24 ita: Sed *initium condendi*, &, quod pomerium Romulus posuerit, noscere, haud absurdum reor. Igitur a foro boario, ubi æreum tauri simulacrum aspicimus, quia id genus animalium aratro subditur, *sulcus designandi oppidi caput*, ut magnam Herculis aram complecteretur &c. De hoc ipso mœnia designandi more Noster disertius infra, ubi nati sub Scorpione mores & negotia fingens, Lib. IV, 556. sq. sic canit:

*Urbibus augebit terras; junctisque juvencis*

*Mœnia subcinctus curvo describet aratro.*

Ita plane Virgilium imitatus Æneid. V, 755. ubi vide Serv. Confer etiam Isidor. Orig. Lib. XVI. Cap. II.

Vs. 777. *omne volucrum genus, omne ferarum*) Minus venuste hoc *omne* videtur repetitum. Magis aridet prisca, quam Scaliger expressit, lectio: *volucrum omne genus* (del.,) *atque ferarum*. Hic quoque Nostro concinit Virgil. Georg. II, 208. ubi de suo aratore lignicida:

*Et nemora evertit multos ignava per annos,*

*Antiquasque domos avium cum stirpibus imis*

*Eruit: illæ altum nidis petiere relictis.*

Vs. 780. *ferrique rigor per tempora nota* *Quaritur*) dictum *ferri rigor* pro, *ferrum*, imitatione Græcorum. Vide Vechner. Hellenolex. p. m 334. qui geminum Virgilii exemplum recitat ex Georg. I, 143. Adde Nostr. infra Lib. V, 189. coll. annot. nostra. *per tempora nota*) i. e. per regiones. Ita Varro vocem usurpavit, de Re Rust. Lib. II. cap. II. p. m 66 pr. *stabula idoneo loco ut sint: ne ventosa: qua spectent magis ad orientem quam ad meridianum tempus. nota*) i. e. unde id genus metalli peti solet. *notum* pro *consueto*, *assueto*, sæpissime occurrit. Noster altero abhinc vs. supra, *nota* cubilia linquunt. & Virgil. Georg. III, 251

Nonne

Nonne vides, ut tota tremor pertentet equorum

Corpora, si tantum *notas* odor attulit *auras*?

Vs. 784. *cunctanti*) Sic Gemblac. consentiente, uti viderur, Lipsiensis. Sed Paris. & Editi nostri omnes, *traſſanti ſuccedere*, quod, haud ſcio, an commode ſatis & Latine dictum. Puto autem ſcriptum eſſe *conanti*.

Vs. 788 - 809. *Ergo age &c.*) Tradit Auctor his 22 verſibus doctrinam de quatuor cæli cardinibus, ab Mathematicis inſigniter enotatis. Hos nonnulli *angulos ac cuspides cæli*, Græci, *centra* vocant. Sunt autem illi, *Ortus & Occaſus*, *Mefuranium* quod & *Mefuranema* dicitur (vocabulum in Firmico ubique depravatum) h. e. locus mediæ cæli, & huic oppoſitum *Hypogeon* h. e. punctum ſubterraneum, inter ortum & occaſum medium. De his conſule Firmicum Lib. II. cap. XVIII.

Vs. 792. *Qui*) Ita Scaliger ex Gembl. At Paris. Lipſ. & Editi omnes, *Qua*. i. e. quo loco *cardo* cernit terras &c. cernit, ſic infra vs 800.

Vs. 796. *anhelis*) Lipſ. & Editi fere univerſi *habenſis*. Solus Regiom. *habenſas*. Alterum ex Scaligeri conjectura. *Sol*, inquit, *quaſi deſceſſu curſu, ſubſiſtit in cuspide meridiano*.

Vs. 797. *Diſcernitque diem*) Ita quoque I, 633. Sed inde non conſicitur, eandem lectionem h. l. eſſe retinendam. Modo enim de cardine, non de circulo, agitur. Malim itaque priſcam ſequi ſcripturam: *Declinatque diem*, quod eſt, *deſceſcit ad occaſum*. Conf. infra vs. 919. ſq.

*mediamque examinat horam*) Cod. Paris. cumque illo Editi Ald. & Rom. *mediasq. exam. undas*. Regiom. autem propius ad mentem Auctoris, *mediasq. umbras*. Hoc Scaliger quoque reſtituit ex Gemblac. cui Lipsienſis non refragatur.

Vs. 798. *Ima tenet*) ſcil. *loca*. Pari modo, quarto nimirum caſu, V. D. accipi vult ſupra Lib. I, 167 *Imaque* de cunctis &c. Quo minus autem in ejus ſententiam concedamus, facit, quod paulo ibi poſt Auctor mentem ipſe declarat. his: *medium totius & imum eſt* vs. 170. Videliſ & examina, quæ ad utrumque vs. dicta nobis ſunt. Confor

etiam, si placet, notam nostram ad Lib. III, 327. *fundato orbe*) Id est, quia eo fundatur orbis. Eodem Ablativo causæ Noster usus Lib. I, 373.

*Nobilis & mundi nutrito rege capella.*

Vs. 800. *pariterque*) i. e. *pari vel æquali limite*, quemadmodum supra vs. 792. de summo cardine, cui hic e diametro oppositus.

Vs. 803 *aternis*) Hoc longe minus placet, quam *atberis*, quod Cod. Paris. fide firmatum, immerito plane reprehendit Bentleius. Melior lectio vulgata Regiom. *atbericus orbis* i. e. *summum calum*, quod nititur his Cardinibus, veluti *compagibus*.

Vs. 810 - 840. Notat Poëta his versibus dignitatem & potestates horum Cardinum. Nimirum, *primum* Cardinem (vs. 810. sqq.) statuunt artis hujus Magistri illum, qui summum cæli culmen tenet, a quo gloria & honores profuunt ac rerum fastigia *Proximus* (vs. 820 sqq.) est, qui imam tenet stationem; ab eo rerum fundamenta sunt, ac census ratio. *Tertio* (vs. 826. sqq.) concinnatur loco cardinis potestas orientalis, e quo manat Horoscopi adnotatio, vitæ arbitrium, morum moderamenta. *Quartum*, (vs. 836. sqq.) occidentalem puta, pertinere ajunt ad rerum summas, finemque laborum.

Vs. 811. *mundum*) Ms. Paris. *calum*. 814. *decus omne*) Idem & Regiom. *deus omnis*. Simile quid connotare videtur Cod. Lips. hac scriptura, *ds. omni*. 815. *afferat*) Paris. & Regiom. *afferat*. Lips. *adfer*. sed *d* in rasura. *regnet*) Sic Paris. *regnat*, Regiom. *reget*, Lips. 816. *gratia*) Paris. & Regiom. *gloria*.

Vs. 817 *Reddere jura foro*) Phrasis vere Papiniana I. Silv. IV, 47. *Diſſat jura Getbis*, est apud Sidon. Apollin. Carm. V, 568. *urbem*) Pro hoc, confusione fere perpetua, Libri nostri legant, *orbem*, quod tamen h. l. alteri præferre malim, ideo præsertim, quod sequitur, *externas jungere gentes*.

Vs. 821. *aternis nixum*) Codd. quidem Gembl. & Lips. satis bene, *alternis mixtum* Sed magis placet *alterius mixtum*. Sic Regiom. Rom. & Ald. Cod. vero Paris. *a'terius nixum*



*nixum*, quod eodem redit. Nimirum, *imus* hic *cali cardo* sustinet orbem seu hemisphaerium inferius, quod *nixum* est *radicibus alterius*, supple *orbis*, seu hemisphaerii superioris. Vs. 822. in *speciem*) Codd. Parif. Lipf. & Regiom. in *species*. Idem mox, *usu* pro, *usus*.

Vs. 823. *Fundamenta rerum*) Infra Lib. III, 96 *Fundamenta domus* i. e. *opes*; quas & Græci hujus artis Magistri *Βασιλεια* vocant. Hinc Cicero in Or. pro domo §.XXXVI. dessevisse se, ait, subitas *fundatissima familia* ruinas. pro, *ditissima*.

Vs. 824 *sq* *Quam rata sint fossis, scrutatur &c.*) Non desunt his duobus versibus lucubra scriptiois Manilianæ signa. *Scrutatur* legit quoque Regiom. *scrutantur*, Codd. Parif. & Lipf. Ad illustrandam vero sententiam omnino facit Julius Firmicus, qui Lib. II. cap. XXII. de *imo celo*: Hic locus, *inquit*, ostendit nobis parentes, patrimonium, substantiam, & *quicquid ad latentes vel repositas patrimonii pertinet facultates*.

Vs. 825. *quantum contingere possit*) Cod. Parif. & Libri Vetusti, *possit*. quod non erat certe mutandum. *Contingere*, (sic est in margine Cod. Parif. pro varia lectione *is conjungere*, quod habet in contextu) sonat *adipisci, assequi*. Phædrus de canibus corium e fluvio extracturis: Sed rupti prius periere, quam quod petierant, *contingerent*.

Vs. 826 *aquali pollens in parte*) Codd. Parif. Lipf. & Editi Vetust. *atque illi tollens*. Multo autem rectior lectio, quam infelicitur castigavit Vir magnus, *atque illi pollens in parte* &c. ubi *pollens*, idem ac *præpollens*, *prævalens in parte*, quod vulgo dicitur *ex parte, aliquatenus*. Re enim vera hic locus præstat alteri, quem proxime descripsit. Quorsum enim magnæ res, *sine morum probitate, sine fortuna, sine artibus*, quæ huic cardini assignat? Itaque non immerito hunc loco posuit Jul. Firmic. Lib. II. c. XXII. in quo *vita hominum & spiritus continetur*, ex quo totius *gentis fundamenta noscuntur*. Hic locus, sic pergit, *ab ea parte, in qua fuerit horoscopus, vires suas per residuas partes 30 extendit*. Est autem *cardo primus, & totius gentis compago atque substantia, qua reliquis adi-*

*tum prabet.* Ceterum non vana nobis subnascitur conjectura, Nostrium, perversos seculi sui mores, quos supra vs. 592. sqq. acrius perstrinxit, hoc quoque loco pudori dare voluisse. Poëtam enim magis quam Astrologum se ostensurus, sciens volensque geniturarum ordinem invertit, ita quidem, ut honores ac divitiæ antecederent regulam morum, artium studium, ingenii culturam. Hi sunt, quos pleno ore risit Juvenalis Lib. IV, X, 23. sqq.

*Prima fere vota, & cunctis notissima templis,*

*Divitia, crescant ut opes, ut maxima toto Nostra sit arca foro.*

Cf. Eundem Libr. V, XLV, 175 sqq. & 205. sqq. Horatius item Epist. Lib. I, 53.

*O cives! cives! querenda pecunia primum est,*

*Virtus post nummos.* — Idem Satyr. II, V, 8.

*Et genus & virtus, nisi cum re, vilior alga est.*

Vs. 828 *Unde*) Codd. Paris. & Lips. *Una Pro, redit, fidem Codd dedit. & mox, describet Lips. pro describit. Rom. Quaque pro, Unde.*

Vs. 829. *Hinc*) Regiom. *Hic, recte. Horoscopus* Græci Horoscopus ab horæ natalis notione appellarunt. Sic enim Dio Cassius: τὸ μέρους τὸ τῇ ὥρᾳ ἐπισκοπῆν, ὅτε ἡς εἰς τὸς ἐξῆς. Est autem *Horoscopus* ea pars cæli, quæ genituræ tempore ab orientali parte cæli emergit in hemisphærium nostrum & *ortus* appellatur.

Vs. 830. *Nec capit externum*) seu *Latinum* nomen. Perperam Cod. Lips. *extremum.* & statim, *numine pro, nomine.* Poterit *Horoscopus*, ore Ciceronis, *nata's hora* vocari, ex cujus observatione *natalitia* prædicta fiunt, ut ipse loquitur. Poteris etiam *Horoscopus* dicere, cum Plinio, *extortivam boram.*

Vs. 831. *vitaï*) Inusitata Nostro hæc secundi casus forma, & vel soli Lucretio maxime familiaris; quem quidem ad has usque minutias Noster imitatus non est. Dedit autem, *arbitrium vita, atque hic &c.* Sic enim legunt Cod. Paris. Regiom. Ald. & Rom.

Vs. 831.

Vs. 831. *hic regula morum est* ) scil. moderante *Genio*, qui ingenii dator & fictor, ac formator morum censebatur, prout quisque eum nascendo consecutus esset. Ideo Horatius:

Scit genius, natale comes qui temperat astrum.

Vs. 835. *Utcunque subscribent* ) i. e. prout bene vel male subscribent. Unus Regiom. hanc tutatur lectionem. Alii, *utrunque* vel *utrimque*. male.

Vs. 839. *Conjugia atque epulas* ) Codd. Lips. Paris. juxtaque hos Regiom. & ceteri omnes, *conjungitque epulas*, quibus homines desidiosi præ ceteris delectantur. Sunt autem ut plurimum tales, qui *ad extrema vita tempora* pro-  
vecti, *cætus* amant *hominum* ipsos convenientium, qualis senex ille Scævola augur, quem *in hemicyclo sedentem* depingit Cicero in Catone pr: *Cultui quoque deorum* decrepitos magis sollicitè, quam florentis ætatis homines, suo olim tempore vacare solitos, hoc ipso Noster haud obscure innuit, quod ultimo demum loco hoc officiorum genus posuit. Vs. 841. *quoquam* ) Codex MS. Paris. *quoque*, Ablativus *in* *quisque*. quod non improbandum.

Vs. 843. *Per quadrum dimensa* ) Scaliger, assentientibus membranarum Gemblac. Paris. & Lips. *Per majus dimensa* &c. Regiom. *demens*. eodem sensu. Notat autem, non unos tantum cardines esse observandos, sed & *intervalla* seu *quatuor intermedia spatia*, quæ quidem *magis extenduntur*, quam ipsi Cardines, quæque suas in hominum ætate partes sibi vendicant.

Vs. 844. *ab exortu* ) Sic Cod. Paris. At Regiom. *Ex ab ortu*. minus bene, quod patet ex vs. 864.

Vs. 845. *Ætatem primam* &c. ) Membranæ, juxta cum Impressis omnibus, legunt

*Ætatis prima nascentisque* asserit annos.

Quæ quidem lectio, quod satis Latine sonat, sollicitari minime debuit.

Vs. 851. *Perpetua serie varioque* ) Ceteri universi, *Et propria serie varioq.* Illi *Et*, sequens quæ cohæret, uti infra, vs. 859.

vs. 859. Unde sensus: *non tantum quæ proprio progressu, verum etiam quæ diversa exercitatione ulum acquisiverunt.*

Vs. 852 *At qua* ) Regiom. *At qua* scil. pars vs. 849. Paris. Ms. *At* ( superne *Et* ) *qua* proficitur *cursum redeunte* sub imo. In his, *cursum red.* ceteri omnes consentiunt. Intelligit Auctor spatium interceptum inter *inam celi & ortum*. Hoc posterius punctum similiter supra descripsit vs. 799. In quo principium est *reditus*. & vs. 828 Unde dies *redit*. Quare non possum assensiri Macrobio, qui in Somn. Lib. I. cap VI fin. dicit, Solis annum *reditum* vocari, *quia eadem Signa per annos singulos certa lege metitur*. Dixerit potius, quia Sol, cursu absoluto, *eo redit*, quo præteritum annum inceperat, jam novum inde exorsurus.

Vs. 853. *Tarda spiratum* ) Solus ab hac lectione discedit Regiom. qui legit, *Tardaque spiratum* &c. Sic in Gemblac. quoque legendum, pro, *Tarda spiratum* Pottuit autem Noster dicere, *arcum spinatum* extremam celi curvaturam, quæ spinæ dorsû, qualis senibus esse solet, i. e. incurvatae, speciem refert, & per quam Signum lassum cursu ad ortum adscendit.

Vs. 855. *Labentemq diem &c.* ) Sic quidem Codd. Gemblac. & Lips. At Paris. cumque hoc editi Regiom. Ald. & Rom. *Labentis dies vitæ*. ubi *labentis*, secundo casu, ad *vita* referendum; nisi malis, me tamen non consentiente, quarto casu accipere, antique scriptum pro, *labentes*. Quemadmodum autem Nostro *labentia sidera* dicuntur, quæ ad occasum vergunt, ita non minus eleganter parvum illud, quod *senibus decrepitis reliquum est*, *vita spatium* vocatur *vita labens*, termino quippe suo proxima.

Vs. 859. *ulstroque* ) Sic vulgavit Bentlejus ad normam Lib IV, 505. quo tamen loco sibi non constat, cum dedit *ultra*, pro quo Cod. Paris. & Regiom. itidem *ulstro* habent. Unum autem valet alterum, auctore Perott. col. 265. fin. Nimirum, utrumque pro *supra* poni nonnunquam solet. In cujus asserti fidem bina Perottus excitat Virgilio loca, quorum altero, Æneid. V, 446, de Entello : & *ulstro*

Ipsæ gravis graviterque ad terram pondere vasto Concidit :

Falsus

Falsus Ruzus, qui putat esse dictum pro, *per se ipse, nullo impellente*. Magis commode, sed sua tantum auctoritate, Servius exponit *e contrario*, eo quod alter cadere debuerat. Malim reddere *procul*, quod antecedentia suadere omnino videntur. Etenim *Entellus insurgens alte extulit, & vires in ventum effundens, altero scilicet elapso, concidit ultro*, i. e. *procul*, quasi ex alto. Firmat hanc notio- nem luculentissimus Plauti locus, Captiv. III, IV, 19.

Proin tu ab istoc *procul* recedas. HE. *ultro* istum a me. Conf. Amphitr. I, I, 164. & Casin. II, VIII, 23. Eodem omni- no sensu Noster dicere potuit: *Astra vires acceptas ultro remittere*, i. e. *procul a se*, nimirum in terram. Hac quidem ratione nulli dubitarem accedere lectioni Bentlejanæ, nisi Codicum auctoritas obsta- et Illi enim, quos vidimus omnes, Scaligero patrocinantur, qui dedit, *caloque* remitt. quod certe non tam ignare dictum, quam Bentlejus puta- vit. Hunc enim, si quidem ita sciz, sit Auctor, sensum fa- cile admittit: *Astra remittunt vires*, ex terræ vapo-ribus & exhalationibus aquarum acceptas, *calo*, i. e. ætheri, ex- cuius temperie, pro varia locorum fœderalium dispositione, hominum commoda vel incommoda proveniunt. Conf. Lib. I, 157. sqq. & Firmic. Lib. II cap. XIX sqq.

Vs. 862 sq. *vario nunc dixia honore* ) Malim legere ex MS. & Impressis præstantioribus, *dives*, quocum hoc *sterilis* vs. seq. a plerisque connectitur. Sic enim legunt & distinguunt

*vario nunc dives honore,*

Nunc *sterilis* (:) *pœnamque sexentia fœdera sedis.*

Erit fortassis, ut in alio Codice luminatio quis legat *sexent jam*, pro *sexentia*. Loquitur autem de loci natura, quæ modo fecunda est vario honore, modo inops atque men- dica. Cumque illa cogit fœdera obtemperare sibi, fit inde, ut hæc in sterili statione locata, duram suæ sedis sortem sustineant.

Vs. 864. *a summo tertio calo* ) Ita Scaliger ad fidem Gembl. At Regiom. & ceteri, *a summo fœdere cali*. Vide Fir- mic. Lib. II. cap. XXII.

Vs. 868

\* Vs. 868. *non præstet cardine mundi* ) *Cardo mundi*, Horoscopus. Itaque Manilius duodecimam, ait, domum, quæ est super ortum, infelicem esse; sextam, quæ est sub occasu opposita duodecimæ, æque esse infelicem, ne hac parte Horoscopo melior sit occasus.

Vs. 869. *Utraque prætentæ* ) Ita Mss Gembl. & Lips. At Cod. Paris. & Impressi omnes, *præterita* ruina, quasi dicat, propter damnum antea acceptum.

Vs. 870. *Porta laboris erit* ) Ald. & Rom. *Orta* laboris erit. aperto vitio, quod traxerunt forte ex Cod. Lips. ubi tamen penultima litera *t* rasuræ nota tenetur, ut sit legendum, *Ora* lab. i. e. regio, locus. Cod. Paris. luculenter, *Orta* labros, pro quo in marg. *laboris*. Regiom. rectius, *Orta labans* erit & scand. est atq. cad. *Orta* scil. alterutra domus, vel cui *orta* seu assignata fuerit, *erit labans* i. e. incerto pede in illa versabitur; verendum enim, ne ascendendo cadat, neve descendendo præceps ruat. At non minus bene legitur, *Porta laboris*, quod ceteroquin unius Scaligeri conjecturæ debetur. Utraque enim domus *porta laboris*: nam duodecima ascendit ab Horoscopo, cadit sexta sub occasu; utrumque vero, ascensus nimirum & descensus, laboriosum est.

Vs. 871. *Nec melior super occasus* &c ) Regiom. & Rom. *occasu*. Explicat Auctor, his 10 versibus, situm ac dotes secundæ & octavæ stationis, quæ pariter sibi opponuntur. Altera, quæ secunda est, sub Ortus sequitur: altera, octava scilicet, desuper Occasum pendet. Unde hanc utramque cum sexta & duodecima comparat Poëta, quia par utrobique fors; est enim in utraque cadendum & descendendum. Domus secunda præceps est: octava superne pendet. Hæc metuit finem, cum instet occasus in vicino cardine: illa cadit ab Horoscopo, cui subjacet.

Vs. 872. *superne* ) Codd. Paris. & Lips. *superna*, quod vulgavit Regiom. Vs. 874. *fraudata* ) Paris. & Regiom. *fundata*: quo sensu, mihi non satis liquet.

ibid. & seq. *merito Thyphonis habentur Horrendi sedes* ) Libri nostri, *Horrendæ sedes*. Utraque lectio bona. *Malim* tamen priorem. Neque enim sedes horrenda magis, quam

quam natura Typhonis. Consule, si vacat, Natalia Comitiss  
Mythol. Lib. VI. cap. XXII. p. 651.

Vs. 877. *in alvum*) Magis placet, *in altum*, quæ ce-  
terorum omnium est lectio, *in altum* i. e. profundum, scil.  
Tartara. Conf. Nostr. Lib. IV, 642. & quæ ibi notavimus.

Vs. 880. *flagrantem*) Regiom. Ald. & Rom. *flagrantes*.  
Referendum hoc ad *partus*, quos dixit vs. 877. *compul-*  
*fos*, *cadentes* &c. Cod. Lips. *flagrantis*, prisco scribendi  
more, *is* pro *eis* vel *es*.

*monte sub Ætna*) Longe venustius Cod. Paris. & vulgatus  
Regiom. *monte sub Ætna*. Communior hæc, de Typhonis  
sepulcro, sententia. Alii aliter. Confer Herodot. Lib. III, 5.  
& Steph. Byzant. in *Ἡρώ*. Adde Natal. Comitem loc. cit.

Vs. 881. *At qua fulgentis* &c.) Codd. Paris. & Re-  
giom. *Atque resulgenti* Cod. Lips. atque *resulgentis*, ulti-  
ma vero litera in rasura. *cali*) Cod. Paris. & Regiom. *calo*.  
Vs. 882. *vix*) Iidem libri, *neve*. Cod. Lips. *nec* Quod dedit  
Scaliger, *qui fungitur*, nostri quoque libri agnoscunt.  
Hos autem binos versus pessimo consilio & præter Aucto-  
ris sententiam, ab antecedente divellit V. C. & qui eum  
secuti sunt interpretes, quos tamen vel ipsum vocabulum  
*Atque*, quod universi libri ferunt, erroris monere sui de-  
buisse. Nos equidem addictam illis fidem religiose serva-  
turi, eosdem versus ex Cod. Paris. & Regiom. quos mini-  
mis urgeri vitiis animadvertimus, citra ullam hæsitacionem  
& mutationem huc rescribimus:

*Ipsa tremit mater flagrantes monte sub Ætna*

*Atque resulgenti (,) sequitur fastigia cælo*

*Proxima (,) neve ipsi cedat (,) qui fungitur (,) astro (.)*

Habes elegantem ignivomi Ætnæ descriptionem, quam  
Auctor hac opportunitate ab origine deduxit. In concin-  
nando verborum ordine, siquidem nostram sequeris inter-  
pungendi rationem, non multum erit certe tibi laboran-  
dum. Sic enim ille procedit: *Ipsa mater*, Terra,  
*tremit flagrantes* suos partus *sub monte Ætna*, *Atque pro-*  
*xima calo resulgenti* scil. ob miram cellitudinem montis,  
qui

qui caput inter nubila condit, *sequitur fastigia sua, ne ve* (pro vel) *ipsi astro cedat is qui fungitur* scil. *fato*. Quorum quidem facilis ac certissimus tibi sensus enascetur, si verbum *sequi* propria notione acceperis, quam ab hoc *secare*, per modum derivationis, ducit. Videatur Perottus col. 228, post med Nimirum dicere vult Poëta, *Ætnam flammis secare fastigia sua, quo fit, ut Typhæus; qui sub hoc tumultu furus agit; non minor sit fastigii sui splendore vel* (intendendi particula) *ipsi astro, puta vel, Eridano fluvio, ad cujus instar flumen igneum emittit; vel, celo, per synecdochen partis pro toto; vel, astro i. e. Soli, qui fidus absolute dicitur* Justino Lib. XIII, VII, 10.

Vs. 883. *Spe melior - videlicetque priorum*) Agnoscit illud *Spe* Cod. Paris. Poëtæ vero scripturæ quam potest proxime accedit vulgatum *Regiom Jam* mel Novum enim sic caput tractationis ordiatur sapillime. Exponere vero nunc instituit undecimæ stationis naturam, quæ *melior prioribus*, utpote *priores ante se currentes prateritura*. Ita quidem Scalligero interpretari visum. Malim vero legere cum Lips. & Regiom. *piorum*, quod hic locus est *bonæ fortune*, qua quidem vel pessimi vincere *pior*, i. e. probus frugique homines, solent.

Vs. 884. *summe comes addita fini*) Cod. Paris. *finis*. minus venuste Illud autem rarissimo exemplo generi feminino sociatur. Hoc solus, quem sciam, Lucretius tuctur Lib I, 108 & V, 383. Rem exponit Firmicus Lib. II. cap. XXII. fin. his potissimum verbis: *Est autem locus (undecimus) ♄, ♃ cum Horoscopo non parva societate conjungitur. De Hexagono enim Horoscopus videt, ♄ de Hexagono ab Horoscopo videtur, ejusque radios capit.*

Vs. 886. *minime est mirum*) Hoc est, in nostris quidem Codd. non legitur, nec dedit Regiom *summe*) scil. *sed* vel *domini* Cod. vero Paris. Lips. & Edici præstantiores, *summo*. suppl. *fini* vel *cardini*.

Vs. 887. *fortune forte*) Libri, quos vidimus, universi, *veneranda fiste*, quod rectissime Fayus exponit, *augusto titulo*. Nec trutasset forte Bentlejus, nisi falso sibi persuasisset, hoc *dicatur* esse positum pro, *consecratur, dedicatur*. Tu, vel me non monente, rectius putaveris, illud esse



Esse Coniunctivum τῷ dici, quod est, *appellatur, vocetur.*

Vs. 888. *Cui titulus fortis*) Codd. MS. & Libri nostri principes constanter: *Quod titulus felix.* Pro *consensum*, quod habent Codd. Paris. & Lips. vulgavit Regiom. *sensum.* recte. *Siquidem, inquit, nostra lingua potest κατὰ γράμματα assequi sensum ὅτι vim Græcæ.*

Vs. 889. *vertitque*) Cod. Lips. *virtutisque.* Cod. Paris. & Regiom. *virtutis nomine nom.* Bonincontrius, quem Fayus sequi maluit, *veterique a nomine nomen.*

Vs. 890. *Jupiter hac habitat: fortuna crede regenti.*) Perperam hæc sunt a sequentibus divulsa. Neque enim illa, *fortuna crede regenti*, sententiam absolunt; neque hæc Poëtæ foret rationi consentanea, quippe qui Lib. III, 529. *de fortuna* non minus vere quam venuste:

Usque adeo permixta fuit, nec permanet usquam;

*Amisitque fidem variando cuncta per omnes.*

Continuanda ergo sententia usque ad vs. 892, si quidem veteres sequamur Editores, quorum nemo præstantior Regiomontano, qui ipsam Manilii manum refert his verbis:

*Jupiter hac habitat: fortunam credere genti*

*Huic atque imperium (;) simili dejecta sub orbe*

*Imaque submersi contingent fulmina mundi.*

Pro, *hac hab.* Codd. Paris. & Lips. *hoc*, quod forte in Gemblac. quoque legit Scaliger, qui tamen in notis variavit *hic hab.* Quodsi legere malis *hac*, supplendum, *statione*, & sequens *credere* dictum erit pro, *credit*, scil. *Jupiter.* quod loquendi genus Tacito fere proprium, certe usitatissimum. Præstat vero accipere *hoc habitat*, forma frequentativa, τῷ *babeo*, cuius significationem h. l. servat. Vide Nonn. Marcell. & Perott. in voce. Itaque Noster, undecimæ stationis habitum expositurus, ait: *Jupiter*, si quando in hac statione constitutus genituræ, præsertim diurnæ, præest, *hoc habet*, scil. *in more positum*: nimirum, *credere fortunam* &c. Eadem vocis structura & notione Noster Lib. IV, 180, coll. not. dixit:

X

Hoc

*Hoc habet hoc studium: postes ornare superbos &c.*

*Credere* i. e. concredere, fidei committere. *fortunam* i. e. felicitatem, opes. *genti huic* pro, familiæ certæ alicui. *atque imperium*, seu fasces consulares, proconsularem potestatem, *simili* scil. fortunâ. *dejecta imaque* scil. loca i. e. familia, (quemadmodum dicitur quis *bonefso*, vel *nobili loco* natus) *sub orbe* scil. fortunæ, quam *dubio stantem orbe* fingit Ovidius Trist. V, VII, 7. & Tibull. I. Eleg. VI, vs. ult. (V, 70.)

*Versatur celeri fors levis orbe cito.*

Sic habent editorum nonnulli. Quis autem crediderit, elegantissimum Poëtam hoc *cito*, sive sit Ablativus casus sive Adverbium, huic *celeri*, quod idem sonat, superaddidisse? Legendum omnino cum libris vetustioribus, *orbe rota*, quam diserte, adjungit *orbi fortunæ* Cicero in Pison. cap. X. *contingent* i. e. evadent, evenient *fulmina*, eo sensu, quo *geminis Scipiade* audiunt *fulmina belli*, Æneid. VI, 842. *submersi mundi* hoc est, *orbis australis*, qui pariter Nostro *submersus* dicitur Lib. II, 837. Sensus itaque horum verborum: Jove fortunante, qui ad hanc stationem suam referunt genituram, etiam si loco abjecto, ignobili obscuroque nati, potentissimi fient vel remotissimarum gentium rectores. Hanc vero nostram, eamque non novam magis, ac vero simillimam interpretationem egregie comprobat Firmicus, qui Lib. III. cap. IV, *Jovis in undecima statione* decreta exponens, *maximas*, inquit, *decernit felicitates*, *magnasque divitias elargitur*. *Dat etiam clarissimas potestates, fascesque ac proconsulare decernit imperium*. His ita constitutis, nullo certe admitti jure possunt Codd. Paris. & Lips. quos tamen non vidit Scaliger, qui dedit vs. 891. *Huic in perversum*, quæ quidem, mira usus indulgentia, recipiendo probavit Bentlejus. Neque enim *perversum* æquipollet huic *adversum*, quo post hos demum duos versus utitur Auctor, ad designandam stationis quintæ rationem, cui quidem exponendæ iisdem accedit verbis, quibus vs. 910 tertiam domum describendam orditur.

Vs. 893. *Adversa qua parte nitet &c.*) Hanc a Scaligero, Codicis Gemblac. ope, feliciter restitutam lectionem omnino probamus. *Est enim quinta statio undecima ex adverso posita*, Mianus bene Regiom. & Pukner. sic:

*Ad*

*Adversaque nitet defessa parte peracta*

Nec multo meliores MS. Parisinus & vulgatus Aldi, quorum hæc est lectio:

*Adversaque nitet parte ☿ defessa per acta*

In membranis quoque Lipsiensibus *per acta*, adeoque divisim, legi Vierſchrotus V. C. annotavit. Quæ si quis cum proba Latinitate vel cum sensu Poëtæ conciliare poterit, magnas ei hæc literæ gratias debebunt. Nos interim rectius facturi nobis videmur legendo conjunctim, *peractâ Militiâ*, quod quidem pulcre dictum putamus pro, *munere vel cursu peractō*.

Vs. 896. *Nondum sentit onus mundi*) Veteres membranæ & Editi præstantiores, *opus mundi*. recte. Nam, Servio docente, *opus* dicimus, quando *ipsum* significamus, quod geritur. His itaque, *Nondum sentit opus mundi*, omnimode apposita est Scaligeri interpretatio: *Nondum ad imum cardinem pervenit, qui sustinet onus mundi*. Quibus adeo recte Noster ipsi docere videtur, *non ab imo cælo ad occidentis cardinem: sed a quinta domo ad imum cælum, ab imo cælo ad Horoscopum progressum fieri secundum cæli motum*. Nam prima & secunda domus vulgo dicitur secundum consequentiam Signorum, non autem secundum cæli motum.

Vs. 897. *Damonien*) Sic quoque Regiôm. græcanica scilicet terminatione, expressit. Cod. Paris. *Demonium* legit. Hoc Aldo quoque vulgatum, Prukn. *Damonem memorant*, quam lectionem metrum damnat.

Vs. 898. *Quæritur in verso titulus*) Ita quidem Cod. Gemblac. legente Scaligero, & Lipsiens. annotante Vierſchroto. At non in versu tantum, verum etiam in prosa *titulus* vel nomen Latinum desideratur, quod huic *Δαμωνίη* satis apte respondeat. Quapropter rectius Scaliger dedit *inverso*, quod Cod. Paris. tuetur, approbantibus quoque Regiôm. Ald. & Prukn. *inverso* seu *latine versendo*, scil. vocabulo, *quæritur titulus*. id est, *Latine adhuc versi non potest*.

ibid. *tu corde sagaci Conde locum ☿*) Scripti pariter cœusi, quos vidimus, omnes cum Scaligero faciunt, qui-

X 2

emissa

omissa post hoc *titulus* interpunctione majore, legit, *sub* cord. sag. quod alteri omnino præferendum.

Vs. 899. *nomenque potentis*) Habet hoc *nomenque* Cod. Gemblac. ex quo dedit Scaliger. Cod. vero Paris. & Editi præstantiores universi, *totumque* potent. quod alteri præstare omnino videtur. Cujus enim, quæso, usus foret tenere *nomen Dæmonies*? Quo quidem magis refert, *totum*, quicquid est ejus numinis, animo complecti. Quæ vero illi *totum* adhæret vocula *que*, non ad sensum, sed ad pedem supplendum pertinet.

Vs. 900. *revocentur*) Repone, *revocantur*; dictum per enallagen pro, *revocabuntur*. Frustra est Bentlejus, qui minus justæ mutationis subsidium quærit supra, vs. 771. ubi manifesta Conjunctivi modi ratio in præcedente vocula, *ut*, quæ ab hoc loco exulat.

Vs. 901. *Hic momenta manent*) Recte habet illud *Hic*, modo *manent* sit ab hoc *maneo*. Sed in Cod. Paris. pariter ac editis Regiom. & Ald. legitur *Hinc*: unde rectius statueris. hoc *manent* dictum esse, per enallagen Modi, pro *manant*; quo propius nos afficere illa salutis & ægritudinis momenta possunt, quam si in loco, quo gignuntur, quasi reclusa manent. Cui quidem, quam nostram facimus, lectioni præ primis favet, quod illa vitæ quietioris aut morbis infestæ discrimina cum aëris tum corporis humani humoribus sunt adferenda, quorum sane proprium vocabulum est *manare*, quod, Festo interprete, dicitur, *cum humor ex integro, sed non solido nimis, per suas minimas partes trumpit*. quod ex Græco trahitur, quia illi *non satis solidum* *μαρὸν* dicunt.

Vs. 902. *cacis*) Hoc in margine Codicis Paris. pro varia lectione. in contextu legitur *tetris*, quod Regiomontano quoque & Aldo servare visum.

Vs. 903. *Viribus ambigua in geminis*) Cod. Lips. & Regiom.

*Viribus ambiguum geminis, causaque deque*

In Cod. vero Paris. & Editis Ald. & Pruken. ceteris invariatis, legitur *diei*, recte. *Hinc*, enarrante Scaligero, *surgitis* *discrim-*

*discrimina vite nostrae*, quod ambiguum est, an accidat duplicibus viribus & causa diei pollentis duplici vi in utramque partem, nempe salutis & morbi.

Vs. 905. *post articulum*) Libri scripti cuique omnes, *post astra diem*, quod idem ac, *per sidera*, infra vs. 922. quasi dixerit, inter reliquos Planetas.

Vs. 906. *nutantis*) Sic est in membran. Paris. & Lips. quibus accedunt Ald. & Pruken. Aliter visum Regiom. qui dedit, *mutantis*, quod ad hoc *athera* referendum, cui vs. seq. omnium omnino Codd. iudicio, hoc *Degere*, quod Bentleji est, loco cedere debet. *Phæbus*, inquit, *habet post astra* (supr. vs. 905.) *medium diem* seu medium cæli, non tamen absolute, sed *qua primum de vertice summo curvatur calum*, quod *mutat athera* i. e. aërem.

Vs. 907. *Degere Phæbus amat*) Libri omnes reclamant *Æthera*. Ald. Pruken. & recentiores omnes, nescio quo auctore, *amat*. Regiom. *Æth. Phæb. habet*. Cod. Paris. *adit*. Membran. Lips. *aut.* quod nihili proisus.

*ibid. sub quo quoque*) Illud quo Codd. Paris. & Lips. non agnoscunt. Regiom. sub quo *jam corp. nostr.*

Vs. 908. *Doter & vitia*) MS. Lips. & impressi principes, *Decernunt vitia*. Longe rectius Cod. Paris. *Decurrunt vitia*. Locutio Maroniana: Georg. II, 39. inceptum *decurrere* laborem. *Vitia corporis* autem, proprie loquendo, non sunt *morbi*, quos quidem prudentia veterum ab illis sic voluit separari, ut sit morbus cum accessu utique aut temporis aut contagii, *vitium* perpetua & insanabilis atque irrevocabilis causa. Hinc *corpore vitiatos* dicimus, qui cæci, vel claudi, vel manci nati factive sunt, aut aliud huiusmodi vitium patiuntur. Hæc quidem ex rei veritate Nonius Marcell. & Perottus in voce. Itaque *decurrunt corpora nostra vitia*, cum male affecta, perdurando fenescunt; idque Phœbo sospitante.

Vs. 909. *Concipiunt*) Cod. Lips. *Concupiunt*. vs. 910. *huic adversa*) Idem Cod. & Paris. *huc adv.* Sic quoque Ald. *huic* Regiom. Pruken. ceterique recentiores, recte.

Vs. 912. *furvumque*) Libri omnes, *fulvumque* nit. *mor-  
tesque*) recte sic. Fidem faciunt Codd. Lipf. Parif. & editus  
Regiomontani.

Vs. 914. *Terga*) Codd. MS. & Editi omnes, *Regna*,  
quod non oportuit mutari. *Regnum* & *domicilium* Poëtia  
synonyma. Exempla collegit Axen. ad Phædr. L. I, XXX, 8.  
Quibus ille, non iusto certe titulo, accensuit Nostri locum  
Lib. II, 227 *regnoque* superbus Lanigeri gregis aries. Ibi  
enim *regnum* valet principatum, imperium. Idem fere  
judicandum de ipsa Phædri locutione, quam illustrare V.  
D. instituit; *pulsus regno nemoris* i. e. de *principatu* gregis  
dejectus, coll. ibi vs. 9. Noster autem hoc loci *regna*,  
per enallagen dicit *domum* seu *stationem*, qua Sol, frater  
Lunæ, regnat.

Vs. 915. *Fataque damnosis* &c.) Hunc versum Bentlejus,  
ut plurimos alios, aut non intellexit, aut illustrare noluit:  
Ergo, a mala manu intrusus. An ne vero proscribendus? Percipe  
sensum verborum, & judica. Dicit Auctor: *Lunam imitari*  
*fata* Solis, quæ decernit corporibus nostris per *damnosa* *fi-  
nes* oris sui i. e. quamdiu regnat, Confer Nostrium supra  
vñ. 94. fqq.

Vs. 919. *summa acclivia*) Sic quidem Ald. & Pruken.  
Scripti vero Libri Parif. & Lipf. quos secutus Regiom. *sum-  
ma declivia* i. e. ea quæ *summa* sunt, *declinando* ad infe-  
riora, *finem* inveniunt &c. vs. 920. *Culinaque*) Dicti libri  
vetusti, *Culmineque*. Recentiores, *Culinaque*.

Vs. 921. *libratum*) Cod. Lipf. lectoris forsan errore,  
*librarum*. Mox, pro *examine*, Cod. Parif. & Regiom. *ex  
ordine*. Gemblac. vulgato patrocinator. vs. 923. *velut in  
facie*) Iidem Libri, *veluti faciem* &c.

Vs. 922. *Adserit banc Cytbera* &c.) Rursus redit ad  
quatuor Cardines, quos supra consideravit quatenus sunt  
Cardines; nunc vero quatenus Domicilia καὶ ἐκ τῶν πρᾶγμα-  
τῶν τῶν σωστικῶν. Præterea illis attribuit suas tutelas,  
quod supra non fecerat. Tutelare *medii cali* numen, Venus.  
*ini cali*, Saturnus, vs. 931. *Horoscopi*, Mercurius, vs. 943. *oc-  
casus*, Dis pater, vs. 951. Atque uti supra, ita hic *incipit a me-  
dio calo* (vs. quo nunc) propter excellentiam. Locus enim ille  
alibi

aliis propterea præfertur, quia plenissimo lumine supra omnes illustratur.

Vs. 924. sq. *Per qua humana regit &c.*) Hos duos versus omnium, opinor, rectissime constituit Regiom. sic:

Quocirca humanæ propria est hæc addita parti

Jus & connubia & thalamos tēdasque gubernat.

Cod. Paris. quoque, *addita*, non, *reddita*. Lipf. altero versu retinet hoc *Vis*, sed pro *ut* legit &, in fine, *gubernat*. Unde merito suspicamur, illud *Vis* vel scribæ Librarii, vel Lectoris vitio laborare. Recte autem & eleganter *Jus* & *connubium* dictum judicabis pro, *Jus connubii* &c. Figura hæc endiadys probatissimis Poëtis usitata. Vide Servium ad illud Maronis: *molemque & montes*, Æneid. I, 65, pro, *molem montis*. Pari figura Noster Lib. II, 406, *juvenique urnaque* pro, *juveni cum urna* i. e. Aquario. Confer quæ diximus ad II, 233. & ad III, 71.

Vs. 926. *decet*) Hoc Cod. Paris. tuetur. Lipf. vero & Regiom. *docet*. quod malim.

Vs. 927. *quod percipe mente*) Hæc quidem Codicis Paris. lectio est. Magis vero placet hæc: *quo percipe mentem*. Sic Cod. Lipf. Regiom. Ald. & Pruken. Sensum hæc fundit altera certe longe commodiorem, forte significantius quoque sonantem. Dicit Auctor: Nomen erit, *Fortuna*, loco; quo, pro hoc, scil. nomine *percipe mentem*, non Auctoris Poëtæ; sed *ipsius loci*, i. e. dispositionem & habitum, vim ejus & efficientiam. Eadem locutione, quamvis alia in re, usus Maro Æneid. I, 680, ubi Juno ad Cupidinem: nostram nunc *accipe mentem*. i. e. interprete Servio, *dispositionem & consilium*, quod meditabatur vs. 678.

Vs. 928. *Ut brevia in longo compendia carmine præstem.*) Quænam heic *συνάψια* verborum? *percipe mente nomen loci*, *ut præstem brevia compendia* &c. Quis, quæso, bonorum Auctorum dixit, *brevia compendia*, ne, scilicet, intelligantur *majora*? Sensus horum sane quam ineptus & absurdus: *ut præstem* i. e. *viam non longam exhibeam brevem*, in carmine longo. Pro *præstem*, Cod. Paris. Ald. & Pruken.

*præstet.* Codd. vero Gemblac. & Lips. cumque his, qui suos quandoque merito potior, Regiomontanus, *præstent*, quod unice verum, adeoque Nostra restituendum. Hujus quidem verbi servato, quod bonum interpretem decet, significatu proprio, in hanc facile sententiam, qua nulla dari probabilior possit, verba revocabis: *Vel ipsum illud nomen loci, Fortuna, ipsum tibi demonstrabit ingenium: cui quidem fufius exponendo supersedemus, hoc quidem consilio, ut compendiaria docendi ratio præstet, i. e. præcellat vel extantior sit, in carmine longo. q. d. ut vel hoc quoque documento constet evidentius, nos longam rerum seriem carmine pertexerantes, rescissis verborum ambagibus, summa brevitati studuisse.* Geminus fere locus infra Lib. III, 277, ad quem dicenda, si velis, vide.

Vs. 929. *subfidit*) Cod. Paris. *substitit*. vs. 930. *suspicit*) Idem Cod. *suscipit*. vs. 931. *jacet*) Idem & Regiom. *jacens*. vs. 934. *patrios*) Uterque, *proprios*.

Vs. 935. *sq. prima est tutela duorum*) Pro, *tutela*, quod ex Gemblac. Scaliger recepit, Paris. & Regiom. *fortuna*, quod infra recurrit vs. 946. *Prima est, inquit, tutela duorum* scil. conjunctorum, *Natorum & Patris*. Nam & alia est tutela Natorum, ut Horoscopus.

Vs. 936. *qua tali condita parte est*) Cod. Paris. Lips. & Regiom. *pars est*. *Qua, inquit, pars tali* scil. *tutela condita est*.

Vs. 937. *Asper & attentus*) Libri modo laudati tres, quibus accedunt Ald. & Pruken. consensu: *Asperum erit tempus*. Quæ quidem sollicitari minime debuerunt. Alludit enim Poëta ad Græcum Saturni nomen, *χρόνος* *Tempus*, quod olim ei Numini, rudioribus scil. seculis, tributum, quibus regnasse fingitur. Hoc autem nomen *Tempus* Poëtæ durius visum, ejusque loco lenius impositum, nempe *Demonium* i. e. Geniale, quæ vox satis luouenter indicat, hunc locum esse patrum & natorum.

Vs. 940. *salitos recursus*) Cod. Paris. Regiom. & recentiores omnes cum Scaligero, faciunt, qui dedit, *solida recursu*. ubi *solidus* idem ac *jugis*, *continuus*,

Vs. 941.



Vs. 941. *udus gelidis ut Phœbus ab undis Enatat &c.* Illud *udus*, cum Scaligero, Aldus & Pruknerus, nescio qua fide vel auctoritate, vulgarunt Favet quidem huic lectioni, quod B. Ambrosius scripsit Lib. III. *Frequenter solem videmus madidum & rorantem &c.* Sed dudum explosa est illa vulgi opinio. Cod. Lips. cujus lectionem dissimulare non certe debuit Bentlejus, si quidem sincero variantium indice usus est, habet juxta cum Paris. *viridis*, in quo quidem non est quod reprehendas, nisi *ὁμοτέλεστα* illa in *viridis & gelidis*. Quibus offensus forte Regiomontanus, nisi, quod verius videtur, meliori Codice usus, sic dedit versus;

Respice qua solido nascentia Signa recurfu

Incipiunt *viridi gelidis & Phœbus ab undis Enatat &c.*

Quod vero eidem accuratissime docto Interpreti legitur, &, reliqui Libri vetusti tuentur ad unum omnes. Et sane hoc longe melius habet quam *ut*, pro *uti*, quod prorsus incommode venit in hac constructione: *Respice, uti Phœbus enatat &c.* Ceterum sive *viridi* legas, sive *viridis*, utrumque tum rei naturæ, tum probæ latinitati magis convenit, quam *ἐνδρόφυλ* illud, *udus Phœbus*. Nimirum, *viridi* ad hoc *recurfu* pertinet; *viridis*, ad hoc *Phœbus*. Quorum ambigo, utrum alteri præferendum. Etenim dare potuit Auctor, *solido viridi recurfu*, per alyndeton pro, *perpetuo & virgine*; quemadmodum *vegetæ ætatis homines* audiunt *virides*, Auctoribus minime improbandis. Magis autem placet illud,

*viridis gelidis & Phœbus ab undis Enatat &c.*

Neque enim adeo delicatæ nobis aures sunt, ut horridum quid in *ὁμοτέλεστοις* sentiamus, quæ, quo sunt rariora, eo minus in vitio ponenda; præsertim cum idem de Nostro observandum, quod ad Ciceronem notavit Manutius, Atticæ Lib. I, X. p. m. 398. fin. *eum res interdum attendisse potius, quam verba*. Dicitur autem, Poëtis præsertim, *viridis Sol* a colore aquæ marinæ, qui variare Solem videtur orientem, Illas *aquas* diserte *virides* dixit Ovid. Fast. IV, 164.

Scorpios in *virides* præcipitatur *aquas*.

Et Art. Amat. Lib. II. 92.

Clauserunt *virides* ora loquentis *aquæ*,

Vs. 942.

Vs. 942. *Tua templa* ) Tuas stationes, quas nempe tu, Mercuri, in tutelam sumis. Pro, *igne* Cod. Paris. *igni*.

Vs. 943. *O! facies signata notâ.* ) Alludit Poëta ad Græcorum Ἑρμῆς i. e. *statuas*, seu signa & truncos, quorum capita permutari poterant: sed quæ Mercurii referebant imaginem, quæquæ circum sepulcra & monimenta in viis erigebantur, ejusmodi, inquit, statuæ Mercurii erectæ *notâ signabantur*.

Vs. 945. *artis qua ducit Olympum* ) MS. Paris. cum Lips. *artes*. lidem, *qua* duc. Regiom. *artis qua*. Astronomiam innuit, cujus ipse Mercurius Auctor habetur. Vide Lib. I, 30. & ibi not.

Vs. 946. *In quis* ) scil. *Templis* ex vs. 943. Cod. Paris. & Regiom. *In qua* scil. *arte*. Vs. 947. *eque illis* ) Cod. Lips. Paris. & Regiom. *ex illo* scil. *Olympo*.

Vs. 949. *tenebris* & *sidera mergit* ) Codd. Paris. & Lips. *terris*. Regiom. sic legit & distinguit hos tres versus:

Unus in occasu locus est super (.) ille ruentem

Præcipitat mundum (;) *terris* & *fydera mersat*

*Terraque* prospectat Phœbi *qua* viderat ora.

Editi quoque Ald. & Pruken. *terris*, . *mersat*. Sed nescio, quæ sensu dederint: Præcipitat *mundi* *terris* (,) Membranæ Paris. & Lips. *mersit*. vitiose. Illud autem frequentativum, *mersat*, de actione quovis die repetita rectius usurpatur. Præcipitat *mundum* i. e. Solem. *Terris*, tertio casu, & *sidera mersat* i. e. condit sub Oceano.

Vs. 950. *Tergaque* ) Ita suo quidem periculo, nimium quam audacter, legi jubet magnus Scaliger, cujus tamen fidem, præter optimorum Codicum dissenfum, vel ipsa tot hominum oculatorum quotidiana experientia reddit cum maxime sublestat. Quis enim, quæso, unquam vidit *terga Solis*, qui vel in ipso occasu ora nobis sua obvertit? Testes sunt radii, quos Sol occiduus, eadem fronte qua oriens, emittit. Testis Luna, quæ submersi fratris non tergo, sed ore illustratur. Quo magis approbanda vetus & constans lectio, quam vel unus præstitit Regiomontanus:

*Ter-*

*Terraque prospectat Phœbi (,) quæ viderat (,) ora.*  
Sententiæ vero nervus est in his, *prospectat & viderat.* Illud enim *prospectare*, non est *respicere*, quem errorem cum Scaligeri erravit Fayus, sed id quod *procul spectare*. Quo facit luculentus Tibulli locus Lib. I, VIII, 19.

Utque maris vastum *prospectet turribus æquor.*  
Unde vel Sole clarius apparet, Nostrum dixisse: *Terraque Solem e longinquo spectat, quem propius conspexerat ante.*

Vs. 952. *mortique dicatur*) Glossatoris hæc sunt; propterea merito exulant a Codd. Paris. & Lips. nec Regiom. ea agnoscit. Ald. & Rom. *locatur.* vs. 953. *Hic*) Regiom. *Hinc.*

Vs. 954. *calum*) Omnes constanter, *captum* scil. orbem, quod non erat mutandum.

Vs. 957. sq. *Quæ vocat ☿ condit Phœbum*) Sedes hæc in nostro occasu sita, *vocat Solem & condit* diverso respectu. *Condit* sub nostro Horizonte; *vocat* ad Horizontem contrarium, cui tunc Sol exoritur: *recipit* Solem a nobis, *refert* ad illos. Cf. supra ad Lib. I, 650.

Vs. 958. *Continuatque.*) Cod. Lips. *consummatque.* Recte. Nec minus bene Cod. Paris. Regiom. Ald. & Rom. *Consummitque.* quæ duo verba a Nostro promiscue usurpari, supra jam observavimus.

*tali sub sorte*) Melior omnino ceterorum lectio, *tali sub lege.* Nimirum, hoc ordine observandos fuisse dicit octo Locos præter quatuor Cardines, ut quisque noverit Signa quæque & Planetas, dum per has stationes volitant, vires ex suis stationibus accipere & vicissim reddere. vs. 959. *quæ*) Cod. Paris. & Regiom. *quas.* vs. 961. *Ipsa*) Paris. *Ipsæ.*

Vs. 963. *Utcunque aliena capeffunt Regna*) *Stellæ aliena capeffunt regna, & subsidunt hospita in externis castris,* quando non sunt in suis *οἰκιστοῦσι*, ut quando Mars in alio Signo, quam Ariete, fuerit. Et ita de aliis.

Vs. 967. *deoque Cui parti nomen posuit*) Regiom. *distinguit cujusque (.)* & cum Codd. Paris. ac Lips. *deusque Qui part. nom. pos.* Quæ solum spectant Mercurium, quem admodum

admodum & ea quæ sequuntur, *qui condidit artem, vel arcem*, quod de nihilo positum quis credat? præsertim in tanto consensu Codd. Paris. Lips. & Editorum omnium. Potuit enim *arcem* ponere pro *Horoscopo*, cui, tanquam primario loco, Mercurius præest.

Vs. 969, *Octo topas*) Salmas. *Oktatopon*, per quam &c. legit ac contra Scaligerum defendit in de Annis Climact. pag. 187. De *octo topis* seu *locis* videndus omnino Firmicus Lib. II. cap. XVII. ubi *Platice*, inquit, (lege *Platice*, quod deinceps recurrit) *vita locus est in eo Signo, in quo est Horoscopus constitutus: pecunia vel spei, in secundo: fratrum, in tertio: parentum, in quarto: filiorum, in quinto: valetudinis, in sexto: conjugis in septimo: mortis, in octavo,*

ibidem, *stella in diversa volantes*) Delendum hoc in, auctoritate omnium, quos modo laudavimus, librorum. *stellæ* sunt Signa & Planetæ. *volantes* i. e. se moventes. *diversa* dictum pro, *diverso inter se modo*. Adjectiva enim neutra utriusque numeri, Attica quidem elegantia, pro Adverbiis poni, quis ignorat? Et hanc Atticæ Musæ Venerem optimi, non ligatæ tantum orationis sed & prosæ, Latini Scriptores suam fecerunt. Tacitus Annal. Lib. III. cap. XI. *Post quæ, inquit, res T. Arruntium, T. Vinicium, Asinium Gallum, Aeserninum Marcellum, Sex. Pompejum patronos petenti, iisque diversa excusantibus, M. Lepidus, & L. Piso, & Livineius Regulus adfuere.* Ibi certe *diversa excusare* est, *alius aliter*. Nam *diversorum*, quæ excusanda essent, *criminum* reus non agebatur is, qui erat accusatus. Ad eandem sermonis elegantiam referre non dubitamus illud Virgilii Georg. IV, 393. ubi de Nilo:

Et *diversa* ruens, septem discurrit in ora.

*ruens diversa* i. e. ultro citroque. Nam si conjunxeris hæc, *diversa septem in ora*, illud *diversa* illepidum omnino foret & verè otiosum.



Notæ

## NOTÆ SELECTÆ

IN

## ASTRONOM.

## Librum III.

**V**ers. 1. *In nova*) id est, *magna & miranda*. Servius ad Virgil. Eclog. III, 86.

**Vs. 2.** *inaccessos saltus*) qui scilicet Heliconæ tegunt, Lib. I, 5. *inaccessos* dicit, vel, quos nullus debet accedere, Serv. ad Æneid. VII, 11. vel, quos ipse nunquam antea, Poëtæ sacra ferens, accefferat.

**Vs. 3.** *extendere fines*) Region. dedit, vestros *exten-*  
*dite fines* (,) Qua quidem distinctionis nota totam illæ  
sententiam, versu sequente plane omisso, definivit.

**Vs. 4.** *Conor*, & *inriguos in gramina ducere fontes*)  
Hud *gramina* suis ex hortis Bentejus ingessit. Infe-  
lix lolium, pro flore odoro! Codex Paris. omnium opti-  
me legit,

vestros extendere fines

Conor (:) & *indictos* in carmina ducere cantus.

*Cantus in carmina ducere*, eadem locutio, qua Noster usus  
supra Lib. II, 8. Hoc vult: *Reddere conor mea carmina*  
*cantici modulo accommodata*, cujusmodi, in hoc quidem  
argumento, nemo ante dixit. Enimvero *indictus* est *nondum*  
vel *nondictus*: quemadmodum *invictus* signat *nondum victum*.  
Virgil. Æneid. VII, 733:

Nec tu carminibus nostris *indictus* abibis Oebale.

Et Terentius Phorm. V, VII, 57:

Qued dictum, *indictumst*, quod modo *vatum*, id *irre-*  
*tum* est.

**Vs. 4.**

Vs. 5. *in excidium celi nascentia bella* ) scil. Titanum ~~vel~~ Gigantum adversus deos. Ita *calum* supra quoque nobis acceptum, in Annot. ad Lib. I, 764. De bello isto fatus Noster Lib. I, 428 sqq.

Vs. 6. *Fulminis & flamma &c.* ) Scaliger hæc de Bacchi Semelesque fato interpretatur. Fabulam tetigit Noster Lib. II, 17. ad quem locum, si velis, dicta vide. Modo autem non unius tantum partus, sed plurium mentionem Auctor facit: nec ullibi Bacchus *in matre* legitur *sepultus*, sed ex genitalibus matris fulmine præcipitatus: Arnob. Lib. I. p. m. 20. Ceterum in Titanum perniciæ pariter *fulminis* meminere Scriptores. E multis unus Seneca Agamemn. vs. 334:

cum Titanas *Fulmine* misso fregere dei.

Ubi Lipsius ex suo Cod. *Fulmine viâos videre dei*. Quapropter rectius statueris, Nostri verba de Gigantum excidio esse intelligenda. Codd. Gembl. Paris. & Regiom. sic:

*Fulminis & flammæ partusque in matre sepultos.*

Quibus accedit Cod. Lips. in quo scriptum erat *flaminis*, quod mutavit altera manus superne, *mar*. Dictum autem, monente Scaligero, per *αὐτὰρ δὲ δῶκεν*, pro *fulminis flammæ*, & hæc pro, *fulmen*, uti II, 780 pro, *ferrum*, dixit, *rigor ferri*. Non etiam, inquit, *referam* (vs. 9.) *fulmine jacto sepultos in matre partus*. in matre, i. e. terra; uti supra Lib. II, 880 coll. vs. 875. Videtur autem, Nostro bella Titanum & Gigantum eodem loco haberi, quæ nescio cur seorsim memoret Cicero de Nat. Deor. Lib. II. cap. XXVI. pr. ubi. *Nec vero, inquit, ut fabula ferunt, dii bellis prætiisque caruerunt, ut cum Titanis, ut cum Gigantibus sua propria bella gesserunt.*

Vs. 7. *Non conjuratos reges &c.* ) Hunc versum in suam sedem, post vs. 37. reducendum putamus, scriptis pariter ac vulgatis libris obsequentes.

Vs. 94

Vs. 9. sqq. His versibus Medæ fabulam acute perstringit, de qua Ovid. Metam. Lib. VII. Fab. I.

Vs. 13. *Non annosa canam Messana &c.* ) Sic Burmann. ad Ovid. Metam. Lib. II, XI, 679. ex optimis libris, quibus nostri accedunt, Paris. & Regiom. quorum tamen ille, *potentis pro nocentis*. perperam illud, si conferas Justin. Lib. IV. cap. IV. ubi de hoc bello Messenio Lacedæmoniorum agens, *veriti*, inquit, Lacedæmonii, *ne hac perseverantia belli gravius sibi quam Messeniis nocerent &c.*

Vs. 15. *Septenosve* ) Sic Cod. Paris. At, *Septenosque*, Regiomont. vs. 16. *quia* ) lidem veræ lectionis assertores, *qua*. Urbem enim meminit Thebarum, quam Athenienses, duce Theseo, ceperunt & diripuerunt, cum ante victricibus illa armis usa esset.

Vs. 17. *Germanosve patris &c.* ) Cod. Paris. & Regiom. rursus, *que* pro *ve*. quemadmodum vs. seq. *Natorumque patris*, Oedipi. *matrisque*, Jocastæ. Vide Senecam in Fabula.

Vs. 18. sq. *Natorumve epulas — Ereptumve diem.* ) Tangit impium Atrei scelus, qui fratri Thyesti filium epulandum dedit. Quod quidem abominatus Sol, ne quasi conspectu pollueretur, *retro conversus* est i. e. aufugit. Serv. ad Virgil. Æneid. I, 572.

Vs. 21. *Immissumque fretum terris &c.* ) De stupendo isto Xerxis molimine videndi Justin. Lib. II. cap. X. & qui illud pro more risit Juvenal. Lib. IV. Sat. X, 174 sqq.

Vs. 22. *Non regis magni* ) Hæc ex Cod. Vossiano Bentlejus dedit. Res erat in promptu. Nimirum, Vir magnus noluit, nisi unum, nosse *regem magnum*; itaque faciendum putavit, ut facili negotio de Alexandro exponi locus posset. Aliud prorsus suadent, imo validius postulant, Codex Paris. interpretesque vetusti, quorum facile princeps Regiomontanus. Hi consensu legunt cum Scaligero, cui Fayus adhæret: Non (scil. *referam* vs. 17) *reges magnos*. Intelligimus, nec adeo sinistre, *reges alios Persarum*, præter Xerxem, qui *Magni* sunt vocati κατ' ἐξοχήν. Auctor locupletissimus Suidas, voce Μέγας βασιλεύς. Quem cum

etis in huius rei testimonium vocavit Briffonius de Regibus Persarum Lib. I, § II.

Vs. 22. sqq. *spatio majore canenda Quam sint acta &c.* ) Hæc ad nostrorum, i. e. optimorum Codd. & exemplarium fidem ita sunt restituenda :

*Spatio majore canenda (,) )*

*Quam si tacta loquar (,) Romanæ gentis origo (;)*

*( Totque duces orbis, tot bella, tot ocia, & omnis*

*In populi unius leges ut cesserit orbis, )*

*Differtur (:)*

Quorum ordo & sensus : *Romanæ gentis origo, ( totque duces orbis, tot &c. )* in aliud tempus mihi differtur : *spatio enim majore sunt ista canenda, quam si tacta loquar.* Nonne sic omnia sibi optime coherent ? *Spatio majore, scil. temporis, voluminis.* Vel etiam dicitur pro, *curatius, verbosius.* Sic Ovid. Fast. VI, 585.

*Tertia causa mihi spatio majore canenda est.*

Nostro in loco, *canenda* neutr. plur. uti quoque, *tacta* ; pro quo, si contra libros liceret, equidem non dubitarem legere *trita*, usitatus quippe hoc, & sensui accommodatius. *Totque duces*, quot Consules, Proconsules, Legati militares, *orbis*, non *urbis*. Sonantius illud, & Romanæ majestati convenientius. *Orbis* scil. *terrarum*, uti mox iterum vs. seq. *Τῶν ἑνὸς Παλαιῶν οἰκουμένης*, Plutarch. Pompejo pag. 631. fin. & D. Lucas Evang. cap. II, 1. *tot ocia*, i. e. *paces*. effectus pro causa. Virgil. Ecl. I, 6.

O Meliboe, deus nobis hæc ocia fecit.

Vs. 32. sq. *momentaque mundi, Signorumque vices* ) Libri omnes : mom. q. mund. *Quorum quaque &c.* quod ut mutemus, causa non est. *Quorum*, neutro genere, ad hæc *momenta mundi* præcipue spectat. *Momentum* autem h. l. notat pattem, seu gradum, motu vel longiore vel breviori absolvendum. Plin. Lib. VIII. cap. XXXVII. Sol quotidie ex alio celi momento, quam pridie, oritur. Confer Nostr. II, 769 sqq. & III, 65. 70 &c. *Horum*, inquit, *singulas circumstantias & partes contineri in partibus ipsorum.*

Vs. 34



Vs. 34. *quid? dicere, quantum est?*) Codex MS. Paris. & Exemplaria Regiom. Ald. Pruken. sic legunt

Luctandum est (:) quod nosse nimis (:)  
quod dicere quantum est (:) )

*Luctandum* pro, laborandum est; vel, conandum, eniten-  
dum. *Quod*, ubique hujus loci, Conjunctio causalis.

Vs. 35. *Ordine quid proprio? &c.*) Libri modo lau-  
dati rursus:

*Carmine quod proprio* (:) *pedibus quod jungere certis* (.)

\* Post vs. 37. legendus is, quem invitis Codicibus &  
præter causam, cum capitis quadam mutatione, loco mo-  
vit Bentlejus:

Non ad juratos reges Trojaque cadentes.

Non & nec quod sequitur, sibi invicem respondent aptius  
quam, *Intende animum, nec quæras* &c. Voculam ad omnes  
Codd. agnoscunt, quæ τὴν *intendas* jungi se velle ipsa lo-  
quitur. Pro *curatos* reges, quod nullo sensu fertur in MS.  
& Editis vetustioribus, nos equidem *juratos* ex Edit. Ald.  
Rom. & Pruken. lubentes recepimus. Quos autem Noster  
*juratos reges* vocat, Ovidio *jurati* audiunt *viri* II. Amor.  
XVIII. pr.

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem,  
Primaque *juratis* induis arma *viris*.

Vide pluribus not. Cl. Viror. ad Metam. XIII. 50. Pro-  
prio huic rei vocabulo usus Rutilius Lib. I, 292.

Credere maluerim Pygmææ damna cohortis  
Et *conjuratos* in sua bella grues.

*Trojaque cadentes*) Sic Scaliger ex Gemblac. cui Lips. &  
Regiom. accedunt. At Paris. cum Editis Ald. & Pruken. *Tro-  
jaque cadentem*; quod non plane ineptum. His autem  
satis diserte Noster declarat, se post *Homium Iliada* scri-  
bere nolle.

Vs. 38. *Intendas*) Cod. Paris. & cum eo Lips. Regiom.  
ceteri omnes, *Impend.* quod malim. significantius quippe.  
Y Vs. 38.

Vs. 38. *Dulcia carmina*) Cujusmodi *Bucolica*, *Amatoria* & id genus cetera.

Vs. 41. *vatis*) Sic est in Cod. Paris. At Regiom. *artis*.  
Vs. 46. *constiterit*) Idem Editor, *constiterint*.

Vs. 47. *custos*) i. e. rector, gubernatrix: quemadmodum Augustus *Romula gentis custos* salutatur Horatio IV. Carm. IV. pr. Sic Tullius de Nat. Deor. Lib. II. cap. XXII. pr. Sequitur, inquit, ut doceam, *omnia subiecta esse naturæ, eaque ab ea pulcherrime regi*. Cf. Eund. l. c. cap. XXXIV. pr. & Manil. Lib. II, 860.

Vs. 52. *undamque natantem*) Pari sermonis elegantia Noster *fluctus* dixit *natantes* Lib. I, 155. Dubium verò, num recte lectio habeat. Codex enim Lips. cum quibusdam optimæ notæ vulgatis legit *statusque*. Quibus accedit Cod. Paris. quem post demum oculis usurpare licuit, quam illa prelo exierant. Quicquid ejus sit, hoc tamen loci constanter omnes: *undamque natantem*. Quæ quidem, vix intelligo, qua mente recitaverit Barthius ad Rutilii hæc verba Lib. I, 247:

Qualis in Euboicis *captiva natantibus unda*  
Sustinet alterno brachia lenta sono.

Neque enim Nostro *unda* dicuntur *natantes*, quasi *nata-biles*, quales sunt in piscinis illis Rutilio memoratis: neque hic legimus *natantes undas*; sed quæ *natantibus* brachia sustinet, *unda captiva*. Longe aliter Manilius, quem putamus *undas* vocasse *natantes*, eo quod *fluendo labuntur*, & fluctus alios atque alios mergere quasi videntur, ita ut *natantium* quandam speciem *undæ* præbeant. Pari figura Virgil. Georg. IV, 496 & Æneid V, 856. *natantia oculorum lumina* scripsit; quæ docti Interpretes reddunt per, *fluitantia, errantia*, qualia sunt illis, quos somnus invitos opprimit. Ad hanc quoque similitudinis rationem Flaccus Lib. VIII, 66 stilum eleganter accommodans *oculos mergere* dixit pro, claudere.

Vs. 53. *in alternum*) i. e. invicem, mutuo, vicissim. Conf. supra ad Lib. I, 64. Rutil. Lib. I. vs. 472.

Et favor *alternis* crevit amicitiiis.

Vs. 53.

Vs. 53. *alimenta*) Quia *nullum ignem sine pastu aliquo permanere posse* credebatur: ita Cicero de Nat. Deor. Lib. II. c. XV pr. Adde Ejusdem verba in Not. ad Lib. I, 156. prolata. Vs. 55. *eterno*) Libri omnes, *alterno*. Vs. 58. *Fata quoque* ☿) Regiom. operarum forte vitio, *Fataque* ☿ vit.

Vs. 61. *mundi praeordia*) Vide supra ad Lib. I, vs. 17. Hoc loco Zodiacum praecise designant.

Vs. 63. *Evincant stellas* ☿c.) Ad horum intellectum juvat quam maxime conferre Nostrium Lib. II, 858 sqq. & IV, 840 sqq. *Evincant* idem ac *vincant*. Hoc Cod. Lips. expressit: *Et vincunt stellas* &c. Vincunt Signa & vincuntur loco, motu, tempore, effectu &c. Vs. 64. *regimen*) Cod. Paris. & Regiom. *regnum*.

Vs. 65 sq. *sanxitque per omnia summam* ☿c.) Dedit haec Scaliger, qui in *unam summam* interpretatur (coll. vs. 88.) per eam *Athlorum sortem*, qua *Fortuna* est. Longe aliud sonant MS. Lips. cum Paris. & Libri nostri; licet admodum obscure vel corrupte Regiom.

sanxitque quod omnia summa

Undique: & ut fatum ratio traheretur in unum.

*summa - fatum - in unum* Lips. quoque habet. Edit. Ald. & Rom. non discedunt, nisi in his, Undiq. *qua fati* ratio &c. E quibus commodam hanc est formare lectionem:

sanxitque *Potentia summa*

Undique *uti Fatum* ☿ Ratio traherentur in *unam*.

Gemblac. quoque, legente Scalig. *uti fatum* agnoscit. *Summa potentia* est Principium rerum, *Natura*, quae Nostro *divina potentia* dicitur infra vs. 90. *Vis anima divina* Lib. I, vs. 250. Ciceroni *divina natura* in de Nat. Deor. Lib. II, cap. XI. med. Quemadmodum autem h. l. *unum* seu commune regimen Noster tribuit *Fato* ☿ *Rationi*, ita supra Lib. II, vs. 82. *Deum* ☿ *Rationem* conjunxit in cunctis rebus gubernandis.

Vs. 68 sqq. *quicumque per omnia casus* ☿c.) Haec ex Libris nostris ad sententiae Manilianae rationem ita sunt restituenta

Y s

quicumque

quicumque per omnia casus

*Humana in vita poterant contingere (,) sortem*

*Complexa est in tot partes, quot & astra vocarant (.)*

*Res posuit, certasque vices : &c.*

Sensus est : *Sortem omnium eorum casuum, qui hominibus per totam vitam contingere possunt, Natura complexa est tot in partes, in quot eam Astra f. Signa Zodiaci, hominibus utpote priora, vocarant. Sicut enim duodecim sunt Zodiaci Signa, ita duodecim Athlorum f. Operum sortes. quæ dum Signa volvuntur in orbem, singulis Signis respondent, initio facto ab ea Athlorum sorte, quæ Fortuna est.*

Vs. 70. *tot &c*) Cod. Paris. *totque in.* Idem mox, *locarat.* Cod. Lipf. & Regiom. *vocarant.*

Vs. 71. *Disposuit*) Cod. Paris. quoque, *Res posuit &c vices.* Dictum per *in sta' dvoiv* pro, *rerum vicissitudines.* Conf. notata nobis ad Lib. II, 925. Pro, *munia* Idem & Regiom. *nomina.* Vs. 72. *ensum*) Regiom. *sensum.* Vs. 73. *eidem*) Uterque, *iidem.* Cod. Lipf. *idem.*

Vs. 74. *in arvis*) Cod. Paris. Regiom. & eum insecuti Editores, *in astris*: minus bene. Illud per metaphoram dictum, pro *in stationibus ac castris vicinis.* Ita enim duodecim Athlorum sedes positæ sunt per sidera, ut quæ fors vicina est alteri forti, ea quoque respondeat Signi stationi propriæ; altera vero illa fors, vicinæ Signi stationi, & ita de ceteris per ordinem. Vs. 75. *sortes*) Sic Cod. Paris. *partes* legit Regiom.

Vs. 76. *Non ut in æterna cali statione*) Non semper fors Fortunæ omnium geniturarum eidem parti hæret. Non semper a simili parte deducitur. Quia enim a Sole interdiu, a Luna nocte deducitur: illa autem duo sidera non semper in omni genitura eundem locum obtinent, ita neque fors Fortunæ in omni genitura eundem locum obtinebit.

Vs. 80. *accederet*) Vero est similior Codicis Paris. & Regiomontani lectio

Atque *aliis alio* fors quæque *accideret* astro.

Hæc interprete opus non habent. De *temporis variatione* supra vs. 78. ex qua consequitur, ut cum Astra f. Signa,  
successu

successu temporis sede moventur, aliis sc. nascentibus sub alio Astro, quod tum ipsorum genituræ præest, quævis alia fors contingat. Vs. 83. *forte*) Cod. Paris. & Regiom. *parte*.

Vs. 86. *Ordo ducem sequitur &c.*) Prima fors *Fortuna*; quam ducem cetera Athla sequuntur: & sicut duodecim Signa ex ordine volitant per duodecim Athla, ita duodecim Athla & per duodecim Signa & per duodecim stationes migrant, duce *Fortuna* Vs. 88. *fortuna condita summa*) Regiom. *fortuna & cond. summa*.

Vs. 89. *Utrumque aut stella &c.*) Cod. Paris. Regiom. *Ut quom jam stellæ &c.* Malim, *Ut quemquam stellæ se- ptem læduntve iuvantve.* Vs. 90. *mundum*) Paris. & Regiom. *mundi*.

Vs. 92. *ullius fors — negoti*) Cod. Paris. & Regiom. *il- lius fors negoti.* i. e. fors Athlorum. Namque res, nego- tium, opera, Athla &c. sunt eadem Manilio in argumento præsentia.

Vs. 96. *per artem*) Sideralem nempe, seu Astrologiam.

Vs. 98. *Fundamenta domus*) i. e. *oper, facultatem.* Vide supra ad II, 823. Vs. 99. *concessus*) Cod. Paris. Regiom. *Quaque*) Idem Libri, *Quamque.* & ceteri, *consensus.* quod non mutandum. Vs. 100.

Vs. 101. *Ut vaga fulgentis &c.*) Cod. Paris. *superne, Et vag.* sed retinendum omnino, *Ut.* i. e. *Prouti Planetæ con- senserint,* (vs. 89.) *seu laeserint iuverintve.*

Vs. 102. *Posthinc*) Sic Cod. Lips. Malim *Post hanc* sc. sortem (vs. 96.) Ita cum Cod. Paris. *Vulgati præstantio- res. in armis*) Cod. Paris. *in arvis.* quod aliorum videns Librarius scriba, ex vs. 99. hic rescipsit.

Vs. 103 sq. *Quodve inter versantibus urbes Accidere*) Codd. MS. Paris. Lips. & Regiom. *Quaque.* Ald. & Pruken. *Quaque.* Omnes, scripti pariter ac imprelli vetustiores *Accipere,* pro *Accidere.* quod quo loco sit accipiendum, juxta cum igna- rissimis scio. Incommoda vero constructio, *versantibus in- ter urbes peregrinas,* quæ vix est ut exempli alterius docu- mento probari possit. Dicimus, *inter homines, intra mæ-  
nia*

*nia urbis versari*: illud non item. Adde, quod ne de peregrinantibus quidem accipi verba possunt. Quid enim his cum militia? præsertim, ubi Hobbesiano more non vivitur. Longe probabilius est scriptio Cod. Paris. Regiom. Ald. & Rom. qui legunt una voce, *interuersantibus*, quod est frequentativum τῷ *interuvertere*. Usus hoc præ ceteris A. Gellius Lib. XI. cap. XVIII. med. ubi, condemnatum quoque colonum, qui fundo quem conduxerat vendito, *possessione ejus dominum interuertijset*. Vides adeo, *interuersantes pægrinas urbes* eos esse Manilio, qui urbes aliorum imperio subjectas occupant, expugnant & earum Rectores, Principesve dominio *interuertunt*. Hoc vero nonne ad *militiam* pertinet?

Vs. 108. *sepe cadentia frustra Officia*) scil. in hominibus absurdo & incivili ingenio, qui officium non agnoscunt. Hi apud vulgus Romanorum dicebantur *Officiperda*, vel *efficiperdi*, quod est in eleganti illo Catonis disticho IV, 43.

Gratior officio, quo sis mage carior, esto:  
Ne nomen subeas, quod dicunt, *officiperdi*.

Vs. 110. *consonat*) Cod. Paris. & Regiom. *consonet*.

Vs. 111. *quarta*) Laudati modo Libri, *quarto*.

Vs. 113. *Pendentemque reum lingua*) Pro *a lingua*, scil. Patroni, qui pro clientibus verba facit.

*vultuque loquentis Composito*) Cod. Lips. *rostrisque loquentis Imposita*. Cod. Paris. & Regiom. *rostrumq. loquentis Impositum*. Editi Ald. & Rom. *rustisque loquentem* sc. Oratorem *Impositum* i. e. constitutum. Vs. 114. *nudantem*) Sic Cod. Paris. in margine. *nudantis*, in versu.

Vs. 115. *expensa fronte*) quasi, ad augendam auctoritatem, *curatius composita*. Quo quidem omnino facit inlustre Propertii locus Lib. II, III, 6.

Ibat & *expensq* planta morata gradu.

Hæc autem, *expenso gradu*, exponit Petron. cap. 126. his verbis: Quo (spectat) *incessus tute compositus*, & ne vestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia &c. Conferri quoque merentur, quæ Passeratius ad dictum Propert. locum commentatus est pag. 262. fin.

Vs. 116.

Vs. 116. *veri*) Non aliter, uti videtur, Cod. Lipf. & legente quidem Scaligero, membrana vetustissima Gemblac. cujus tamen dubia fides, eo quod Fayus ex eadem prodidit *vero*. cui Cod. Pa. if. Editique præstantiores adstipulantur. Utrumque commodum admittit sensum. Scaliger sic exponit: *Cum judex veri ad verum tuendum nullum aliud auxilium externum advocat, præter ipsum verum.* Hic tamen sensus paulo implicatior; neque nobis alterum suppetit exemplum, quo *judex veri* non invenuste conjungi probetur; tametsi *verum* pro *aquo* & *justo* probis Auctoribus venire non ignoramus. Quid enim clarius his Horatii I Epist. VII. vs. ult. verbis?

Metiri se quemque suo modulo, ac pede, *verum* est.

Adeoque cum *judex*, simpliciter dictus, idem involvit, quod *judex veri*; causa non est, quamobrem alteram non debeas sequi lectionem, quæ *vero* cum *ipso* conjungere suadet, in hunc sensum: *Judex nihil amplius advocat quam ipsum verum.* Sed ne hæc quidem Auctoris exhaustire mentem videntur. Multo minus autem consultum erit, locutionem illam, *amplius veri*, cum Vierschroto ad idioma referre Græcorum, quibus Comparativus cum secundo casu constructur. Quin potius, auctore Puknerio, scribendum putamus, *verò*, quod est, *autem*. Unde periodus nascitur ex *πρότασι* & *ἀντίθεσι* composita, quæ sensum reddit omnibus numeris absolutum, scilicet hunc: *Cum autem judex nihil amplius advocat, quam id ipsum quicquid facundia efficit inter leges propositas (:) tum vero quicquid est ejusmodi, quod ad judicis & causæ patroni officium pertinet, totum hoc in unam eandemque partem concessit.* Nimirum, præter facultatem, verum a falso discernendi legesque interpretandi, *facundia* quoque, seu dicendi vis, quæ non mediocri telum ad utrumque illud officium rite defungendum. Lege Ciceronem de Offic. Lib. II. cap. XIV.

Vs. 119. *Utrumque regunt — paret*) Hoc *regunt* non a quoquam Libro, sed a Scaligero est. Scripta & cusa lectio, *gerunt*. Porro, pro *parent* Cod. Paris. & Editi Rom. Ald. *manant*. Unus Regiom. *manat*, quasi ex fonte, qui in sideribus situs est. Hoc totum *concessit* & *manat*. Rectissime. Sensus: *Utrumque* i. e. *prouti* Planetæ adsunt vel desunt  
Y 4 causæ,

causæ, quæ in iudicium venit, ita *manat* vel, *successu* gaudet, id quod *facundia* inter *propositas* *leges* efficit (vs. 117.)

Vs. 121 sq. *ἔσ* *confortes*, *hospitiisque* *Fungitur* *ἔσ*c.) Cod. Paris. & Regiom. sic:

Et socios tenet *ἔσ* *comites*: *atque* *hospitis* *una*  
Jungitur & *similes* *conjungens* *ſædus* *amicos*.

Qua quidem lectione, dubito, an vero dari similior ulla possit. Quapropter ceteras a Scaligero & Bentlejo fusius prolatas, lubentes omittimus. Illa autem, verbis rite ordinatis, Auctoris mentem per se ipsa recludit. Patebit hoc saltem in posterioris membri constructione, in quo aqua potissimum hæsisse Viris doctis videtur: *Atque* *hospitis* scil. *ſædus* *jungitur* *una* i. e. *simul* huic gradui, *ἔσ* *ſædus* *conjungens* *amicos* *similes* scil. *hospitibus*, suppl. *eodem* *gradu* comprehenditur.

Vs. 125. *monet*) Vide infra ad vs. 141. Vs. 127. *cenſetur*) Cod. Paris. *cenſentur*. Pro, *ſævis*, Regiom. hic & fere ubivis, *ſcævis*. Vs. 128. *ſi male*) i. e. *infelicititer*. Ita Nemesianus Cyneg. Vs. 35.

Qui *male* tentantem curru Phæthonta loquuntur.

Vide ſis Barth. ad h. l. qui plura exempla congeſſit.

Vs. 130 sq. *ſpecioſo prætextu*) Id eſt, *eminentiore dignitate*. Sic illud *prætextus* capiendum apud Tacitum Hiſtor I, 19. *agitatum ſecreto*, num *ἔσ* *Piſo* *proſciſceretur*, *maior* *prætextu*: *illi auctoritatem ſenatus*, *hic dignationem Caſaris laturus*. Ubi doctus Interpres: *ut major legationis dignitas eſſet*. Eodem recidit illud *prætexto*, quod ſolus Cod Lipſ. in noſtro Manilii verſu agnoſcit. Utitur hoc *prætextum* Seneca pro *purpura* vel *ordine purpurato*, Epift. LXXI. p. m. 199. ſcribens: Sed illud *pulcherrimum* reip. *prætextum*, *optimates*, & *prima acies Pompejanarum partium*, *ſenatus ſerens arma*, uno prælio proſtigabuntur. Hoc autem, *ſpecioſum*, notat *inſigne* quid, *clarum*, *ſplendidum cum auctoritate* *conjunctum*. Quo ſenſu ipſa vox, *ſpecies*, venit Lib II, 816. Sic idem Seneca Epift. LXXXVII. p. m. 288. *familiam* nemo cito *ſpecioſiorem* *producet* &c. Unde Ulpianus apud Perott. ſub voce, *ſpecioſus* *perſonas* dici affirmat *clariſſimas* utriusque ſexus.

Vs. 132.



Vs. 132. *Gnatorum*) Dedit Scaliger *Natorum*, quod non satis prisce Bentleji sonuit auribus. Itaque maluit, *Gnat*. Neutrum Manilii scripturæ sensuique convenit. Rescribendum *Fatorum*, quod Codd. Paris. & Lips. juxtaque hos impressi veteres universi tuentur. Dicit enim, *Parentum ac liberorum dubiam esse fatorum sortem*, eo quod liberi sunt quasi tela in manu jaculantis.

Vs. 133. *Omniaque infantum mixta nutritia turba*) Ubi quidem, invito sermonis Latini genio, Scaliger mutavit hoc *intranum*, quod laudati modo libri consensu ferunt. *Qui nascuntur*, inquit ille, *non intrant, sed prodeunt in lucem*. Atqui non *lucem* substituendum, sed *mundum*. Cui proprium vocabulum hoc *intrare*, vel absolute positum; ceu patet ex hoc Catonis loco, in Commentar. jur. civ. quem recitat Festus ad voc. *Mundus*, qui quid ita dicatur, sic refert: Mundo nomen impositum est ab eo mundo, qui supra nos est. Forma enim ejus ex iis qui *intravere* cognoscere potuit adsimilis ille ejus inferiorem partem &c. *Omnia nutritia* sunt ea, quæ ad infantum nutritionem pertinent. Sic iterum *nutritia* Lib. IV, 880. *mixtâ turbâ*, sic scribendum.

Vs. 135. *fortimur mores*) Cod. Paris. *servorum series*. Regeom. & Interpretes ceteri, Scaligero vetustiores, *servorum mores*. Et ita scribere potuit Auctor, qui decimum hunc locum *servis* asserit totum. *Servorum* autem nomine hoc quidem vs. ipsi veniunt *filii familias*, *ex ephebis nondum egressi*, qui antiquo Romanorum jure non multo certe melioris fuere conditionis, quam servi proprie dicti, de quibus mox. De utrisque D. Paulus ad Galat. IV, 1. Consule quoque Rittershus. ad LL. XII. Tabb. p. m. 76.

Vs. 136. *domus*) id est, *familia*. Quo sensu Manetho Apotelesm. Lib. IV, 535 *Δωματα ποιμαίνουσι*, q. e. *familias pascunt, exemplis*) i. e. factis, quæ imitanda aut vitanda sunt. *quaque*) Cod. Paris. & Editi præstantiores omnes, *quoque*; quod huic ordine certo jungitur aptissime. Provocat quidem Cl. Bentlejus ad alterum locum vs. 140. sed dubiam reddunt ejus lectionem Cod. Paris. & Regeom. qui ferunt, *Quaque* valitudo: non, *Quaque*. Alteram vocem, *valit*. sic scriptam quoque refert Codex Lipsiensis.

Vs. 141. *movent ut mundum sidera cumque.* ) Pro hoc ut, Libri veteres universi, & Regiom. *monent* & sidera mundum. Supra vs. 125, quanti Contingant *monet* usus; i. e. docet, monstrat. Hoc autem loco *monent* capere possis pro, *admonent. mundum*, id est, *munditatem* scil. corporis, quæ sane ad valetudinem tuendam omnino pertinet. Alteram lectionem quo minus admittamus, hæc præcipue veritat ratio, quod sidera mundum, sive cælum sive hoc universum, non movent, sed in illo moventur. Illud *cumque*, quod scripti casique nostri ferunt Libri, male videtur a Scaligero mutatum in, *cunque*. Nec saniore consilio Bentlejus illud *cumque* a sequentibus distinctionis nota separavit. Pertinet enim ad *πρότασιν* sequentis periodi, ejus *ἀπόδοσιν* habes vs. 144. Quod ut clarius pateat, locum apponimus integrum, ex lectione Regiom. eademque Codicis Parisi. cum interpunctione Pruckneri. Habebis ipsa Manilii verba :

*Monent & mundum sidera (,) cumque*  
*Non alias sedes tempusve genusve medendi (,) )*  
*Quæ sibi deposcat (,) vel cujus tempore præstet*  
*Auxilium (,) & vitæ succos misere salubreis.*

Codex quoque Lips. *Non alias sedes - præstet - & vitæ succos misere* salubres. ubi *misere*, scribentis vitio, pro *misere*. Quorum ut sensum eruas genuinum, non illum ab interpretibus effectum, hoc videtur ordine procedendum. *Cumque* valetudo non habeat *alias sedes*, quam hanc undecimam partem, non item aliud *tempus genusve medendi*, quam munditatem seu purgationem corporis, quæ sit aëris beneficio a sideribus varie affecto & temperato, *Quæ sibi deposcat* scil. valetudo tum conservanda tum etiam restauranda, *vel cujus* i. e. cujuscunque demum sideris *auxilium præstet*, melius vel potentius sit, *tempore* pro, *in tempore* vel, si mavis, *quoad*, *propter* tempus : & pro *etiam*, subaud. tum vero, *misere* pro, *mittunt* scil. sidera *vitæ*, Dativ. *succos salubreis*, i. e. humores, sanitati tuendæ vel restituendæ convenientes. *nitio* sic apud Ciceronem occurrit Lib. II. de Nat. Deor. cap. XL. med. *Luna eam lucem, quam a Sole accepit*, mittit in terras. Horum vero ceterorumque Planetarum conjunctionibus & radiationibus tam inter se quam cum hærentibus Signis, plurimum tribunt hujus

hujus artis institutores. Consule Ptolemæum in Quadripart. Lib. I. cap. II. & Lib. III. c. XI.

Vs. 149. *nutus blanditus*) Cod. Paris. & Regiom. *blanditur*. Vs. 151. *ventisque sequatur*) Iidem Libri, *ventosque*, quod alteri præferre nemo dubitabit. Eorundem Codd. fide Vs. 152. *plena rescribendum plenam* Cerer. *vincentem borrea*, *non credita messem* sic, *non melle*. Vs. 153. *repetat*) Cod. Paris. *reputat* Bacch.

Vs. 154. *fides inque hac*) Libri omnes reponi jubent *dies atque hac* mom. *Dies* h. l. tempus denotat longius, quod certe sibi exposcunt mortales, ejusmodi vota concipientes. Eadem notio *τὴν dies* apud Virgil. Æneid. XI, 425.

*Multa dies*, variusque labor mutabilis ævi  
Rettulit in melius &c.

Ubi hoc *multa* non cum *dies*, sed cum *rettulit* conjungendum esse, res ipsa loquitur. *Dies*, tempus. Servius ad loc.

Vs. 157. *cum pandere earum*) Codd. Paris. & Lips. cum Editis Ald. & Rom. *verum*, quod retinendum, coll. vs. 162. Regiom. *pondere rer.* aperto vitio, quod tamen Eodem auctore in aliis correximus supra Lib. I, 34.

Vs. 160. *certo*) Legendum cum Cod. Paris. & Editis vetustioribus *toto*. Illud *certo*, quod Codex quoque Lips. agnoscit, ex vs. 157 huc videtur irrepsisse. *Toto orbe*, i. e. Zodiaco, cujus divisione fiunt duodecim domicilia.

Vs. 162. *quod*) Cod. Paris. & Regiom. *qua*. Vs. 163. *coercent*) Cod. Paris. *coherent*. Vs. 166. *nascentes*) Idem & Regiom. *nascentis*. *retinent sed tempore mutant*) Uterque Liber *retinet sed tempora mutat*. Sic quoque per omnia Cod. Lips. Vs. 165. *eademve*) MS. Paris. *eademque*. Vs. 167. *mota*.) Eorundem fide rescribendum, *meta*. Vs. 168. *ut manet*) Codici Paris. *ut in rasura*. Vs. 170. *quemque*) Paris. *quaqua*. Regiom. *queque*. *laborem*) Iidem, *labores*. Vs. 171. *conquire*) sic Cod. Lips. Sed *perquire*, quod Scaliger dedit, Cod. Paris. & vulgati vetustiores habent.

Vs. 172. *Qua primo &c.*) Hic versus, quem scripti patitur ac impressi omnes agnoscunt, in parenthesi est legendus.

gendus, primo) Cod. Lipf. *primum*. Idem, *numerosis pro numero sic*. vulgatum tuentur Cod. Paris. & Regiom. *dicta*) sic Paris. & Lipf. *ducta*, Regiom. Vs. 176. *fortuna*) MS. Paris. *natura*.

Vs. 177. *Duplici*) Scal. *duplicem*, cui Codd. Paris. Lipf. & Regiom. præ primis favent. *duplicem* scil. *modum capeffe. certam*) iidem omnes, *certa*, quod restituendum, & cum voc. *ratione* jungendum. Vs. 179. *locatis*) sic idem Cod. in margine; *vocatis*, in versu. Vs. 180 *ibit*) Idem, *erit* quod forte legendum, *exit*. Vs. 181. *in umbras*) Idem cum Lipf. & Regiom. *in undas*, quæ formula Nostro, æque ac altera, solennis. Alter locus, a Bentlejo in mutationis præsidium excitatus, infra vs. 443, suspicione non caret, neque adeo huc pertinet, siquidem Codd. nostris ibi legitur, *in umbris*.

Vs. 183. *Phæbus*) Cod. Paris. *sevis* fulg. Lipf. *sevis*. sensu quidem parum sano, aut prorsus nullo. Regiom. & vulgati reliqui cum Scaligero rectius, *senis*, quod non oportuit sollicitari. *Subiecta sena astra* sunt sex illa Signa subter Horizontem versantia.

Vs. 184. *Inferior*) scil. Phœbus ex vs. 180. ibi *cardine celsior*, nempe *de die*, nunc *inferior cardinibus*, de nocte.

Vs. 189. *Ortivo de cardine*) Qui & *Horoscopus*. Supra Lib. II, 827 sqq. Dicitur autem ortivus a frequentia; uti *absentivus* apud Petron. cap. XXXIII. pro, diutius aut frequenter absens.

Vs. 190. *Atblis*) Malim *astris*, consensu Cod. Paris. & ceterorum. *Bene partitis astris* i. e. cum Signa rite divisa sunt per suos quæque triginta gradus; vel in suas sortes, ut suas quæque sedes occupent; aliud ortivum, aliud occiduum, aliud supremum, aliud inferiorem cardinem, aliaque alias ex ordine stationes. *Partitus*, passive, supra Lib. II, 693. in nota.

Vs. 194. *nigris alis*) Meliore, præ ceteris Editoribus, Libro, aut feliciori certe ingenio usus Regiom. dedit *umbris*. Nox enim *umbra terra*: Servius ad Æn. IV, 184.

Et

Et Noster *noctes simpliciter umbras* vocat infra vs. 236, 255 & alibi.

Vs. 204. *A tali tempore*) MS. Paris. Regiom. Ald. & Rom. *natalis temp. quod nascentis tempus* infra vs. 223. Dato tempore quo puer natus est, quomodo possum invenire ac repræsentare mihi Signum Horoscopans? De hoc præcise *natali tempore* quæritur.

Vs. 205. *immerſo*) Libri omnes habent *immenſo*. Bene. Conf. vs. 215. Cum enim perpetuis cursibus eant Signa per *immenſum calum*; quis tantæ molis vel minimum punctum possit deprehendere, faciemque cæli componere?

Vs. 206. *Subtili visum*) MS. Paris. Lips. & Editi nostri, *sub stellis visus*. Nec ita male, Nisi quis Signum Horoscopans *sub stellis* vel in cælo stellato requisiverit, illudque in numerato ita habuerit, ut oculis quasi cerneret; fundamenta ruunt artis &c.

Vs. 212 sqq. *mandum . . volantem Ut totum lustret . . Exprimere*) Cod. Paris. *Exprimat.* minus bene. Nectitur enim, mediante vocula  $\xi$ , cum sequentibus, *componere, comprehendere*. Ordo & sensus: *Res est plena laboris, exprimere, ut (pro, uti) mundus, qui est Sol, cursibus æternis, seu perpetuis, per signa volans, lustret, id est, circumeundo peragret totum orbem, puta, terrarum, curvatis arcibus, scil. Ecliptica*. Hoc pacto constituta periodus, nihil est quod a Cl. Vierschroto in Noctib. Gothan. MS. Lib. II. cap. XIV. fin. ad eam exigatur regulam, quam Cortius tradit ad Sallust. Catil. II, 2. *Esse quedam vocabula, quæ, cum duos casus sustinere possent, elegantia causa cum illo verbo conjunguntur, eumque casum recipiunt qui minus videtur accommodatus*.

Vs. 215. *tanta molis*) Nimirum *immenſi cali*. Vide quæ modo notavimus ad vs. 205. Pro *comprehendere*, Codd. Paris. Lips. & cum Regiom. Editi omnes, *deprehendere. minimum punctum*) id est, *minima pars*. Vide dicta ad Lib. I. vs. 527.

Vs. 217. *seros obitus*) Non difficili quidem puerperio, at invitis Libris illud *seros* edidit Bentlejus. Neque vero, quod

quod V. C. putat, primus vel solus Scaliger vulgavit *ferat* obitus. Etenim ante illum Regiomontanus, *Aut ferat occasus*, legit. Codices quoque Paris. & Lips. hujus lectionis vestigia tenent in *aufecat occasus*. *Ferre, tenere, occupare* Nostro sunt synonyma.

*aut inuim obsederit orbem*) Propius iterum ad Manili scripturam Regiom. & Scaliger: *aut imo federit orbe*. Cod. Lips. *orbem*, quod alteri lectioni favet.

Vs. 228. *vix bruma*) i. e. Solstitium hibernum, cujus initium dat Capricornus, (Lib. II, 404); sicut æstivi Solstitii principium dat Cancer oppositus.

Vs. 232. *postremaque primis*) Vetus Codicum Lectio, *extremaque summus*. Extrema Signa extremis opponuntur, v. g. Cancer & Capricornus. Media mediis, v. g. Aries & Libra. Sic & alia intermedia intermediis v. g. Taurus & Scorpius: Gemini & Sagittarius: Leo & Aquarius: Virgo & Pisces. Qualis enim est diurnitas diei in altero istorum Signorum binorum; talis est nox in altero opposito, & contra. Vs. 234. *tantum*) Cod. Paris. & Regiom. *tamen*.

Vs. 236 sq. *quis possit*) Cod. Paris. & Regiom. *qui poss. in auras meare*) Regiom. *manere*. Sed malim, *meare in auras*, i. e. *Oriri*. Lucanus de Signorum ortu:

Non obliqua *meant*, nec Tauro Scorpius exit  
Rectior &c.

*Quis*, inquit Noster, *possit credere, pares esse ascensiones*, cum jam probaverim, aliorum longiorem, aliorum breviorē ascensionem esse?

Vs. 238. *hora mensura*) Si dies sunt incerti, & diurnæ quoque horæ sunt incertæ. De noctibus idem concludas, licet. Dierum magnitudo incerta est; ergo senum Signorum ascensionales mensuræ inæquales. Recte. Hæc autem ratio non valet nisi apud eos, qui dies pariter ac noctes duodecim horarum spatio metiuntur (coll. vs. 248): quæ quidem horæ inæquales sint oportet, pro inæquali dierum ac noctium sorte. Vs. 239. *par*) Cod. Paris. & Regiom. *pari* seq.

Vs. 243.

Vs. 243. *Quo fit ut &c.*) Aliud argumentum : Horarum sunt magnitudines incertæ : Ergo ascensiones non semper binarum horarum esse possunt.

Vs. 244. *Spacium non fit tantum*) Non placet hoc tantum magno Salmasio, qui proinde emendavit *statum*, ut sit sensus verborum : Non possunt binis horis omnia Signa ascendere, quum horarum mensura non sit *stata &c certa*, si modo tamen duodenas horas in omni die servamus. Ad eundem fere intellectum dare Auctor potuit, *Cum spacium non fit sibi par &c.*

*Brumalibus horis*) Codici Paris. & Regiom. cum Scaligero convenit, qui dedit, *pugnantibus*. Bene. Non enim pugnant tantum horæ brumales cum æstivis, verum etiam diurnæ cum nocturnis ob inæqualitatem.

Vs. 246. *Quem numerum debet ratio, sed non capit usus*) Ratio, inquit, seu Supputatio *præstare quidem debet hunc numerum*, duarum scilicet ascensionalium horarum. Supponendo enim omnem diem in duodecim horas describi, & sex Signa per diem exoriri; inferendo etiam unum quodque Signum continere 30 gradus, quamlibet autem horam 15 grad. conficitur inde, binas horas in singula Signa duci. Sed *usus noster* in disciplina genethliaca hanc supputandi rationem *non admittit*; quia tempora dierum non mensuramus Zodiaci longitudine, sed Signorum ascensione, quæ modo recta modo inflexa exoriuntur: neque nos aliis horis quam æquinoctialibus & æqualibus utimur.

Vs. 247. *Nec tibi constabunt &c.*) Eadem versuum series in Codd. Paris. & Lips. quam Regiom. quoque servavit.

Vs. 250. *exacta in hora*) Ita Cod. Lips. q. d. in hora æquinoctiali. Regiomontanus autem, consentiente Cod. Paris. quibus accedunt Scaliger & eo vetustiores: *exactas in horas* i. e. sincera æqualitate distributas. Has autem horas mox docet Auctor bis in anno horologiis sciothericis colligi posse, scil. circa æquinoctium autumnii, quod in Libra fit; quum confecto æquinoctio, diem noctes vincere incipiunt: & circa æquinoctium vernum; quo peracto, noctes cedunt diebus.

Vs. 251.

Vs. 251. *Quæ sub lance dies* &c.) Minime concedunt hanc mutationem Libri præstantiores, nec sententiæ ratio eam admittere ullo pacto potest. Cod. Paris. sic :

*Quæ segnesque dies segnes perpendat & umbras.*

Idem pro altero *segnes* in marg. *sedes*, quod Regiom. ceterique receperunt, adeoque sic versum constituerunt

*Quæ segnemque diem sedes perpendat & umbras.*

Ordo verborum : *Quæ sedes perpendat* & *segnem diem* & *umbras* seu *noctes* (uti supra ad vs. 194.) Ut horarum iniri ratio possit, demendum est *segnitiei* seu longitudini dierum, & noctibus tribuendum ; ut hæc illis æquantur. Illi enim eo, quo Manilius scripsit loco, majus spatium agunt per annum ac noctes. Atque ad hanc quoque rationem Rutilius de ineunte autumni tempore, non minus scite quam venuste, Lib. I, 183.

*Et jam nocturnis spatium laxaverat boris  
Phœbus celarum pallidiore polo.*

Ceterum *segnis*, *piger*, *tardus* synonyma sunt ejus, qui longum temporis spatium motu cursive absolvit. Hoc sensu *piger* Boetes Ovidio audit Fast. III, 405, qui *tardus* Catullo. *Tarda lumina* Nostro dicuntur *æstiva* Lib. I, 568. ubi vide notam.

Vs. 255. *quod currit* ) Cod. Paris. & Regiom. *cum currit*.  
vs. 256. *Is cum* ) Idem, *Hic*. Cod. Lips. *His. biemes* ) Lips. *bieme*. Pontedera, §. III. *hiemis*. sic quoque Cod. Paris. *in aëstros* ) Codd. Paris. & Lips. *in aëstro*. Regiom. *in austrum*. Ponted. l. c. *in aëstra*. Sequere Regiom. & tutissimus ibis.

Vs. 258. *fertur* ) MS. Paris. & editi veteres, *vertit* ; a quibus cur h. l. discedamus, causam non intelligo.

Vs. 259. *nox oblita diei* ) Eleganter & acute dictum, quod *nox* longissimum temporis spatium occupans, diei non videtur concessura. Vs. 260. *Bis septem* (,) Regiom. sic interpungit : *Bis septem apposta* (:) *num. ne claudicet* (:) quo significat, hæc, *numerus ne claudicet*, in parenthesis esse legenda. Cod. Paris. pro, *numerus leg. numeris*. Vs. 261. *Dimidia* ) Idem Cod. *Dimidias*. In fine vs.

pro



pro, *utrimque*. Idem cum Regiom. *utrumque*. Vs. 264. *pugnarunt*) Regiom. *pugnarit*, pro quo rectius Cod. Paris. *pugnarint*. Vs. 265. *ibi*) Idem Cod. *ubi*. Vs. 270. *suo per carmina textu*) i. e. carminis & orationis serie.

Vs. 271. *Atque hac Niliacas &c.*) Non debuit tentari scripta & vulgata vetus lectio, Regiomontano præsertim ac ceteris Editoribus probata, eaque non infulsa penitus. Ita enim illa:

*Atque hac est illas demum mensura per oras*

Regiom. Ald. & Rom. *horas*. non male; si cum iisdem Editoribus post legas, *Quas rigat &c.*

Vs. 272. *Qua rigat æstivis gradibus &c.*) Libri scripti pariter ac impressi, tantum non omnes, hunc versum sic repræsentant

*Quas rigat æstivus gradibus torrentibus annis  
Nilus, & erumpens &c.*

Cut autem *æstivis gradibus*, intelliges ex infra dicendis ad vs. 634. ubi rursus Bentelejum, frustra tamen, suum *arva* videbis substituisse.

Vs. 274. *Per septem fauces*) Virgilius Georgic. Lib. IV, 292. de Nilo:

*Et diversa recens septem discurret in ora.*

Catullus Carm. XI, 7.

*Sive qua septem geminus colorat  
Æquora Nilus:*

Ad quem locum illustrandum Vir doctus illa Mantilli verba, eodem quo Libri nostri tenore, refert. Addit vero alterum Virgillii locum: *septemplex ostia Nil.* Quæ quidem verba adhuc legisse non memini. *Septemplex Nilo gentis*, est apud Ovid. Metam. V, 187. Maronis autem verba, quæ Catullo pariter ac Nostro cum maxime conveniunt, habes Æneid. VI, 800.

*Et septem gemini turbant trepida ostia Nil.*

Legunt alii una voce *septemgemini*. Unde Lamb. Hortens. ad h. l. *Septemgenitum* vocat, *septem ostia mare intrantem.*

Tametsi vero illud *geminus* nonnunquam, sed rarius, ea qua hoc *par*, i. e. *similis*, notione venit; eam tamen, nihil est, ut admittamus, in binis hisce locis, quæ absque illa est commodiorem facile sensum admittunt. Nimirum, ut a posteriore incipiamus, *septem trepida ostia gemini Nilī turbant* i. e. turbantur. *Geminus* autem *Nilus* proprie dicitur, qui fonte relicto, mox in duos alveos excurrit, dextrum, qui Pelusium tendit, & sinistrum, qui Canopum. Eadem constructionis ratio alterius loci sensum recludit hunc: *geminus Nilus colorat septem æquora* i. e. septem diversa Oceani loca, quibus per totidem ostia in illum se exonerare, certum est.

Vs. 275. *quot stadiis*) Hæc *stadia* singula respondent binis horæ momentis; respondent & singulis semigradibus Zodiaci. Manilius autem hanc stadiorum rationem accommodavit ad ascensiones & descensiones Signorum, pro eo Sphæræ habitu, quem statuit vs. 259. ad elevationem Poli grad. 36. In hoc enim Sphæræ situ arcus diurnus maximus, seu dies maxima, est horarum 14. cum dimidia. Arcus vero diurnus minimus, seu dies minima, horarum 9 cum dimid. Porro horis 14 cum dimid. respondent stadia 435. Horis vero 9. cum dimid. respondent stadia 285. At duplex hæc summa 435 & 285 in unam ducta, adimplet numerum 720 stadiorum; sicuti horæ 14 cum dimid. & 9 cum dimid. adimplent horas diei 24.

Vs. 276. *quotque*) Cod. Paris. *quoque* scil. tempore. Vs. 277. *Ne magna. . pereant*) Malim sequi Regiom. qui legit

*Ut magna in brevibus veniant compendia dictis.*

Eodem redit lectio Cod. Paris. *Ne magna in brevib. careant compend. dict.* Ubi *careant*, pro *deficiant*. *Compendium* h. l. utilitas, commodum. Ita enim accipiunt vocem, qui latine loquuntur. Noster infra IV, 19. *damna & compendia vita*, vel rerum, componit. Arnobius Lib II. p. m. 86. med. *Quid est vobis, inquit, investigare, conquirere, quisnam hominem fecerit? animarum origo qua sit? &c. qua neque scire compendium, neque ignorare detrimentum est ullum.* Ad Vs. 278. confer Ponted. Epist. §. III.

Vs. 281. *geminat*) Sic Cod. Paris. in textu; *gemma*, in margine pro var. lect. Idem mox, cum pro, tum,

Vs. 283.

Vs. 283. *gelidas vergentia*) *Regiom. gelidasque rigentia*. Cod. Paris. *eademque rigentia* &c. Vs. 284. *Hora novo* &c. ) i. e. Hora & minuta 20, quibus Aries ascendit, augetur minutis 15 per alia quinque Signa sequentia, Taurum, Geminos &c.

Vs. 285. *in quinas partes pars* &c. ) Hoc est, Et tertia pars ejus quadrantis in quinas partes dividitur, id enim est ducitur. Tertia pars quadrantis est 5, in quinas ducta est 1. Itaque cuius quadrantis quinque Signorum unum minutum seu scrupulum superadditur, quo fiant 16. In hoc omnino vertitur intellectus Auctoris. Vide autem, annon eundem sensum admittat vetus lectio quam Lipsiens. cum Editis nostris constanter servat

*Tertiaque in quarta parte si ducitur ejus*

At cæsura illa, *parte si*, minus bene habet. Vero longe similior scriptio Cod. Vossiani, legente Bentleio, *partes educitur*. Integrum ex illo Codice versum dare Viro ingeniosissimo visum non est. Putamus autem, cum sic esse constitutum:

*Tertiaque in quartas partes educitur ejus.*

Accedit huic Cod. Paris. qui sic habet:

*Tertiaque in quartam partem seducitur ejus.*

Ubi *seducitur* scribæ Librarii vitium, ex modulante dictantis ore conceptum, pro, *si educitur*. Igitur hoc dicere vult Auctor: *Quadrans hora accedit reliquis quinque ascensionibus; & præter quadrantem illum tertia pars ejus quadrantis ducitur* i. e. erogatur s. producit in quartas partes, i. e. in quadrantes ipsos. Nam quadrans horæ sunt 15 scrupula: tertia pars quadrantis 5 scrup. Ergo quum scrupula singula accedunt singulis quartis, sive quadrantibus, jam non quadrans erit 15 scrupulorum, sed 16, excessus accrescens singulis horariis temporibus ascensionum.

Vs. 287. *damna*) Hoc *damna* opponitur *incrementis*: Lib. II, 95 *viribus*. Utrobique autem per *decrementa*, sicut alibi quoque, reddendum. Imitatus Nostrum Sidon; Apollin. Epithalam. Polem. & Aran. vs. 40 sq.

Quid noctis lucisque vices, quid *menstrua Luna*  
*Incrementa parent, totidem cor damna sequantur.*

Vs. 288. *a fidere* ) Cod. Parif. & Regiom. *ad fydera*.  
 Vs. 294. *uertunt* ) Regiom. *versant*. MS. Parif. *versus*.  
 Vs. 298. *propriisque* ) Parif. & Regiom. *propriasque*.

Vs. 296. *Jam facile est tibi, quod quandoque &c.* ) Libri Veteres non incite

*Jam facile est si quod quandoque &c.*

Id est: *Jam facile est noscere, si quod astrum horoscopet, & quando. Illud si hoc loci valet an, uti apud Terent. Eunuch. III, 4, 7.*

*Idque adeo visam, si domi est.*

Et Phædrus ait de Vipera:

*Hæc quum tentaret, si qua res esset cibi,  
 Limam momordit.*

*Ubi si qua non aliter accipiendum quam, an aliqua. Vox autem, quandoque, pro & quando, supra occurrit vs. 164. & infra vs. 484.*

Vs. 297. *signa* ) Cod. Parif. *signis*. Vs. 298. *propriisque* ) Idem, *propriasque*. Vs. 300. *In quis* ) Cum eodem Cod. & Regiom. lege, *In que* Phœb.

Vs. 302. *Simili nec tempora summa* ) Hoc *summa*, quod modo vs. 300, alio licet sensu, habuimus, minus venuste hic repeti videtur. Regiom. Ald. & Rom. *curfu*, quod malim; præsertim cum hoc in MS. Palat. esse affirmet Barth. quamvis ab alia manu adscriptum, quod plane omissa vox fuit. Cod. Parif. sic: *nec tempore nota*. Vs. 303. *statione* ) Idem Cod. & Regiom. *ratione*.

Vs. 304. *Nam quæ Phryxai &c.* ) Libri omnes, *Numquam Phryxai ducuntur vellera Signi*, id est, *Arietis*; sic dicti a Phryxo, Athamantis ex Nephelæ filio. Hujus fabulam exponit Hyginus Poët. Astronqm. Lib. II. cap. XX. *ducuntur* ) redde per, exorta moventur.

Vs. 305. *Cbelarumque fides* ) Habes heic iterum τὸ *Fides*, uti supra Lib. II. vs. 332 in not. Denotat h.l. filamenta pedum Scorpionis, quæ subinde Libræ loco Poëtæ veniunt.  
 Vide

Vide notata ad Lib. I. vs. 268. & 609. De his Manetho Apotelesm. Lib. II, 136 fqq.

Χηλαίδ', αἱ καὶ δὴ μετεφήμεσαν ἀνέρες εἰροί,  
καὶ ζυγὸν ἐκλήισαν, ἔπειτ' ἐτάνυσσ' ἐκάτερθε  
Οἷας περ πλάστιγγες ἐπὶ ζυγῷ ἐλκομέναι.

Illud *εἰροί* valde mihi, nec immerito, suspectum. Sotibendum puto *εἰροί*, Jon. pro, *εἰσοί*, *sacri*. Intelligit *Chaldaeos sacerdotes* (Cf. Nostrum Lib. I, 46 fqq.) quos Herodotus *εἰρεῖς* salutat Lib. I cap. 181. fin.

Vs. 306. *binas ibi Signa per horas*) MS. Lipsi. cum Paris. & Libri nostri, *sibi*. viciose. Scaliger emendavit *si*, quod textus rerum omnino postulat. Jam enim in eo est Auctor, ut confutet vanitatem opinionis, quæ binas horas ascensionibus Signorum attribuit. Argumentum, quod hujus loci est, *ab inæqualitate ascensionum eodem in loco deductum*. Nam Alexandriæ *Aries* oritur gradib. 20. 23'. *Taurus* 24. 9'. Ergo non sunt æquales ascensiones: neque igitur binarum horarum.

Vs. 307. *Quod melius*) Corrige, *medius*, nostroque typothetæ hujus erroris veniam, Romanq̃ quoque expetendam, ne nega.

Vs. 309. *Illic*) Lege cum MSS. & Editis nostris antiquioribus, *Illis* diebus &c.

Vs. 311. *falsi fallacia mundi*) Est ubi hæc de Austrina orbis parte explicavimus Lib. I. ad vs. 406. quod nolumus factum. Loquitur enim h. l. Poëta de inæqualitate ortus & cursus Solis pro diverso Sphæræ & locorum situ. Conf. supra vs. 208 fqq.

Vs. 312. *Nec similis simili . . .* Regiom. *Sed similis simili orbe*. Cod. Paris. *Nec sim. sim. anno*.

Vs. 313. *Omnibus autumnus Signis*) Hoc est: *Tales sunt dies ac noctes in omnibus Signis per illas regiones quæ sub Equatore jacent, quales sunt per alias ubique regiones in autumno & vere*. Scilicet populi sub Equatore degeneres perpetuo autumno vereque fruuntur, nec dies aut noctes

etres aliis alias minores aut majores habent. Vs. 314. *quod aequali*) Cod. Paris. & Regiom. una voce, *coequali*.

Vs. 317. *Sideribus mediis, an quæ &c.*) Id est, *an sit Sol in Signis, quæ media sunt inter hæc quatuor Cancrum, Capricornum, Arietem & Libram.* In quacunque igitur Signo sit Sol, nil refert; semper enim dies & noctes æquales sunt iis populis, qui sub Æquatore degunt. Vs. 319. *Obliquus*) Cod. Paris. per tres arcus *Obliquos &c.*

Vs. 320. *Subterque*) Legendum esse *terrasque*, Libri omnes loquuntur. Itaque hoc censeo reponendum.

Vs. 321. *Per singula puncta*) Noluit Cl. Bentlejus retinere illud *lustra*, quod Libri universi consensu ferunt, eo quod *lustrum* non nisi quinquennium ipsi notat. Auctor vero est Plinius, *lustrum* etiam dici quadriennium; quo exacto, easdem redire vices Eudoxus putavit. Cujus quidem placita cum Noster est amplexus, facilis est conjectura, eum vocem illam sensu Astronomico, non sacro vel politico, dedisse. Ipsa Plinii verba leguntur Lib. II. Hist. Nat. cap. XLVIII fin. *Omnium quidem (si libeat observare minimos ambitus)* redire easdem vices, quadriennio exacto, Eudoxus putat: *non ventorum modo, verum & reliquarum tempestatum magna ex parte.* Et hoc est principium lustris ejus, semper intercalari anno, *Cancicula ortu.* Pateris etiam *lustrum* pro quovis anno accipere, uti infra vs. 320. & apud Virgil. Æneid. I, 287.

*Veniet lustris labentibus ætas.*

Loquitur enim de illis temporibus, ubi nulla adhuc lustra fuere condita, nedum Urbs fundata.

Vs. 322. *Bene diviso orbe*) i. e. Non inæquali orbe, ut in Sphæra obliqua, sed ad angulos rectos.

Vs. 324. *Ad extremos deverteris axes*) Cod. Lips. & Editi principes, *ab extremo temet praverteris axe.* Conspicitur Cod. Paris. nisi quod vitiose scriptum, *tenet pro, temet.* Sensus: *quantum spatii recesseris ab alterutro Polo.* Cf. not. ad vs. 328. fq. Quæri tamen posset, an non legendum sit, *praverterit*, in hunc sensum: *Quacunque pars terræ versus*  
Potum

*Polum eunti tibi incipiet apparere. Nam quæ progredientibus nobis eminus conspiciuntur, ea utique nos prævertunt.*

Vs. 325. *Convexa*) Cod. Paris. *connexa*. Mox, *trahens gressum*) Idem, *gradus gressum*. Regiom. *gradum gressus*. Post, *fastigia*) Uterque *vestigia*. Hæc omnia tanti non sunt, ut ea propter a vulgata sit lectione recedendum. *Convexa*, recte omnino. Non enim cava est terra; sed gibbosa & convexa. Quod pluribus argumentis adstruit Regiomontanus in Epitoma Lib. I. Conclus. II.

Vs. 326. *tereti solo*) id est, *in longum rotundo*. Vide notata ad Lib. I, 207. Regiom. sic vulgavit:

Quem *teretis* natura *soli* decircinat orbem.

*Decircinat* dicitur pro, *circumeundo describit*. Conf. Savaro ad Sidon. Apollinar. Carm. XXIII. p. 192.

Vs. 327. *Mediam mundo suspendit ab omni*) Ita supra Lib. I, 170. de Terra: *medium totius & inum est*. Auctoribus ad istum locum excitatis adde Sidon. Apoll. Epithal. Polem. vs. 71 sqq. & Regiomontani Epitoma Lib. I. Concl. III.

Vs. 228 sq. *scandensque rotundum Degrediere simul*;) Tantum abest hæc lectio a veritate, quantum ab errore Manilius, qui *scandentem simul & degredientem*, i. e. *descendentem*, ne somniando quidem fingere potuit. Quæ cum sint prorsus inconvenientia; nemini recte sapienti admitenda. Per autem opportune adnotavit Barth. Advers. Lib. IX cap. IV. in Edit. Bononiensi se legisse, *conscendens orb. stridensque rotund. Digred.* Illique perspicacissimo Viro hoc, *Degred.* verum est visum, *scandens* vero nequam. Nobis alterum, *Digred.* magis probatur. Illud enim quarto casui junctum vix est, ut usquam reperias. Hoc vero legisse meminimus apud Hirtium de Bello Afric. ed. Clark. §. 34. Oudendorp. 37. ubi, recto utriusque Interpretis judicio, vulgatum; *Inde parvulam proclivitatem digressus, sinistra parte campi, propter mare legiones ducit.* Accedit optimorum librorum auctoritas, quibus fidem derogare, in tanto præsertim consensu, religioni omnino foret. Ita enim legere est in Cod. Paris. editisque Ald. Rom. Præn. &, qui his facem videtur accendisse, Regiom.

Ergo ubi conscendes orbem, *fridensque rotundum*  
*Digrediere* (:) simul fugiet pars altera terræ  
 Altera reddetur &c.

Loquitur Poëta de eo, qui vel cogitatione, vel duce globo artificiali, superficiem terræ, latitudinem tenus, peragraré velit, eundo scilicet ab uno polo ad alterum, ab austro ad boream (ita enim intelligimus, *extremos axes* dictum esse pro, *extremitates axis* i. e. polos vs. 324.) Ille igitur quæ magis ascendit, eo longius, ob terræ globosam elevationem, *digreditur fridens rotundum*, i. e. *discedit ab axe*, quæ Noster *fridentem* dixit supra Lib. I, 451. hic autem addit, *rotundum*, quod *axis*, quasi columna, in longum *rotundus* concipitur. Hac vero, qua cœpit, via progredientem pars altera, australis nempe, *fugiet*; dum borealis altera conspectui ipsius *reddetur*. Confer cum his quæ dicemus infra ad vs. 374 sq. & quæ peracute differit Region. in Epitoma Lib. I. Conclus. II. quæ inscribitur: *Terram esse rotundam*.

Vs. 330. *orbis*) Cod. Paris. & Regiom. *orbe*. Vs. 332. *fuerant*) *lidem, fuerint*. Vs. 333. *ducentur*) MS. Paris. *ducuntur*.

Vs. 334. *Atque erit obliquo . . orbe*) Cod. Paris. Regiom. & ceteri præstantiores, *At erit obliquus*. Recte. Zodiacus enim qui in modum baltei ducitur, bene dicitur *obliquus orbe* iis regionibus, quæ sub Æquatore non jacent.

Vs. 335. *Qui transversus erat: statio &c.*) Lege & distingue, *Qui transversus erat spatium* (:). Sic luculenter Editi nostri vetustiores. Zodiacus est *transversus spatium* iis, qui sub Æquatore degunt. Itaque degentibus extra Æquatorem, puta extra 24 grad. ab Æquatore, desinit esse *transversus spatium*, fitque *obliquus orbe*, id est, jam non extenditur *transversus iis populis*, quomodo extendebatur sub Æquatore; sub quo extenditur ab uno Tropico ad alterum, inque modum baltei ducitur: Sed jam *obliquus orbe* fertur, id est, periodos agit *obliquas non autem rectas*, quas sub Æquatore agit.

Quando illius una est, Nostra mutantur sedes.) Hæc optime sic videntur coherere: quando *sedes illius una est* &c. Stat



Stat enim immotus Zodiacus in balteum ductus; at nostræ mutantur sedes.

Vs. 336 sq. *ergo ipsa moveri Tempora jam ratio cogit &c.*) Conclusio alterius argumenti, quod ex positu globi terræ instruxit ad evertendam de æqualitate ascensionum opinionem. Probat enim ascensiones eorundem Signorum in hoc loco non esse æquales ascensionibus eorundem in aliis. Alexandriæ Aries oritur gradib. 20. 53'. Romæ grad. 17. 21'. Taurus Alexandriæ grad. 24. 9'. Romæ grad. 21. 6'. Unde illa diversitas? A positu regionum, quod ab Æquinoctiali ad polum pergentibus semper obliquæ ascensiones decrescunt, rectæ autem crescunt: dies æstivi majores sunt, hiberni breviores. Vs. 337. *referre*) Regionum. referri.

Vs. 339. *cursus malignos*) Hoc *malignus* idem quod *obliquus*. Itaque *cursus malignus*, non recto gyro sed obliquo peractus. Sic *oculus malignus*, apud Gratum est, *oblique adspiciens*.

Vs. 341. *mora cuique datur.*) Rescribe *magna*, consensu & fide optimorum Librorum. *Quo propiora*, inquit, *nobis*, eo majores oriendo moras interponunt.

Vs. 343. *citius merguntur in umbras*) Illud *citius*, sensui apprimè conveniens, nullus Scriptorum vel Editorum agnoscit. Unus tamen Lipsiensis emendationi favet, cui legitur *celeris*, antiqua & in nostris Libris frequentissima terminatione, pro *celeres*. Cod. Paris. & Editi omnes habent *cacis merguntur in umbris*. Vs. 344. *quis*) Cod. Paris. *qui*. minus bene.

Vs. 345. *effugiunt oculos*) Idem Cod. & Editi nostri, *officiunt oculis*, id est, *faciunt*, ne oculi eorum qui ad frigidam Arctos degunt, lumen eorum recipiant; quia vixdum oriuntur, quin occidant.

Vs. 346. *Vixque ortis occasus erit*) Sensus horum ex nota præcedente constat. Illud *vix* eleganter Manilio *pene*, *prope* significat. Conf. Lib. I, 585. & V, 78. Pro, *ortis*, Libri nostri, *ortus*,

*Si longius inde Procedat &c.*) Si quis, inquit, e Polari Circulo versus Polum ipsum Arcticum longius procedat; tunc  
 7 5 ipsa

ipsa meridionalia Signa latebunt per 30 dies , reddentque singula noctes triginta continuas.

Vs. 347. *toto condentur singula mense*) Eodem redit vetus scripta Cod. Paris. & vulgata lectio : *totis cond. sing. membris* ; siquidem hoc *membris* pro *gradibus* Signi , seu 30 diebus , accipiendum. Vs. 348. *trabet*) Cod. Paris. & Regiom. *trabent* , uti , *condentur*.

Vs. 350. *Et attritis consumitur horis*) Cod. Paris. Et *tritis*. Regiom. *opprime*, Et *ternis* *consum.* horis. Id est quod dixerat ante , *vixque ortus occasus erit*. Vs. 351. *statio*) Liber uterque , *spacio*.

Vs. 352. *per partes subrepto tempore*) Libri nostri, *subrupto*, i. e. quasi variato pro vario Sphæræ situ. At melius ; *subrepto* tempore , scilicet : *donec duo , tres , quatuor , quinque , Et sub polo ipso sex demum menses erepti erunt*, coll. vs. 355.

Vs. 353. *Quærentur medio Et c.*) Cod. Paris. ita : *Tempore queratur medio*. Regiom. nil mutat , nisi , *querentur*. Vs. 354. *Abducentq.*) Paris. *Adduc.* vitium , obtulis Scribæ auribus tribuendum. Vs. 355. *ereptis*) Cod. idem & Regiom. *eruptis*. Vs. 358. *boreamq.*) Ambo, *orbemque* rigentem. hoc magis placet. *boream rigentem* habes etiam Lib. I, 321.

Vs. 359. *Prona Lycaonia membra*) Recte , *prona*. Sio Cod. Paris. Regiom. Ald. & Rom. Non , *prima* ; quod habet MS. Lips. Illud *prona* addidit Poëta , ut indicaret , non puellæ jam formam habere , sed Ursæ.

Vs. 360. *laterumque meatu*) Cod. Paris. & Editi nostri cum Scaligero legunt , *meatus* , quod malim. *In hac*, inquit, *positura non transversus est axis , sed stans Et erectus*. Circa eum *e lateribus vertitur calum* non ab imo ad summum , sed *ad instar turbine*, qui vertitur orbe recto. Vs. 361. *curret*) Rectius Cod. Paris. & Regiom. *currit*.

Vs. 362. *sex tantum Signa*) Nimirum æstiva , quorum primum *Aries*, postremum *Virgo* ; quæ cis Æquatorem feruntur. Sex vero reliqua , quod ultra Æquatorem , non cernuntur.

Vs. 364.

Vs. 364. *inclinī spira*) Ita mutare visum Bentlejo hoc *acclivi* . . *semper*, quod cum Cod. Paris. Editi nostri omnes tenent. *Acclivi* scil. circuitu, ex vs. præced. quia sursum fit motus Solis per ea Signa. De voce *inclinis* supra dictum ad Lib. I, 596.

Vs. 366. *contextis lucibus*) i. e. non interrupta serie semet excipientibus.

Vs. 369. *reſto viſetur ab axe*) Cod. Lipſ. *verſetur ab orbe*, Paris. *verſatur ab orbe*. Idem ſuperne, pro var. lect. *in orb*. Regiom. quoque cum ceteris, *verſatur*, pro *vertit ſe*.

Vs. 371. *Inferiora petens ſidera*) Sunt hæc Australia, ratione habita Sphæræ ſtantis. Pro *deveſo curru*, Scripti Editrique, *dejeſto curſu*.

Vs. 374 ſq. *Vertice ſub cæli (.) nam quiſquē*) Verſu priore Bentlejus, non ſine inſigni ſententiæ detrimento, voces arctiſſimo vinculo ſibi junctas, interpunctione ſecernit. Illa enim diſtinctionis nota (.) verſui debetur antecedenti; libris id affirmantibus univerſis, & ipſa poſtulante ſententia, illo nimirum verſu terminata. Porro miram prædit Vir magnus inconfantiam, qui repetitionum non altero minus impatiens, hoc *axe* ſubſtituit, quod verſu abhinc quarto, ſententia ſcilicet nondum penitus abſoluta, eadem terminatione, recurrit. Neque id quod vs. poſteriore legitur, *e toto*, cujuſdam bonæ notæ Codicis, ſed unius Bentleji auctoritate nititur. In fine ejusdem vs. *rotundi* Cod. Lipſ. agnoſcit; quod omiſſa poſt diſtinctione, cum ſequente, *Pars*, neſti velle videtur. Vereor, ut ſatis apte. Malim itaque Cod. Paris. vulgatamque Regiom. Ald. Rom. & Pruckneri lectionem ſequi:

Vertice ſub cæli nam quiſquē ſpectat (.) ab omni  
Dimidium & toto mundum videt (;) orbe rotundo:  
Pars latet inferior.

Senſus horum eo, quo verba fluunt ordine conſtabit: Nam quicumque ſub vertice cæli conſtitutus, ſurſum & circum-  
quaque ſpectat, totius univerſi cæli dimidium & ſuperiorem tantum partem videt; quia orbis cæli rotundus eſt: Pars inferior latet. Atque ita, ut video, omnia plana ſunt ac dilucida. Dimidium mundum ab omni & toto loquendi  
genus,

genus est Græcis pariter ac Latinis pro casu secundo frequentatum. Manetho Apotelesm. Lib. VI, 735.

Μαντοσύνη γὰρ τοῖς ἀν' ἡέλος ἐκ βασιλίων ἔσπεται &c.

Ubi ἡέλος ἐκ βασιλίων pro, ἡέλος βασιλίων. Et Nepos Phocion. Cap. I, 3. Hic cum a rege Philippo munera magna pecuniæ repudiaret. Pro, regis Philippi; vel, a rege Phil. scil. missa. Pari Noster modo de terræ rotunditate argumentatus est supra vs. 328 sqq. ubi dicta vide.

Vs. 376 *illum*) Ita omnes, præter Regiom. qui legit *illam*, scil. partem inferiorem.

Vs. 377. *mediaque tenuis distinguitur alvo*) Regiom. & ceteri, *medioq.* nam & hoc genus veteribus usurpatum. *Media alvo* dixit pro, *media parte*. Sic Lib. I, 232 *medium* terræ vocat *orbem ventris*. Vs. 378. *axe*) Cod. Paris. & Regiom. *orbe*. Illud *Arcticum polum*, hoc *circulum* homonymon denotat.

Vs. 380. *Sideribus &c.*) Versum 382. loco motum in suam hanc sedem reponendam puto; siquidem non *Adducit* legendum, sed *Abducit*, quod scite admodum dedit Regiom. Quid enim verius dici concinniusque potest his: (379) Phœbus dum astra inferiora lustrat, (380) *abducit* seu adimit simul luces, tenebrasque relinquit (381) *Sideribus*, donec totidem quot mensibus actis (382) *Cesserat unde, redit*; Regiom. cum Paris. *Cesserit* (.) *inde redit &c.*

Vs. 384. *divortia terra*) Hemisphæria, quæ sunt diversa terræ loca: alterum superius, alterum inferius.

Vs. 394. *Perque meos tendens gressus mihi &c.*) Legere tutò possis cum MS. Paris. Regiom. & Edit. ceteris

*Perque suos tendat gressus* (: ) mihi debeat artem.

*Et pertendat gressus suos.* id est, & recta tendens pergat eundo.

Vs. 395. *Quasunque hoc parte*) Regiom. optime ad sensum:

*Quoque modo hoc paret & terrarum quasque requirat.*

Id est,

Id est, *Quocunque modo hoc iter parare quis velit*, & *quancunque is terram petat*: Vel, *Quocunque terrarum loco aliquis horoscopare velit*; *Deducat* &c. Cod. Paris. in textu: *Quoquoque*. in margine, *Quocunque*. Idem pro, *parte leg. parat* & *terrar. quisq. requirat*, non, .. *ret.* Vs. 398. *forte*) Paris. & Regiom. *sorte.* Vs 400. *At que*) Sic differte MS. Paris. *At que* Regiom. *fuerit*) Paris. *fuerat.* Vs. 403. *averso*) Uterque, *adv.* Pro, *Temp.* Paris. in marg. *Ipsis.* Ibid. *nascentis sidere tauri*) MS. Paris. & Regiom. *nascentia sydera tauro.* Vs. 404. *ortus*) Dicti libri, *horas.*

Vs. 407. *Vinciat*) Id est, *Connectat.* Bene. Namque in progressionem Arithmetica omnis excessus numeri bene dicitur *vinculum* prioris scil. & sequentis summæ. Sic excessus summæ Geminorum supra summam Tauri, *vinculum* est utriusque summæ. Regiom. sic legit:

Qua tempora Tauri Vincantur.

Vs. 408. *ratio perducta*) Regiom. Ald. & Rom. *deducta.* Vox his rebus propria. Vide Gronov. Observ. Lib. II. cap. X. pr. Quibus adde, quæ diximus ad Nostr. Lib. I, 3.

Vs. 409. *Quam modo*) *supple, summam*, scil. *sextam summam diurnam*, quam Leo duxerat vs. 399. Regiom. *Quos modo* scil. *horas.* Cod. Paris. *Quod modo* div. Nem. *duxerat*) Uterque, .. *rit.* Vs. 410. *auctu*) Cod. Paris. *actu* Vs. 412. *servent*) Idem & Regiom. *servet summ. crescantq*) Idem & ceteri Libri, *crescensque.* quasi hæc ad solam Virginem essent referenda.

Vs. 413. *Cbelas.. aucta*) Vetus sectio, *denas.. auctis.* Significat Manilius, decem illos *auctus*, h. e. *additiones summæ* quæ fiunt ad singula Signa: *prima* fit ad Arietem, *secunda* ad Taurum, *tertia* ad Geminos, *quarta* ad Cancrum, *quinta* ad Leonem, *sexta* ad Virginem & Libram. Nam cum æque distent a Solstitio, par est ratio utriusque: *septima* ad Scorpionem, *octava* ad Sagittarium, *nona* ad Capricornum, *decima* ad Aquarium, unde fit *summa* quæ competit Piscibus, & par est summæ Arietis. Vs. 414. *a libra*) Paris. & Regiom. *libra.*

Vs. 415.

Vs. 415. *Utrumque*) Alii, *in utrumque* scil. modum; oblique & recte. Cod. Paris. Ald. & Rom. *in utranque*. Regiom. *in utraque*, scil. forte.

*Quantis modis*) pro *quanta mensura*, *quanto partium numero*. Itaque qua temporis mensura, quove auctu sex prima Signa ab Ariete ad Libram exorientur &c. occident: eadem mensura, vice versa, sex Signa a Libra ad Arietem orientur & occident. v. g. oriatur Taurus hora 1. minut. 36. occidat vero hor. 2. min. 24. Scorpius contra oriatur hor. 2. min. 24. occidet vero hor. 1. min. 36. Et ita de aliis.

Vs. 418. *Illa quot*) Metro & structiōni verborum laborantibus subvenit lectio Cod. Paris. & Regiom. *Illaque quos* stad. Jubet Auctor hanc, quam modo deduxit, rationem adhiberi, & illam quam supra tradidit, ad expendendum quot stadiis quaque Signa orientur & occidunt. Conf. infra vs. 439. Ald. & Rom. posteriori tantum rationi inherentes, legunt *Sidera qua ostendit qua orientur, quaque cadantque*. Propius ad mentem Auctoris Fayus:

*Sidera ut in stadiis orientur quæque, cadantque.*

Vs. 419. *Ter centum numeris vicenaque*) Summa stadiorum est 720. quam supra dedimus ad vs. 275. In hac autem doctrina, quæ nunc præ manibus est, stadia sunt tantum 320. nimirum pro ratione assumpti numeri octonarii. Nam ratio maximæ diei ad minimam Romæ est ut quinque ad tria: & proinde numerus assumendus & secandus in eam rationem est octonarius. Octo igitur in arbitrium aliquem numerum, puta quadraginta, ductus producit 320, & sectus in rationem quinque ad octo dabit 200 maximæ diei arcum, 120 autem minimæ diei. Sexta pars maximæ arcus, stadia 33. 20', minimi, 20. 0'. Sed commodioris computationis gratia multiplicentur in novem. Ita 300 erit sexta pars arcus maximi diurni pro ascensione Leonis, 180 sextans minimi arcus pro ascensione Tauri. Differentia 120. Triens 40, qui erit excessus progressionis, ut habes in Diagrammate apud Scaligerum in Notis, non procul ab hoc loco.

Vs. 420. *Detrahe tot summa partes*) Regiom. &, quorum agmen ille ducit, Editores Veteres ad fidem Cod. Paris.

*Detra-*

*Detrahatur summa tota pars &c.* Vox autem tota, priore correpta, dicitur pro tot, Græcis *ποσάυτη* tot aut tanta: cui respondet sequens vox *quota*. Sententiam hujus loci nota ad vs. sq. explanabit.

Vs. 420. *Quot ademit utrimque Omnibus ex horis*) Regiom. & ceteri minus recte, *utrumque*.

Vs. 421. *Æstiva nomine lucis*) Scripti & Editi, *noctis*. Igitur sensus horum & præcedentium verborum est: *Ex tota summa stadiorum 320 tota pars, scil. ea pars proportionalis demitur, quem demit Sol ex omnibus horis, nempe integri ὥραν, quæ sunt 24, quando conficit Solstitium, Et quidem illæ sunt 15 Romæ: quæ eam rationem habent ad totam summam 24 horarum, quam 200 ad 320. Ergo 200 erit arcus maximæ diei, & reliquis de summa 320, nempe 120, erit arcus minimus diurnus. Igitur tota pars detrahatur de 320, quotam partem aufert maxima dies ex 24 horis. Ablatis Igitur 120 de 320, remanent 200 pro arcu maximo diurno.*

Vs. 423. *Id didito in aquas sex partes*) Hoc didito, quod Scaliger dedit, Nostro minus usitatum ac ducito, quod h. l. Libri omnes agnoscunt; præter Cod. Paris. qui legit, *ducit in*. Itaque hoc ducito reponendum censemus. Neque enim ducere semper & ubique Nostro dicitur *multiplicare*, sed est *dividere* vel *distribuire*, quod h. l. ex structiōne vocum in partes oppido clare patescit. Eodem sensu hoc ducitur habuimus supra vs. 285.

Vs. 424. *sextamque ardenti trade leoni*) Sexta pars 200 sunt 33. 20'. quæ ob commoditatem in novem ducta, fiunt 300, ut habes in Diagrammate apud Scaligerum.

Vs. 426. *Ejus erit signo Tauri pars illa dicanda*) Intellege, qui numerus fuerit *sub nomine* i. e. tempore minimæ noctis, vel minimæ diei, ejus illa pars, id est sexta, erit Tauro dicanda. Numerus stadiorum minimæ noctis 120. Sexta parte 20. in 9 ducta, fiunt 180 pro ascensione Tauri.

Vs. 432. *Novo vicinas munere*) Regiom. *novem nemas nomine*. Sic quoque Barth. in suo MS. legit, Ald. & Rom. Editio.

Editionem secuti Bononienf. *novem numerata* &c. Cod. Paris. *novem niemas nomine* summ. quæ quorsum pertineant, exputare jam non vacat. Vs. 433. *perveniant*) Cod. Paris. & Regiom. *pervenient*.

Vs. 434. *sic breviantur*) i.e. *decreſcendo ſunt breviores*. Uſus voce Quintil. Lib. I. cap. IX. pr. tum paraphraſi audacius vertere, qua & *breviare* *quedam*, & exornare, ſalvo modo Poëtæ ſenſu, permittitur. Et Suetonius aliſque ætate poſteriores, quorum indicem habes apud Cellar. Cur. poſter. p. 203.

Vs. 435. *converſaque omnia lege*) Hoc omnia eſt in MS. Lipſ. & Paris. *nomina*, Regiom. Ordo eſt, *Converſaque lege omnia* ſcil. Signa, *accipiunt pares ſortes* cedentiaque reddunt. *Converſa lege* i. e. mutata vice, uti Noſter infra vs. 469 ſq. pro quo, *converſis vicibus* ſupra vs. 265.

Vs. 436. *redduntque*) Libri univerſi *perduntque*, eodem ſenſu. *Accipiunt redduntque* magis Noſtro ſollemne. Vs. 437. *monſtrabit*) Paris. & Regiom. . . *vit*.

Vs. 439. *Quod bene*) Barth. in ſuo MS. & Paris. in marg. Regiom. Ald. & Rom. legunt, *breve*. Quod dare potuit Auctor, qui ſtriſſim hanc doctrinam tradidit. Neque etiam omnium Signorum aſcenſiones deſcripſit, ſed de Ariete tacuit in utraque methodo, horarum & ſtadiasmi, quod excuſavit ſupra vs. 391. coll. vs. 277. & de ſequenti tractatione præcipit mox vs. 447.

Vs. 444 ſq. *neque enim paribus per ſidera cuncta Procedunt gradibus*) Hoc vult: Hibernis menſibus luces incipiunt creſcere uſque ad ſolſtitium. Par incrementum toto menſe cenſetur. Sed *ſinguli menſes baud paribus momentis ſurgunt*, id eſt, *creſcunt*, *nec iſdem gradibus per omnia procedunt*. Exempli gratia, ſi dies maxima minimam diem ſex horis ſuperaverit, *primo menſe* hora dimidia incrementi accedit diei; *ſecundo menſe* hora una; *tertio* hora cum ſemiſſe: ſic tribus menſibus trium horarum ad diem fiet accreſſio. *Quarto menſe* ſimiliter hora & ſemihorium addetur; *quinto menſe* hora; *ſexto* & ultimo, horæ dimidium. Sic ſupplentur illæ ſex horæ, quibus dies maxima totius anni minima die major eſt.

Vs. 446.



Vs. 446. *Contingant*) Codex Paris. & Regiom. *contingunt*.  
 Vs. 449. *boras*) lidem, *boram*. Vs. 450. *ab iusto superaverit umbra*) Regiom. *ad iustas superav. umbras*. Hoc ad Cod. quoque Paris. agnoscit. Idem in fine, *bora*. Ald. & Rom. *si iusta superaverit bora*.

Vs. 451. *Et trepident luces*) Cod. Paris. & Barth. in suo, vel potius Palatino MS. *crepitent*, quod etiam Regiom. Ald. & Rom. dederunt. *crepitare luces* dicuntur, quæ dubiæ sunt claritatis. Quod de brumalibus diebus omnino valet.

Vs. 452. *Tradenda est medio; qua semper &c.*) Bene habet vetus interpunctio: *Tradenda est medio semper (:)* *qua* forte retent. *Medio* sc. Signo, qui Aquarius,

Vs. 453. *Dimidia ut vincat primum &c.*) Vetustiorum Editionum conditores non inepte dederunt, quemadmodum diserte scriptum reperimus in Cod. Paris. *Dimidio vincat primum &c.* Id est, *Aquarius acceptis 60 scrupulis, ea summa superet Capricornum qua ipse vincitur a Piscibus*. Nam 30, 60, 90 sunt in progressionem arithmetica: Et ut Aquarius 30 scrupulis superat Capricornum, ita ipse vicissim vincitur totidem a Piscibus. Vs. 454. *digere*) Cod. Paris. & Regiom. *dirige*. Post hoc tempus delent distinctionis notam. Vs. 455. *valent*) lidem, *etiam (:)* hæc interpunctio Regiomontani.

Vs. 455. *Tria Signa valent*) Pro *valent*, Libri nostri consensu legunt, *etiam (:)* quod merito suspectum. *Tria Signa* scil. Capricornus, Aquarius, Pisces *valent* seu attolunt dies per hos auctus & incrementa; ea tamen lege, ut sequens Signum addat semper tertiam illam partem præcedentis Signi. Vs. 456. *Accedit*) Regiom. *Accedat*. MS. Paris. *accedunt*.

Vs. 457. *Sic erit, ut &c.*) Regiom. omissa, superiore versu, post hoc *astris* distinctione (.) legit & distinguit, *conjuncta sequentibus astris Cesserit* (.) ut ternis &c. Sic, *cesserit* Cod. Paris. Scaliger, non nisi interpunctione peccans, *Cesserit* ut (.) ubi Cod. Paris. supra lin. et. Vs. 458. *in bora*) Regiom. *ut bora*. Cod. Paris. *et* hor.

Vs. 459 sq. *bora Ipse suam sortem ducat*) Regiom. cum Paris. & Aquarius *horam Ipse suam proprie ducat* &c. Sic etiam Gemblac. Bene. Aquarius enim, quod medium est Signum, ipse sibi sumit unam horam ad auctum dierum in exemplo proposito, quæ tertia pars est discriminis positi. Conf. not. ad vs. 444 sq.

Vs. 462. *tantum*) Lege cum Regiom. & Cod. Paris. *quantum*. Mox Regiom. *priori*. Cod. Paris. *prioris*, pro, *priorum*; quod tamen retinendum. Nam 90' quæ accedunt Piscibus, æquant 60' & 30' priorum Signorum.

Vs. 463. *Ut tribus*) Veterem scripturam secuturi vs. præced. restituemus *quantum*, proinde h. l. legendum *Et trib.* Sic Cod. Paris. Regiom. & ceteri omnes. Vs. 464. *æquandam*) Prisci duo, *æquandum*.

Vs. 465 sq. *tempus dividuum*) Est distributio horariorum scrupulorum in Signa. Incipit autem a sexta, quia sexta pars trium horarum est hora dimidia. Vs. 466. *duplicant*) Cod. Paris. & Regiom. *triplic*. altero mox vs. *duplic*. Sub finem vs. 466. *barentia*) Cod. ille Paris. *arentia*, pro, *arida*. quæ sic dici videntur respectu *humidorum*, qualia sunt Capricornus, Aquarius, Pisces. Malim tamen vulgatum, quod hujus artis doctoribus longe usatius.

Vs. 467 sq. *ita summa diebus redditur*) Ita cum ad Arietem ventum est, *summa* sua 12 horarum *diebus redditur*; & *noctes*, quæ horas *sanore* sumserant, *solvantur*, ut nihil jam diebus debeant. Hæc quidem interprete Bentlejo, qui vs. 468. cum sequente loco movit, quem in Cod. Paris. & vulgato Regiom. post vs. 474. tenent. ubi pro, *æquato* ille, *æquate*; Hic, *æquate* solv. *sanore* pro, *sovere*.

Vs. 478. *descendunt noctes a sidere brumæ*) Imo discedunt ad sidera brumæ, nempe a Signis æstivis. Sic Codd. Lips. Paris. & Editi præstantiores.

Vs. 479. *ordo*) Paris. & Regiom. *orbis*. Vs. 480. *dum fit*) Idem Cod. MS. *cum fit*. Regiom. *cum fit* vs. 481. *tempora*) Paris. *tempore*. Vs. 482. *similique redit*, *quam creverat*, *actu*) Cod. Paris. Regiom. & ceteri, *similisque redit* quo creverat *actu*. Cod. Paris. *actu*.

Vs. 483.

Vs. 483. *nascens ad astrum*) ad Horoscopum invenientum. Ceterum hæc nova tractatio eodem loco apud Regiom. & ceteros legitur.

Vs. 484. *Quod quandoque*) *Quod* vel quale illud Signum, *quandoque* pro, *Et quando* (coll. not. ad III, 296.) *exoriat*ur: Ita reddes hæc: *vadis entissum* reddatur orbi. *Vadis* pro aquis, uti Phædrus de vulpecula:

Evasit puteo nixa celsis cornibus,  
Hircumque clauso liquit hærentem vado.

*Vada falsa, livida* &c. pro mari Virgil. & Catull. frequentarunt. Vs. 486. *in ipsum*) MS. Paris. ad ips.

Vs. 487. *Multiplicans decies* &c.) Hunc locum Regiomontanus sic constituit:

*Qui triplicat quemque ac adjectis insuper iisdem*  
*Quinque tamen summis* (.)

Codicis Paris. lectio parum nos juvat, ut potius magis implicet sensum. Ita enim, vel sine scribendi compendio, fatis tamen obscure est concepta:

*Multiplicatis ac dieclis* (sic) *insuper iisdem*

Verfu vero sq. pro *Quinque*, in margine notat, aliis legi, *Quin.* Corrigendi operam occuparunt Ald. & Pruckn. qui legendum dederunt

*Multiplicans* (,) *deciesque adiectis insuper iisdem* (.)

Vs. 489. *se tollunt sidera*.) Ab hac etiam lectione discedit Regiom. cum Paris. quibus accedunt Ald. & Rom. emendando *sex* tollunt &c. Ut sit ordo & sensus: sub qualicunque hora *sex Sidera* seu Signa tollunt ter quinas mundi partes. Vs. 490. *conjungere*) Cod. Paris. in textu, *conjungit*; in margine, *conjunge*.

Vs. 491. *Quæ superent Phæbo*) Id est, quos Sol nondum peragravit. *per signa*) Idem Cod. *sub sign.* Vs. 492. *summa*) Idem, *summas*. Vs. 495. *subsistit*) Idem Cod. & Regiom. *consistit*.

Vs. 496. *momentum relinquit*) Libri nostri constanter, *nummerique*. Variant in voce *relinquit*, quam habent Ald. & Rom. *reliquit* Regiom. & Paris.

Vs. 497. *Per ignes*) Fortiori omnino distinctione ab antecedentibus hæc sunt fecernenda. Transit enim Auctor ad methodum nocturnæ genituræ definiendæ. *Per ignes* i. e. noctu. Stellas enim *ignes* alibi quoque Noster dixit absolute. v. g. Lib. I, 218

quibus ille supervenit *ignis*.

de Canopo loquens. Vs. 498. *Continua*) Paris. & Regiom. *Continueat*. Consule adhuc Pontederæ Epist. §. I. coll. Nostr. supra Lib. II; 307 sq. *feceris*) Laudati modo libri; *fecerit*. Vs. 499. *Tricenas dabis*) Cod. Paris. ab altera quidem manu, *Tricenasque dabit*, supra lin. *dabis*. Vs. 500. *numerus*) Regiom. huic voci addit (.) *ille*) Paris. *illa. astri*) Idem cum MS. Paris. *astris*.

Vs. 502. *orbem vidisse per ignes*) i. e. per Sidera nocturna. Vs. 505. *cum exacta fides*) Cod. Lips. *cum ex hac fides*. Paris. Regiom. Ald. & Rom. *cum ex hac sedes steterit &c.*

Vs. 507. *Non feri te obitus*) Cod. Paris. cum Lips. ac Editis Ald. & Rom. *Non feret oblitus*. Regiom. optime ad sensum: *Non fallant obitus*. Repetendum tamen *Ut ex vs. 505. sicut fundamenta sub uno*) scil. Cardine, qui dicitur *Unum cæli*.

Itaque hos tres versus sic intelliges: *Ut cum certus es de Hosioco, qui cardo primus est*, tres reliqui in summo cælo, in occasu, & in imo cælo non possint te fallere; cum primo invento, certa sit ceterorum statio, orbe toto in quatuor partes æquales diviso. Similem fere in modum de quatuor cardinibus Noster supra vs. 216 sq.

Vs. 508. *Verique subortus*) Dicere vult Auctor: *Quamnam Signa in aliorum, occidentium puta, locum oriuntur*. Hanc interpretationem ipsa vox *subortus* subministrat, quam pariter usurpavit Lucretius Lib. V. 304.

Sic igitur Solem, Lunam, stellasque putandum  
Ex alio atque alio lucem jactare *subortu*.

Vs. 509. *Omniaque*) scil. *quatuor cardinum loca*, inquit, Bentejus, verborum magis suorum, quam Poëta, interpres. Quomodo autem ista *loci in proprias vires* fortisques recedant, id vero ei restat explicandum. Inepta pro-

sus

sus Codicum lectio, *Denaque in proprias &c.* Pronum erat Scaligero emendare *Denique ut in propr.* Regiom. Ald. & Rom. vulgaverunt *Dena quod in propr.* Ita Cod. Paris. quoque legit. nescio, cui bono. Legendum forte;

*Sena quod in proprias vires fortesque recedant.*

Quoniam, inquit *sena Signa* quotidie in hemisphærio *suas vires exercent*, & *fortes vel munera quasi propria obeunt*, horoscopantis omnino interest nosse, quodnam illorum Signorum horæ nascenti affullerit.

Vs. 513. *Quæ*) Cod. Paris. & Regiom. quor. scil. *dies*. minus recte Vs. 515. *Annua quod . . . mundum*) MS. Lips. Paris. & Editi nostri

*Annua quod lustrans consumit tempora mundi*

Primus, inquit vs. *preced.* annus Dodecateridos genethliacæ erit cognominis ejus *Signi*, in quo Sol fulserit, cujus rei hæc est ratio, quod Sol *lustrans tempora mundi*, i. e. Zodiacum per omnes gradus illustrans, consumit vel consummat integrum annum; adeoque anni ducatus ad Solem pertinet, uti mensis ad Lunam, diei ad Horoscopum, Planetæ ad horam.

Vs. 516. *Proximus atque alii*) Proximus i. e. secundus annus sequitur secundum Signum, *atque alii* vel ceteri (Sic vs. 494 Cod. Paris. & Regiom. *illi*) deinceps sequuntur ordine succedentia Signa. Conferri heic meretur Hermes, de Revolut. Nativit. Lib. I. Cap. I. Aliquis natus est Sole in Leone posito. Ejus Dodecæteridos genethliacæ annus primus erit *Leonis*; secundus, *Virginis*; tertius, *Libra*: & sic deinceps.

Vs. 519. *traditque*) Cod. Paris. Regiom. Ald. & Rom. *tradique*; uti *mox*, *numerari*. Quorum structio cum his, *natura voluit*, necanda videtur. Magis autem placet Cod. Lips. scriptura:

*Atque dies tradit sequentibus astris.*

*Horoscopus*, inquit, primas horas asserit sibi, atque tradit dies sequentibus astris. Consuli hic omnino debet Salm., de annis Climact. pag. 245 sq.

Vs. 520. *suos*) Cod. | Parif. & Regiom. *tuos*. Vs. 523. *Perque aliena*) *Iidem* & ceteri editorum principes, *Perque alterna fid. i. e. quæ alternant oriendo & occidendo*. quod vs. seq. diserte declarat.

Vs. 525. *taxta*) Cod. Parif. in marg. pro varia lectione, *natura*. nulli bono. Vs. 527. *Vota*) sunt res prosperæ ac lætæ, quas votis sumus consecuti. Hinc *nuptia* dicuntur *vota*, Lib. V, 547. *fortuna*) Cod. Parif. iterum in marg. *natura*.

*servat tenorem*) i. e. *ductum*, eo quo cœpit modo *continuum*. Proprie de jaculis, hastis aliisque missilibus dicitur. Virgil. *Æneid.* X, 340.

Protinus *bestia* fugit, *servatque* cruenta *tenorem*.  
& Statius Thebaid. VI, 711.

—— *servatque tenorem* Discus.

Inde translatum ad alia, eandem fere notionem *servat*. Exemplum, quod hujus cum maxime loci, præbet iterum Maro Georg. II, 337.

Non alios prima crescentis origine mundi  
Illuxisse dies, aliumve habuisse *tenorem*.

Vs. 529. *fuit*) Sic Cod. Parif. in marg. *ferit* est in textu. Vs. 530. *nec menses*) *Idem* MS. & Regiom. *non mens*.

Vs. 531. *aliumque revifit*) Cod. Parif. & Impressi veteres *relinquit*; i. e. *dimittit*. Hoc longe probabilius ac *requirit*, quod Scaliger ex Gemblac. dedit. Barthius illud *relinquit* minime ineptum putat. Verum & hic Vir magnus Poëtæ mentem vix perspexisse videtur, qui reddit *præterit se & sui obliviscitur*. Quod pari putat elegantia dictum, ac illud: *non obita diei*. Quin potius recepta voce *relinquit* sententiæ vim & acumen in hoc *aliumque* sitam existimamus. Cum enim dixit Auctor, ad demonstrandam rerum inconstantiam, *non annis annos, non menses mensibus convenire, horasque sibi dissimiles esse*; hoc quod interferuit, *seque ipse dies aliumque relinquit*, eo certe accipiendum, quod *unus idemque dies alius soleat esse in fine, quam in principio*. Encliticum *que* quod, uti sæpe observavimus, ad metrum,  
non

non ad sensum pertinet, in errorem videtur duxisse Interpretes, quo *aliud* putarent esse *alterum*. Hoc autem loco id valet *quod aliud* quod apud Horatium quem excitavit Bentlejus, Carm. Sæc. 9.

Alme Sol, curru nitido diem qui  
Promis & celas, *aliusque* & idem  
Nasceris.

Vs. 533. *Tempora quod non stant propriis* &c.) Cod. Paris. Regiom. & eum insecuti Ald. & Rom. sic habent

*Tempora consistunt propriis carentia* Signis

Quæ quidem mendose, clamitant, esse vulgata. At hercle longe melior hæc lectio quam Gemblac.

*Tempora quod sistant propriis parentia* Signis

Regiom. & Paris. *propriisque*. At illud *consistunt* elegantius & ad concinnandam sententiam longe aptius quam hoc *stant* vel *sistunt* absolute, quod Nostro inusitatum; nisi forte huc trahere velis unicum locum ex Lib. IV, 550. de quo infra dispiciemus. Illud præterea non ab Editore Britanno insertum, post se requirit sed, cujus nec vola nec vestigium apparet. Hæc autem *consistunt* & vs. 535. *efficiunt* (versus enim intermedius in parenthesi legendus) sua se sponte excipiunt. Nexum hujus & sequentium versuum eorumque sensum post vs. 536 huic signo \* subjungemus.

Vs. 535. *Talesque efficiunt menses*) Ita quidem MS. Paris. & Regiom. Legit forte melior quisquam Codex, *menses*, quod malim. De *mensibus* deinceps. Nunc de influenza temporum, vel astrorum potius, ad fingendos ac immutandos hominum animos. Cujus rei indicio est quod sequitur:

*Casusque minantur*) Recte sic legitur, non *causasque*, quod habent Ald. Rom. & forte Bonincontr. quem Scaliger ope Gemblacenensis sic emendavit.

Vs. 536. *tum vertimur*) Sic Cod. Lips. *dum* vert. MS. Paris. *convertimur* Scaliger, & ante eum, quem tamen oculis ille non usurpavit, Regiomontanus.

\* Sententia horum quatuor versuum hoc videtur nexu concipienda: *Tempora* quatenus sunt mensuræ motûs per se *consistunt* i. e. permanent invariata, & *propria Signa non habent*, adeoque nec per se quid in corpore humano possunt efficere, (utpote *qua* nonnisi per numeros adhærent *omni ævo currenti*) Et *efficiunt* seu fingunt atque formant hominum *mentes*, variosque *casus prænunciant*, pro vario *motu habituque astrorum*, quorum *viciissitudinibus* nos obnoxii sumus. Itaque non tempora variant hominum animos & qui illis evenire solent casus, sed astra; neque tamen hæc sola, sed cum tempore conjuncta. Conf. infra de Signis tropicis vs. 666 sqq.

Vs. 537. *Sunt quibus* &c. ) MS. Paris. Regiom. & recentiores tres

*Sunt quibus ut cæli pateant nascentibus hora*

Vs. 538. *Sidere, quem memorant* &c. ) Regiom. *Siderea qua memorant*. Ald. & Rom. *Sidere quod mem.* Cod. Paris. etiam legit *Sidere, quem mem.*

*inventuris*) Ita & Regiom. At MS. Lips. & Paris. *horoscopon inventura*. In tantis tenebris admodum est difficile vestigia reperire, quibus tuto incedas. Equidem, dum melior aliquando Codex lucem præstet, hos versus ita refigendos putamus:

*Sunt quibus* & cæli placeat nascentis ab hora

(*Sidere quod memorant horoscopon inventuri*)

Parte quod ex illa describitur hora diebus

Omne genus rationis agi &c.

Confer supra vs. 190. Sunt alii, *inquit*, qui putant, omnem rationem anni, mensis & diei incipere ab hora nascentis cæli, seu a parte illius Signi quod emergit aliquo nascente, quod horoscopum inventuri observant sibi; quoniam horæ sequentis temporis describuntur ab Horoscopo (unde vocatur Horoscopus). Hora autem est principium omnis temporis: omne igitur tempus ab Horoscopo esse putandum. Conf. Lib. II, 827 sqq. & ad totum hunc locum, Salmaf. de ann. climact. p. 245.

Vs. 539. *quod*) Paris. *quoque*. Vs. 540. *agi*) Paris. & Regiom. *agit*. Vs. 541. *capite*) Regiom. *cupis*.

Vs. 542.



Vs. 542. *tradique* ) Parif. & Reg. *tradiq.* Vs. 544 sq. *quod tardius illa, Hæc citius peragunt orbem* ) Nam v. g. annus tardius mense ; mensis tardius die ; dies tardius hora peragitur. Contra hora citior die ; dies citior mense ; mensis citior anno volvitur.

Vs. 545 sqq. *venit omnis ad astrum Hora die bis :* ) Explicat, quomodo illa citius aut tardius orbem suum peragant : scilicet, ratione civili bis in die *hora natalis* ad Horoscopus venit. Ut si quis nascatur hora decima diurna, iterum recurret hora illa decima intra *ωχθίμῆρον*. Intra *mensē* vero dies singuli semel elabentur sine reditu. Nam cum mensis constet triginta, verbi gratia, diebus, si quis nascatur quarto mensis die ; intra mensis hujus spatium nullus alius recurret quartus dies. Similiter intra annum menses singuli semel præteribunt, nec mensis alter Martius redibit, quo natus, exempli gratia, quis fuerit. Par est Dodecaëteridos ratio, quæ duodecim annis constata est. Hujus anno sexto si natum infantem fingamus, unicus ille effluet sextus, nec alter sextus numerabitur, dum hæc Duodecaëteris erit in cursu.

Vs. 547. *bis sex jam mensibus annus* ) Libri omnes *Solibus* ; recte. Etenim *duodecim Solibus* i. e. annis exactis, semel quisque annus venit in astrum suum. Cod. Parif. *annum* pro, *annus*.

Vs. 548 sqq. *Difficile est &c.* ) Variis hic locus modis tentatus est Eruditis. Nec mirum. Multum enim variant in ejus lectione Codices scripti pariter ac impressi. Specimina legamus observatu maxime digna. *Unus ut sign.* Cod. Parif. *Unius ut signi.* Cod. Lipf. & Impressi Ald. Rom. Pruckn. *Unius & signi.* Sic quoque Scaliger legit in notis, tametsi *ut* vulgavit. *Asperioris agat mens.* MS. Parif. *Asperiozem ut agat mensē.* Gemblac. legente Scaligero, & Lipf. *Asperioris agam mens.* Editi modo collati : *Asperiozem agat mens.* Barthius in MS. Palat. legit *Asperioribus agat mensē*, qui proinde emaculandum putat, *Asperior orbis agat mensē.* At hæc metro efficiunt maxime. Alius Vir doctus, sub nomine Claudii Civilis, tentavit *Asperius signum mensis*, ubi *ut sit* ex vs. præced. repetendum. Bentlejus cum Haetio, censet, excidisse versiculum, in hanc sententiam :

A a §

Sic

*Sic erit, ut mitis qui Signi duxerit annum,  
Asperioris agat mensem &c.*

Denique Salmaf. de ann. Clim. pag. 322. locum sic tentavit:

*si mitis & annus*

*Asperiozem is agat mensem &c.*

Cui, inquit Cl. Interpres, *annus mitis est, is plerumque mensem in anno illo tristem agit. Cui mensis in lætum astrum inciderit, diem experietur infaustum. Cui dies faustus, bona diei aliqua illi plerumque infelix. Qui vulgatam admittunt Interpretes, hunc esse loci sensum putant: Vix potest fieri, ut simul omnia, bona videlicet malaque, in idem tempus concurrant; ut si v. g. annus & mensis sint unius Signi, mensis tamen Signum sit tristius asperiusque, quia lætum est, quod toti anno præsidet. Et sic similiter de mense & die mensis illius, tum de die & hora ejus diei respectu siderum judicandum est. Quid ad hæc, qui omnium primus erat audiendus Regiomontanus? Ille vero Poëtæ rationi maxime consentaneum fovere intellectum videtur. Asperiozem enim agat mensem legit ille. Mox, signum si triste dici (: ) Post, si durior hora. Et hoc postremum, si, Lipsiensis quoque Codex juxta cum Paris. tuetur. Quæ quidem non aliter accipi possunt, ac si dixisset Auctor: Difficile est creditu, omnia illa & diversa tempora ex uno eodemque capite incipere atque eodem concurrere, ut mensis & annus, proinde etiam hora diesque, pari Signo gaudeant, paremque per annum, mensem & diem effectum prodant. Potest enim fieri, ut quis asperiozem agat mensem, etiamsi mensis in astrum lætius inciderit. His vero præmissis ea respondent aptissime, quæ Auctor conclusionis loco subjicit:*

*Vs. 553 sqq. Idcirco nihil in totum sibi credere &c.) Si enim, inquit, ita se res haberet, ut si annus inciderit in lætum Signum, mensis quoque, dies & hora læta sint ac fortunata; sin autem in Signum triste; omnia illa tempora dura & tristia: nullæ essent diversæ vices, non diversi hominum casus in temporibus illis. Hujus autem contrarium docuit supra vs. 525 sqq.*

*Vs. 557. aliis) Vera videtur hæc scriptura. Cod. Paris. Lipf. & Impressi tres alius. Regiom. aliud. Vicibusque sonat vicissim, alternatim. Infra quoque vs. 675.*

*Cetera nunc urgent vicibus, nunc tempore cedunt.*

*Vs. 558.*

Vs. 558. *atque alio*) Cod. Paris. *aut alio*. Vs. 559. *variata*) MS. Lipsf. cum tribus Vulgatis *variantum* sc. dierum. Regiom. ac Paris. *variaturum* sc. tempus; quæ quidem, *interpellatum, variatum*, duriuscule sonant; nec a Manilio sic scripta videntur. Vs. 560. *docui*) Regiom. *dixi*. Codd. Lipsf. & Paris. *duci*. post hoc, *tempora*, uterque notam interpunctionis delet.

Vs. 561. *Quod quandoque genus*) supple *temporis*; vel anni, vel mensis [vel diei & horæ. *Quandoque ille*. quo tempore uti supra vs. 164. *veniat*) Cod. Paris. & Regiom. consentiente MS. Lipsf. *venit*.

Vs. 563. *avi*) *Ætatis cujusque hominis*. Lege porro ad vs. abhinc secundum, coll. vs. 582.

Vs. 567. *unumque triente Fraudatum*) scil. annum i. e. octo menses. Cod. Paris. & Regiom. quibus accedit MS. Lipsf. *trientem*. Ita mox vs. 570. *binosque trientes* & vs. 572. *geminatque trientem*. Idem in utroque loco numerus, octo *mensum*, intelligendus.

Vs. 571. *bestemque sub illis*) Id est, *præter illos octodecim annos dat quoque Leo menses octo*. *Bes* enim seu *bestis* sunt octo partes cujusvis totius. Octo autem partes totius anni sunt octo menses. Cod. Paris. & Regiom. *bis sexque*. Vs. 574. *dona*) Uterque, *dena*. Vs. 575. *qua*) Idem libri, *quoque*, deleta post hoc, *eadem*, distinctione. Vs. 577. *triplicabit*) Dicti libri cum Lipsf. *triplicavit*. Vs. 578. *producet*) Terni illi, cum Scalig. *producit*.

Vs. 579. *Lanigero Pisces*) Regiom. & recentiores tres, *Piscibus ac Aries*. Quod nisi dedit Auctor, legere poteris *Pisces ac Aries*. . *berent* (Sic Paris. quoque) & mox *tribrent*. Cod. Paris. *Piscibus* & (supern. est) *aries*. Recte tamen de Ariete dixerit Auctor, eum tot annos tribuere Piscibus, quod ipse erogat; quoniam & *sorte* & *finibus eis* *beret* i. e. & loco & munere sunt conjuncti.

Vs. 580. *Lustra duo*) Libri omnes, *decem*. Quod non mutandum. *Lustrum* pro anno dici, supra ad vs. 321. notavimus. Nec illud *solidis* bene habet. Repon. *Solis*.  
Vs. 582.

Vs. 582. *ævi*) Codex MS. Paris. *æra*. sensu obscuro, aut nullo prorsus.

Vs. 584. *certo discrimine*) Cod. Paris. & Barthius in MS. Palat. legit *octo* discr. unde conjecit legendum, *aucto*. Regiom. dilucide satis, *toto* discrim. Vs. 585. *stellarum ordo*) i. e. Planetarum loca per singulas stationes.

Vs. 587. *mixtura*) i. e. *σύνκρισις*. Fallitur autem Scalliger, qui putat, *σύνκρισιν* illam esse stellarum cum Signis; quæ tamen est tantum stellarum inter se, per varios *συνχηματισμούς*. Vide Salmas. de annis Clim. pag. 618. *cum viribus*) Malim cum Regiom. *juribus*. sic jura templorum vs. præced.

Vs. 588. *Præcognita*) Hoc vix est, ut alibi apud Nostrum reperiatur. MS. Lips. & Editi omnes, *percognita*. Puto scribendum duabus vocibus, *per cognita* rerum. id est, *per res cognitæ*.

Vs. 590. *Si bene constiterit*) Hæc de Lunæ potestate & efficientia in cardinibus & locis reliquis optime explicuit Salmas. lib. cit. pag. 90 sq.

Vs. 591. *Quæ*) MS. Paris. *Quod*. Regiom. *Quo*. Ibid. in fin. pro, *tenebit*, Paris. *tenebat*. Vs. 594. *Fraudabitur*) Idem MS. *superabitur*.

Vs. 595. *Dives in ortos*) Membranz Paris. *in actus*. Regiom. *in annis*. Vs. 596. *Solus erat*) Uterque, *Solis* erat. & hoc, *erat*, metri causa, dictum pro, *esset*. *Olympias æra*) Nullus adhuc, nec deinceps, Nostro usus Olympiadum in annorum ratione conficienda. Magis placet lectio Codd. MSS. Paris. & Lips. quam vulgavit Regiom. *olympia Luna*. tametsi hæc minime probatur Barthio Adv. Lib. X. cap. IV. Scilicet annis solaribus Noster subjungit lunarem. *Occasus*, inquit, *dives erit in annis solaribus*, tribuuntur enim illi cardini anni octoginta minus 354 diebus, qui est annus lunaris, juxta Gemin. cap. VI. apud Petav. Uranol. pag. 31. *Olympia* significanter dicitur *Luna*, i. e. *caelestis*. Eadem Græcis quoque *Ὀυρανία*, per eminentiam, vocata. Vide Vossium in Theol. Gent. Lib. II. cap. XXVI. fin.

Vs. 597.

Vs. 597. *Imaque &c.*) Sensus: *Imum cali dat annos vita sexaginta duos.* Codd. Parif. & Lipf. *Primaque.* Sic quoque Regiom. & ceteri non novitii omnes. *tricenos*) Cod. Parif. in marg. *trecentos.*

Vs. 598. *Censentur*) Idem MS. *Censetur.* in marg. ex aliorum scriptura, *Censentium.* Vs. 599. *prius natum*) Sam. mas. in de ann. Clim. pag. 138 hic omnino videndus.

Vs. 606. *Veniet*) MS. Parif. & Regiom. *veniens.* Vs. 607. *Per quinquagenas*) Eisdem auctoribus legendum, *Ter quinquagenos.* Parif. *quinquagenas.* Uterque supra modum. Cod. Lipf. *Per quinquagenos* (superne, . . . *nas*) *complent s. m. bruma.* Vs. 608. *Quemque locum*) Cod. Parif. *Quaq.* Regiom. *Quiq.* Recte. Respicit enim *ra boroscopus ille.* Vs. 612. *dabit*) Cod. Parif. *dabunt.*

Vs. 614. *Templum*) Cod. Lipf. *temptatum.* Parif. Regiom. & vetusti omnes, *tentatum*, quod vitiosum judicat Scaliger. Poteris tamen vocem a primitivo *tendo* deducere; ut sit *tentatum* id quod *extensum* scil. *spatium.* Vide omnino Non. Marcell. in *Tenta*, quod Lucretii exemplis docet dictum pro, *extensa.* Hoc *templa* Faji debetur ingenio, non Bentleji. *boc dena*) Illud hoc nullus Codex agnoscit. Delendum ergo.

Vs. 615. *& decimum tribus ampliat annum*) Codd. Parif. & Lipf. Regiom. & ceteri omnes, *& decimam tribus applicat auctis.* *Decimam* suppl. *summam.* Id est, *dena spatia annorum applicat cum tribus adhuc superadditis annis.*

Vs. 616. *Inferior*) Melior vetus scriptura Codd. Lipf. Parif. & Regiom. *Interior.* *Peracli*) Gembl. Lipf. & qui sanam scripturam non averfati sunt Editores vetusti legunt, his sexque *peractis*, scil. *annis.*

Vs. 617. *trabent*) Cod. Parif. & Regiom. *trabet.* Forte scribendum, *tradet.* Nam *trabet morti* pro *ad mortem* durius est ac insolentius. *Natales*) lidem illi legunt, *Natalis*, supple *statio*, i. e. nascentis pueri. Vs. 624. post *opernum* dele incisum. Vs. 625. *astiva Zona*) quæ est *Tropicus Canceri*, dictus alias *circulus astivus*; a Cancro scilicet, qui & ipse *sidus astivum* audit Melæ loc. infr. cit. ad vs. 634.

Vs. 626.

Vs. 626. *partique recessu*) Rescribe ex MS. & Edikis vetustioribus, *parvoque recessu*. Vix enim videtur recedere a puncto solstitiali, adeo ut per quadraginta dies *παράλλαξις* fere nulla percipiatur. Conf. Gemin. Cap. V. pag. 25. D. apud Petav. Uranolog.

Vs. 627. *at, quando*) Lege, *Et quanto*, quod Libri omnes, ipso indice vel teste Bentlejo, retinent.

Vs. 628. *stat summa per omnes*.) Recte hæc ab antecedentibus distinguantur, at cum seqq. sunt coniungenda. quod luculenter fecit Regiom. qui legit *auget* (.) *stat summa per omnes*. Sic Cod. Paris. non, *omne* Cum Cererem &c. *auget. stat. omnis* (antique, pro *omnes*) Codex etiam Lips. agnoscit. *Per omnes* scil. *noctes*, quibus id accrescit, quo dies minuuntur.

Vs. 629. *Tunc*) Cod. Paris. & Regiom. Cum. Scaliger, assentiente Lips. *Tum. properant destringere*) Sic Cod. Paris. At Regiom. & tres recentiores, *properat destringere* Campus, & in varias &c. MS. Lips. *properant*, sed n in rasura. Idem, *destring*. Sensus foret: *Campus properat destringere*. sed hoc nimis improprie dictum. Legas potius cum Scaligero *destringere*; aut si malis, *properant destringere* Cererem fragili culmo *Campis* i. e. *per campos*.

Vs. 630. *Et in patrias denudat membra palastras*) Hæc tam sunt a mente Manilii aliena, quam sunt a scripta & olim edita lectione diversa. Libri omnes,

Campus. & in varias *destringunt* (*destring.*) *membra palastras*.

*Destringere* vel *destringere membra* eleganter dictum pro *oleo persusa detergere*. Nam *destringere* olearum est velut proprium. Ovidius, vel quisquis, bonæ tamen notæ, Auctor Elegiæ; *Nux* inscriptæ vs. 135.

Si licet hoc, *oleas destringite*, cædite messes.

Vs. 631. *Siccatis languet in undis*) Dedit Auctor fide Cod. Paris. & Regiom. *jactatis in undis*, nimirum quia a nautis tam maxime exercitantur. Alii malunt legere

*Et tepi-*

*Et tepidas pelagus jactatum languet in undas.*

Scaliger verſum ita conſtituit,

*Et tepidum pelagus jactatis languet in undis.*

*Tepidum pelagus audit*, ob calorem æſtivum. Sic *tepidam unda* propter ardorem Solis, apud Sil. Ital. Lib. VI, 289. Sollemnis autem & frequens Librariorum error, ut voces *tepidus* & *trepidus* inter ſe commutarent. Unde factum, ut Gemblac. pariter ac Lipſ. h. l. legant

*Et trepidum pelagus jactatum languet in undas.*

Cod. Lipſ. *in undis*. Plura ejusmodi exempla collegit Drakenb. ad Silium Ital. Lib. IV, 182.

Vs. 613 ſq. *Germania ſicca Jam tellure fugit*) ſcil. *inſeſtantes Romanos*; non deſenſa paludibus ſuis, ut erat hyeme, qua parte rem in ea gerebant Romani. Paſſim Tacitus. Lib. I. annal. *Quod ſi fugerent, pluris ſilvis, profundus magis paludes*. Lib. II. *Fundi Germanos acie & jactis locis: juvari ſilvis, paludibus, brevi æſtate & præmatura hieme.*

Vs. 634. *Nilusque tumefcit in arva*) Cod. Pariſ. *tellusque*. aperto viſio. Pro, *in arva*, Cod. Lipſ. Pariſ. & Veteres impreſſi omnes, *in agrar*. Quod non abſone dictum de Nilo, qui, quod venti pluviis coactis alibi faciunt, ipſe aqua ſua per Ægyptum patret. Horat. III. Carm. Oda III, 48.

*Quà tumidus rigat arva Nilus.*

Nullus autem, quem novi, probus Scriptor Nilum *tumefcere in arva*, dixit. Pomp. Mela *æſtivo ſidere* id fieri ſcribit Lib. I. cap. IX. p. m. 9 fin. Quod ad Sirium refert, ſub ipſo Cancro fulgentem, Tibullus Lib. I, VIII, 22.

— *arentes quum ſindit Sirius agros,*

*Fertilis æſtiva Nilus abundat aqua.*

Vs. 635. *Hic rerum ſtatus eſt*) Hæc Scaligeri, non noſtri eſt Poëtæ ſcriptura, Fijmari quidem illam ait Criticus Britannus Cod. Lipſ. fide, qui, recensente Felleri, habet, *Hinc rerum ſatus eſt*. Vierſchrotus autem, non mercenarium in enotandis lectionum varietatibus operam collocans, ibidem legit, *Hinc iterum ſatus* (ſupra lineam ſitus) eſt. Luculentius

lentius vero Gemblac. *Hinc iterum fitus est.* Paris. & Regiom. *Hic iter fit.* est Cancrī (,) quæ interpungendi ratio est Edit. Ald. & Rom. Rectissime. Hactenus enim exposuit, quid terris accidat, Cancro *Tropicum æstivum* accedente : (Conf. si lubet, notam ad vs. 625.) Nunc autem, brevissimis licet, indicat, quid Sol agat, illud Signum non jam ingressus modo, sed *partem* quoque illius *oſtavam* assecutus. *Eadem*, inquit, *Cancrī positio adhuc est*, scil. *in Tropico æstivo.* cum (Adverb.) *ſidere* pro, *in ſidere* scil. *illo* i. e. *in Signo Cancrī* Phœbus Solstitium facit &c.

Vs. 636. *ſummo veſtatur Olympo*) Malim, cum Libris vetustis, *verſatur*. Mutari minime debuit, ob locum parallelum, vel quasi, a Bentlejo recitatum, Lib. V, 9. Neque enim nunc de ſemetipſo, uti l. c. sed de Sole loquitur.

Vs. 637 ſq. *brumæ Capricornus* &c.) Rectissime olim legebatur, *brumam* Capric. *inertem* Per min. *cogit* luces. *Cogit* brumam i. e. *premit, urget*. Non potuit dici quicquam inerti brumæ convenientius. *Bruma*, pro *Solſtitio hiberno*, Poëtis frequentissimum, quibus non nisi *æſtivum* Solſticii nomine venit. Ita plane Ovidius Trist. V, X, 7 ſq.

Nec mihi *Solſtitium* quicquam de noctibus aufert,  
Efficit angustos nec mihi *bruma* dies.

Quo loco si paulum legendo proceſſeris, vs. 11. pr. mendum offeſdes in voce *Num*. Sublata enim interrogationis nota, legendum videtur: *Non* peragunt ſolit. Vide locum, & tuo bene utere iudicio.

Vs. 640. *nunc damna facit*) In Cod. Lipſ. est, *legit*. i. e. *colligit*. Hujus autem locutionis, *damna legere*, nullum, quod ſciam, exemplum apud probos Auctores extat. Cod. Paris. nostro, ne quid diffitear, incommodo, lacuna hic loci laborat. Illam autem, vel ſuo ingenio, vel Codicis ſinioris beneficio, feliciter explevit Regiom.

Inque vicem nunc *damna* *quidem* nunc tempora ſupplet.

Quorum hic facile ſenſus emergit : *Solſtitium brumale damna*, *que res humana gelu rigore faciunt*, *diurna lucis mutua* *quasi vice*, *compensat*. Qui vulgatam tueri lectionem malunt,



malunt, videant, annon tautologiae vitio laboret hæc interpretatio: *Damna facit noctibus*, quibus detrahit; *tempora supplet diebus*, quibus addit. Nonne id ipsum sonant, idque multo significantius, immediate præcedentia verba:

*producitque diem, tenebrasque resolvit.* — Nonne?

Ecquis tandem proborum Auctorum dixit *damna facere pro, inferre*? Quin imo neutraliter & absolute phrasidis sumenda pro, *detrimentum capere vel facere jacturam*. Cicero non uno in loco. Verba ejus sunt in Bruto cap. XXXIII. ubi de C. Graccho: *Damnnum enim illius immaturo interitu res Romanae Latinaeque literae fecerunt*.

Vs. 642. *sudantia saxa*) Atqui media hieme saxa, gellidissimo aëre obstructa, sudare nequeunt. Magis ergo apposite dictum *borrentia*, quod est in Cod. Palatin. recensente Barth. Habent quoque MS. Paris. Regiom. Editique non novicii omnes. *Horrentia* est *frigentia*, uti apud Juven. Lib. & Sat. I, 91.

— *borranti tunica non reddere servo.*

Vs. 643. *Statque uno natura loco*) Vel, eo quod maria sunt clausa, nec terra commeantibus se facilem & benignam præbet: Vel etiam, quod per quadraginta circiter dies Sol immotus quasi, ad sensum quidem nostrum, in Tropico consistit. Ita de lento temporis sui decursu conquiretur Ovidius V Trist. X, 5.

*Stare putes; adeo procedunt tempora tarde.*

Vs. 645. *tenebris*) Si hoc dedisset Auctor, non potuisset certe Bentlejus, quin oscitantiam aut ignaviam in eo reprehenderet, quod hoc ipso vocabulo versu abhinc sexto eadem, *noctis* puta, notione usus est. Cod. l. vero MSS. & Editi tantum non omnes habent *diebus*. Cujus gratia Scalliger in priore hemistichio *lucis* mutavit *noctes*. Verum & hanc opellam Auctoris sensus respuit. *Legitimus enim dies Romanis incipit a media nocte*: Vide Isidor. Orig. Lib. V. cap. XXX. Recte igitur habet prisca lectio.

— *lucis æquantia Signa diebus*

Quorum equidem sensum ita puto concipiendum: *Signa quæ faciunt, ut tot sint dies æquinoctialis hora lucida, quot caliginosa.*

B b

ginoje.

*ginosa.* Neque horum te fallit ratio, si horas nocturnas supputaveris a crepusculo vespertino ad matutinum.

Vs. 652. *miti pelagus consternitur unda*) MS. Paris itemque Palat. ex recensione Barthii, Regiom. & ceteri omnes, *muta unda.* Cur id mutemus? *Clamare enim maria dicuntur Poëtis.* Attius: *crepitu clangente cachiinnat.* Petronius, etsi in alia re, cap. 119. p. m. 562 pr. *mutoque in lixtore* tantum Solæ desertis aspirant frondibus auræ.

Vs. 655. *In Venerem pastumque ruit.*) Otiosa mutatio hujus *partum*, quod omnes Libri ferunt. Quid enim vs. præced. *per pabula*? Quid item Veneri conjunctius *partu*?

Vs. 656. *nemus loquitur*) Pertinet hoc ad responsum avicularum, aut reciprocum venti sonum. Plane sic Petronius cap. 120. p. m. 567.

non verno persona cantu  
Mollia discordi strepitu virgulta loquuntur.

Vs. 657 *segnis natura*) Cod. Paris. Lipf. & Editi vetustiores, *signis.* Regiom. *signi* scil. *Arietis.* Omnes ad *signa* referunt hos effectus, rectissime. Nec aliter putamus ipsum Manilium scripsisse. Signorum enim vi premitur & elevatur naturæ effectus. Contra, solstitio hiemali *quiescere* cam elegantissime dixit vs. 643. Conf. infra vs. 676 sq.

Vs. 661. *Ex ipsa jubet ad brumam, cum tempora vertit*) Regiomontanus longe aliter

Ex ipsa jubet (.) ac brumæ tum tempora vincunt.

Sic fere Cod. Paris. nisi quod *cum pro tum.* *libra, inquit,* pari cum fœdere dies noctesque *ducit* (ita Cod. Paris. & Regiom. non, *ducens*) *Tantum quod* (& hoc Regiom. vulgavit) i. e. nili quod *noctes victas usque ad se,* scil. ad initium Libræ. vice versa *jubet vincere: ac tum brumæ tempora vincunt,* scil. usque ad initium Capricorni.

Vs. 662. *Liber descendit lenis*) Libri omnes, *plenus,* i. e. copiose, ubertim. Vs. 663. *e pressis exspumant*) Vetus lectio nil habet, quod mutationem flagitet

Pinguiaque impressis despumant multa racemis.

Vs. 666.

Vs. 666. *ut tempora vertunt* ) Sic Cod. Lips. At Regiom. cum ceteris Impressis, *et temp.* Sic Cod. quoque Paris.

Vs. 669. *versura* ) Ita optime Gemblac. & Lips. non, *mensura*, quod est in Impressis nostris, & Cl. Barth. in suo MS. legit. *Versura* i. e. *τρεπί* *mutatio*, unde Signa illa dicuntur Tropica. Illam vero *mutationem*, quam hæc quatuor Signa per suam figuram faciunt, non contingere docet in omnibus & singulis cujusque Signi gradibus, sed in uno tantum. Sic v. g. sub Ariete una dies & nox; & sub Libra una pariter dies & nox æquantur: Sic sub Cancro unus dies maximus, & una nox brevissima; & sub Capricorno pariter una nox longissima & dies unus brevissimus. Cetera vero tempora dierum ac noctium *modo urgent, modo vicissim cedunt*, ut ait vs. 675.

Vs. 678. *Facta novet* ) Post Cod. Paris. Regiom. omnium, opinor, optime legit & distinguit, *Fata ciat* (:) consulta alio, &c.

Vs. 679. *contraque revolvat* ) Idem, *rursusque revolvat*. Cod. Lips. *æclant rursusque revolvant*. minus recte.

Vs. 680 sqq. Ad hos ultimos versus conferre juvat Ponted. Epist. §. III *oſtava in parte*) quam supra quoque admisimus ad vs. 635. *decimam*) Cod. Paris. & Regiom. *decimas*. Sic etiam Ponted. l. c.



# NOTÆ SELECTÆ

IN

## ASTRONOM.

### Librum IV.

**Vers. 3.** *Æternisque senes curis* ) *Senes* dicit, quasi minutos, macros, incurvatos ad instar eorum, qui senio sunt confecti. *Senium* Latini Poëtæ ponunt pro dolore, *tædia*, *agritudine*. Vide Non. Marcell. ipso Libri principio. Adde Gronov. Lect. Plaut. pag. 103. & Casaub. ad Perf. VI, 16. *Regiomontanus* dedit

*Æternisque senum curis* (?)

Quænam vero sint illæ *senum cura*, cum nemo non intelligit, tum quæ sequuntur verba, uberius declarant.

*nam quærimus ævum, Perdimus* ) *Quæro ævum* hoc loci est, *spe* sibi multos annos *præfigere*, quibus ut bene esse possit, thesauri *struuntur*. *Perdimus* i. e. non plene, neque quanta possemus *indulgentia*, *vita nostra fructum capimus*, quæ potius inutili dispendio prodigimus. Hoc sensu *Venus* ait apud Papin. Theb. Lib. V, 136. *Quid perditis ævum?*

**Vs. 4.** *Et nullo votorum sine beati* ἑός. ) De his iterum Papin. II. Silv. III, 129 sqq.

— *Nos vilis turba, caducis*  
*Deservire bonis, semperque optare parati,*  
*Spargimur in casus.*

**Vs. 5.** *Vicinos agimus semper* ) i. e. in preparatoriis vitæ sempiternæ laboriosam industriam ponimus. *Nec vicinus unquam* ) Vita non recte utimur aut fruimur: non bene nobis, nec aliis commode vivimus. De Tarentinis memorat Athenæus Lib. IV. p. m. 166 fin. eos dicere solitos: τὰς μὲν ἄλλας αἰθρώπας διὰ τὸ φιλοπονήσαι καὶ περὶ τὰς ἑργασίας διατρίβειν, παρακελεύεσθαι ζῆν. αὐτὰς δὲ διὰ τὰς

ταὶ συνουσίαι καὶ τὰς ἡδονὰς ὃ μᾶλλον, ἀλλ' ἢδὲ βιώναι.  
 Quod in Græco est παρασυνάξειν ζῆν, Nostro dicitur vi-  
 āuros agere. Domitius ad Stat. Silv. II. pag. 248. legit,  
 nescio quo auctore vel sensu :

Victuros annos semper nec &c.

Vs. 6. *quo plura paravit* ) Regiom. & Impressi ceteri, ad-  
 stipulantibus Codd. Lips. & Paril. *qui plura requirit*. Seneca  
*Pauper est*, ait, *non qui parum habet, sed qui plura cupit*.

Vs. 8. *Cumque sibi parvos* &c. ) Restitue ex scriptis edi-  
 tisque libris, *sci*. Scilicet brevis est vitæ usus; nec natura  
 finit aut poscit, ut diu vivamus. Horat. Carm. I, 4.

*Vita summa brevis* spem nos vetat inchoare longam.

Unde fit, ut quo plura bona comparamus, eo majorem  
*ruina materia* fluamus, (vs. 9.) cum bonis tandem cadere  
 necesse sit.

Vs. 12. *curasque levate* ) Barth. ad Achil. I, 8. legi vult  
*curisque*, quod equidem, invicis præsertim Libris, alteri  
 præferre nolim. Infra quidem Noster Lib. V, 309 :

Et pariter juvenem somnoque ac morte levavit.

Sed alterum quoque loquendi genus obtinet, non apud  
 Nostrium modo, sed & alios primi ordinis Poëtas. Ennius  
 apud Ciceronem in Catone, ab init.

O Tite, si quid ego adjuero, *curamve levasso* &c.

Confer, si placet, notam infra vs. 683.

Vs. 13. *vitam depiete* ) id est, *evacuate, exhaurite*. Opti-  
 me. Statius Achil. I, 8.

Tu modo, si *veteres digno deplevimus bauxtu*  
*Da fontes mihi, Phœbe, novos* &c.

Sic Medicis *deplere* est, vena sanguinem mittere. Libri  
 nostri, præter nexum & sensum, *deslere*.

Vs. 14. *Fata regunt orbem* ) Eadem animi sententia Sene-  
 cæ Octav. vs. 913 sqq. & Oedip. vs. 980 sqq.

*Fatis agimur: cedit fatis.  
Non sollicita possunt cura  
Mutare rati flamina fusi &c.*

Compara Lucanum Pharfal. Lib. VI, 611 sqq.

Vs. 15. *Singula per proprios &c.*) Editi veteres, quos secutus est quoque Rhodig. Lect. Ant. Lib X. cap. XX. versum ita repræsentant:

*Longaque per certos signantur tempora cursus.*

Cod. quidem Paris. habet *casus*: rectius autem *cursus*. Certos enim *cursus* factorum, Legem orbis & omnium rerum jungit ex re ipsa Manilius *Longos* vocat, quos *eternos* debebat. Poëtis enim ista duo æqui ponderis non raro habentur.

Vs. 16. *Nascentes morimur, finisque ab origine pendet*) Seneca Epist. XXIV. *Quotidie demitur aliqua pars vite: & tunc quoque, cum crescimus, vita decrescit.* Plura ibidem in eandem sententiam. Digna quoque sunt, quæ cum Nostro conferantur, verba Censorini cap. IV. Ajunt, principium fuisse nullum, sed orbem esse quandam generantium nascentiumque, *in quo unius cuiusque geniti initium simul & finis videatur.* Adde sis Barth. ad Stat. II Silv. I, 218.

Vs. 17 *Hinc*) scil. *quia fata regunt orbem* (vs. 14.) Libri nostri *Tunc*. minus bene. *Et sapius orta Paupertas*) Sæpius enim nascuntur pauperes, quam divites, cum multa millia pauperum sint, vix uno divite existente. Forte melior Codex dabit *orba*.

Vs. 18 *moresque creatis*) scil. *dati sunt.* Sed *creatis* pro, *hominibus* vix alibi apud Nost. legas. Malim ergo retinere *creati* mores, quasi *innati* cuicunque affectus. Conf. Casaub. ad Perf. VI, 18.

Vs. 19 *compendia rerum*) Hoc Scaliger dedit ex Gembl. cui consentit Lips. *compendia vite* habent Cod. Paris. Re- giom. & ceteri recentiores. *Compendia rerum* vel *vite* sunt, hoc quidem loci, *lucra, commoda.* Tibull. I, III, 39.

Nec vagus ignotis repetens *compendia* terris  
Prefferat externa navita merce ratem.

Vide sis quæ diximus ad Lab. III, 277.

Vs. 20.

Vs. 20. *Nemo carere dato poterit* ) Libri MS. & Editi Veteres, *Nemo caret damno*. Puto latere mendum in hoc caret, pro quo si legeris *cavet*, vel unius literulæ mutatione locus integritati suæ erit restitutus. *Nemo cavet damnum pro, a damno*. Sic Plautus Menæchm. II, I, 24.

Dictum faceffas doctum, & *discaveas malo*.

Pariter Terentius Eunuch. IV, VII, 12.

Il'uc est sapere! ut hosce instruxit; ipse sibi *cavet loco*. Sensus hinc nostræ lectioni constat aptissimus. *Nemo*, inquit, *a damno sibi cavet vel præcavet*, nisi monente Fato, *nec poterit habere id quod Fatum ipsi negaverit*. Eleganter in hanc sententiam Horat. II Carm. XIII, 13.

*Quid quisque vitet, nunquam homini satis  
Cautum est in boras.* ——— ———

Vs. 21. *Fortunamque* ) Regiom. *Fortunamque*. Vs. 22. *instantem* ) De hac voce supra ad Lib. II, 3. *fors est sua &c.* ) Recte sic Scaliger, approbante Gemblac. cui addimus Parisf. & Lipsf. *Perperam* Regiom. Ald. & Rom. *fors est* (:) *sua culpa* ferenda. Sic interpungit Regiom.

Vs. 22. *An, nisi &c.* ) Libri omnes, præter editum Faji, absque interrogatione legunt, *At nisi &c.* Ubi, omiſſa distinctionis nota, hoc *At* continuandæ servit orationi. Quod quidem pluribus, e Cicerone præsertim, exemplis firmat Turf. p. m. 176. Vs. 26. *An* ) Libri omnes, *At*.

Vs. 28. *duxissent fulmina* ) Pro, *duxissent* Libri omnes, *auxissent*. recte. *fulmina* quibusdam legitur *flumina*, quod diserte Cod. Lipsf. Lege audacter, cum Scaligero, *culmina*. Non, ait Noster, *nisi sati vi altioris*, pastorum *culmina* in Capitolinas arces *aucta essent* ab armentariis & opilionibus. *Culmina* casis esse pastorum æquivoca, notum ex illo Maronis Ecl. I, 69.

*Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.*

Vs. 30 sq. *Captus & a captis &c.* ) Varie legunt ac distinguunt hæc prisca Editores. Cod. Parisf. & Regiom. *Captus vel caput hic orbis foret*. Quos equidem sequi non hæsitaverim, præsertim cum de Jove accipi commode verba possint, qui *captus* quasi in arce Capitolina continetur. Magis vero placet

cet vulgata, eaque omnibus recepta. *Captus* ęs a *captis* orbis foret. Egregia, Scaligeri iudicio, sententia. *Orbis viatores Romani prius victi sunt a Græcis*. Sunt enim illi a Trojanis oriundi, qui a Græcis olim capti, ipsi rursus & Græcos & orbem ipsum ceperunt. Virgil. *Æneid.* VII, 295. *Num capti potuerunt capi?* Pari quoque sermonis elegantia Rutil. Lib. I. vs. 398. de Christianis ac Judæis:

*Victoresque suos natio victa premit.*

Vs. 31. *Vulneribus victor repetisset Mucius Urbem?*) Cod. Lips. orbem Sensu fastui Romano conveniente. Eandem confusionem sæpe alias in MSS. offendimus, ubi nullo excusari pacto possit. Sententia sic concipienda

igne sepulto

Vulneribus victor repetisset Mutius Urbem.

Notissima C. Mucii Scævola sive historia sive fabula, quam luculentius exposuit Livius Lib. II. cap. XII. & lepidio epigrammate complexus est Martial. Lib. I. epigr. XXII. Quibus ad le. quos Savaro Auctores excitavit ad Sidon. Apoll. Cam XXIII p. m. 183. Hoc loci Gevartius & Barthius tentaverunt *Vulneribus bis victor*. Sed nihil isthac mutatione opus. Potuit Auctor dicere *Vulneribus*, vel per Enallagen numeri, vel, quia tum Scribæ regis Porcenæ tum sibi metipsi vulnera gravissima, & illi quidem lethiferum, inflixit Quibus quidem tantum effecit, non constantia magis quam minis potentior, ut Urbem obsidione liberaret. Hinc illum Noster *trunco nobiliorem* dixit supra Lib. I. 777. quod majorem consecutus est laudem, cum dextra amissa hostem vicit, quam si armata eum occidisset.

Vs. 32. *Horatius*) cognomine Cocles, de quo supra Lib. I, 779. Vs. 33. *Virgo*) Cloelia. Vide not. Lib. cit. vs. 778. Vs. 34. *Tresque .. fratres*) Trigemini Horatii, de quibus plura Lib. cit. ad vs. 776.

Vs. 36. *jacebat*) Frustra est Barthius qui mavult legere, *tacebat*. Omni enim suspicione caret vulgatum *jacebat*, quod non eadem, in altero versu, notione venit. Hoc loci præter dictum pro erat vel *extabat*. Sic Virgilius de Rhodope, Thraciæ monte, Georg. III, 354 :

*Sed jacet aggeribus niveis informis &c.*

Vs. 38.



Vs. 38. *Varronemque fuga magnum* &c. ) Cod. Gembl. & Lips. *pugum*, ex quo Scaliger fecit *profugum*. MS. Paris. Regiom. & ceteri, *pigrum*. Ita autem dici Varronem *profutuli*, *ignavo* & *timido* mori non tam est absonum, quam quod Bentlejus cum *fuga magnum* dicit, & cum Fabio Cunctatore componit. *Pigrum* sane facinus, viroque strenuo fortique indignum ille commisit, qui suæ consulens salutem tantæ ipsius vecordia clades peperit. *Magnus* tamen ex eo, quod post unam alteramque acceptam cladem, *vivere* etiamnum potuit, nec abjecto animo de Republica desperavit: unde redeunti obviam itum est, atque gratia ab omnibus ordinibus: Auctor Livius Lib. XXII. Vs. 39. *morando* ) Cod. Paris. & Regiom. *morantem*, quod admittas necessarium est, si vs. præced. legeris *pigrum*, *magnum*.

Vs. 41. *Speratum Hannibalem* ) Alii, *Spectatum*, quod sonat quandoque *expectatum*: & hoc quidem hujus loci est.

*nostris cecidisse catenis* ) Hic Infinitivus cum altero qui præcessit, *acceptisse*, ad illud pertinet (vs. 37) *Quid referam*? Non autem hæc eo sunt accipienda, quasi in catenis occidisset. Aliter enim verba ordinanda. *Quid referam*? *Hannibalem cecidisse tunc cum maxime speraretur, vel expectaretur, in catenis nostris*. Maxime enim tunc a re Romana sperabatur de atrocissimo hoste triumphus, cum illo caderet.

Vs. 42. *Exilium regi furtiva morte luisse* ? Cuinam vero regi? Prusiæ fortassis, apud quem Hannibal quasi exul latuit. Nugæ. Hunc enim de hospite pœnas sumnisse, quæso, credi ratione potest? Quapropter videndum, an non sententiæ magis conveniat hoc regi, quod cum Cod. Vossiano Regiom. & ceteri nostri Impressi agnoscunt. Quo quidem admissio, facile tibi persuadebis, Manilium, si modo hi sex versus e legitima ejus sunt familia, dedisse non, *Exiliumque regi*, quæ lectionis veræ vestigia præbent Codd. Paris. & Lips. sed, *Exitiumque regi*. Quo pateat, quale *exitium* seu supplicium Hannibal furtiva morte luerit, seu potius præverterit. Et hoc erat in fatis.

Vs. 43. *Adde* &c. *utrimque Italas acies* ) Hoc *acies* e Cod. Vossiano commode dedit Bentlejus. Malim retinuisse integram illius Cod. lectionem: *Adde etiam Italas acies*, Ro-

*namque* &c. Codd. Lipf. Parif. & Imprefsi noſtri habent, Adde etiam *italicas vires*, pro quo forte legendum *vices*, belli ſcil. Italici: ſed neutrum magis eſt concinne dictum, quam *acies*.

Vs. 45. *Et Cinna in Mario* &c.) Cinna, Marius, Cæſar, omnes in iſdem partibus. Ut Cinnae potentiam exceſſit Marius, ita Marii Cæſa. Notum illud Syllæ dictum: *Cæſari multos Marios inſeſſe*. Quod ait, *vidum in Mario*, ſimilis eſt locutio Lib V, 572.

Victorque Meduſæ

*Viſus in Andromeda eſt.* —

Vulgata noſtris Libris lectio habet, *Et Cimbrum in Mario, Mariumque in carcere vidum*. Quæ quidem cum veritate non pugnant, ſed cum ſententia Manilii; ſiquidem bellum Cimbricum ad *civilia bella*, de quibus hic ſermo, non pertinet.

Vs. 46. *Quod Conſul* &c.) Cod. Parif. hunc verſum ita legendum præbet

*Qui conſul totiens exulque & in exule conſul.*

Reſtior Regiom. lectio, cum hac interpunctioe

*Quod conſul totiens exul (: ) quod ex exule conſul*

Vulgatum, *de exule*, tueretur Gronovius Obſerv. Lib IV. cap. XX *t tiens*) Hanc ſcribendi rationem, (quam omnibus in hoc carmine locis Bentlejus ſervavit, præterquam Lib. I, 183.) probat & confirmat Caſtallo ad Rutil. I, 5. Secus autem Barth. ad eund. loc.

Vs. 47. *Quod jacuit Libycis compar jaſtura ruinis*) Cod. Parif. & Regiom. cum Impreſſis recentioribus, *Et jacuit*. Cod. Lipf. &, recenſente quidem Gronovio l. c. Gemblac. ac Venetus, *Adjacuit*, quod legendum fortaliſſis, *At jacuit*. Notandum autem, *jaſturam*, a *jacendo* quippe, non *jaciendo*, hoc loco *æquipollens eſſe ruina*. Eſt idem *jacere* quod apud Poëtam

*jacere uno non potuit tanta ruina loco.*

Sic eadem voce, *jaſtura*, uſus eſt Lucanus Lib. VIII.

Una nota eſt Magno capitis *jaſtura* revulſi.

q. d.

q. d. *caput jacens* modo &c Ceterum ab eodem Lucano iſta Marii cum Carthagine collatio adumbrata Lib. II, 91 ſqq.

— — ſolatia fati

Carthago Mariusque tulit, pariterque *iacentes*  
Ignovere Deis; L'bycas ibi colligit iras  
Ut primum Fortuna redit &c.

Vs. 49. *Eque crepidinibus . . orbem*) Regiom. & ejus poſteri. *Atque crepid.* Cod. Lipſ. cui addit Gronov. I. m. c. Gembl. & Venet. *Seque.* Hoc Pariſ. in margine pro var. lect. in verſu, *Atque.* Hic vero mox, *urbem*, pro quo Regiom. ceterique rectius, *orbem*. Qui enim Romam caperet, eo ſævo *Orbem* capere dicebatur. *Marius redux e Carthaginis crepidinibus & ruinis, Romam cepit*, omnem Italiam cædis implevit, procere pleroſque ferro ignique extinxit. Vide Florum Hoc eleganter Manilius *orbem ex ruinis Carthaginis cepiſſe* dicit, ut depreſſione contrariarum partium totum, quod molitur, admirabilius faceret.

Vs. 53. *Cum jam etiam poſſes alium componere magnum*) Gemblac. legente Scaligero: *Cum jam & jam.* quod dictum ut, *magis magisque.* Minus dure ſonat lectio Regiom. & cet. Impr. *Cumque etiam poſſes* &c. non, *poſſet nec poſſent*, quod maluit Barthius; utrumque enim ſilum Apoſtropheſ *Quis te* (vs. 50.) abruptit. *Componere*, ſic Codd. Pariſ. Lipſ. & Cuſi vett. recte. Qui enim malunt, *cognoſcere*, illuſtres Duumviri Scaliger & Barthius, ſententiæ vim & acumen non augent, ſed imminuunt. Quorum alter ſui oblitus quaſi, ad Rutilium notavit: *Romani ſcriptores hoc verbo*, componere, *de iis utuntur, qui ſua velut morte cum ſuis, inque ſuis penatibus diem ultimum clauſerunt.* Atque ſic omnino vox accipienda in illo quem V. D. declarat Rutili exemplo Lib. I, 161.

— patriis vitam componere terris.

Et, *diem componere* quid aliud apud Virgil. *Æneid.* I, 178, quam, *finire*? quemadmodum *dies* quoque dicuntur *naſci & mori* v. g. *jam moriente die* Stat. IV Silv. 6, 3. Videtur autem, illud *componere* ſumi pro *efferre*, q. e. *ſepelire*. Aliter enim intelligi nequit Horatius, a Barthio quoque excitatus, I Serm. IX, 28.

est

— est tibi mater ?

Cognati, quæ te salvo est opus ? haud mihi quisquam :  
Omnes composui. Felices ! nunc ego resto.

Hinc perspicua Manilii mens est : *Cum etiamnum potuisses  
sepelire alium magnum i. e. quemcunque tuæ potentia æmu-  
lum, tu ipse ad littora Aegypti in rogam tumultumque elat-  
us es. Vs. 55. Ejeclaque* ) Magis proprie Cod. Paris. &  
Regiom. *Et collecta rog. fac. fragmenta car.*

Vs. 59. *Jura toga reget* ) Eadem dicendi ratio infra  
vs. 355. obtinet. Imitati in ea Nostrium bonæ notæ Scri-  
ptores. Rutil. I, 157.

Si non displicui, *regerem cum jura* Quirini.

Claudian, in Rufin. Lib. II, 82.

Nec pudet Aufonios currus & *jura regentem* &c.

Plura dabit exempla Savaro ad Sidon. Apollin. Carm. VII.  
p. m. 92.

Vs. 62. *Indicium dextra retinens* &c. ) Recte Cod. Paris.  
*indicium*, non *judicium*, quod habet Regiom. in hoc ab  
omnibus desertus. Innuit autem epistolam, quæ Cæsari tra-  
dita fuit in Senatum eunti, de qua Sueton. Cæsare : *Li-  
bellum insidiarum indicem ab obvio quodam porrectum libellis  
ceteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus com-  
miscuit.* Quocirca differt Suetonius a Nostro, qui *dextra*  
eum tenuisse libellum dicit. Notanter autem addit. eum  
*exuore proprio delevisse nomen* scil. percussorum, quod li-  
tis erat significatum. Confer Gronov. Lect. Plaut. pag. 30.

Vs. 63. *rerumque ruinas* ) Restituendum ex Libris nostris,  
*regumque.* Neque enim Cræsus, Priamus, Xerxes, quo-  
rum exempla statim profert, rebus, sed *regibus* omnino  
sunt accensendi.

Vs. 66 sq. *quid Graio sanguine regem Romanis possum ?* )  
Qui hæc ex ingenio suo dedit, Bentlejus, *Tarquinius*  
*Priscum* intelligit, prius Lucumonem dictum, filium De-  
marati Corinthii. Liv. I, 34. Sed Cod. Paris. & Regiom. alium,  
eumque commodiorem huic loco sensum tribuunt hac lucu-  
lenta lectione cum interpunctione Regiom. *quid captos*  
*agmine reges Romanis (?) positos raptosque* &c. *Romanis*  
pro

pro, a Romanis. positos scil. ignes Vestæ templo raptosque ignes Palladios sive Vestales, quos Metellus ex ipso templi incendio eripuit, Liv. Lib. III.

Vs. 68. *Quæ templa ferebat*) Illud *quæ* a Barthio olim tentatum, & a Cod. Paris. præstitum, Bentlejus in textum recepit. Cui quidem ille facturus fidem, reconditiorem ait voci *ferre* usum esse, quem depromit ex illo Virgilii Æn. II, 374.

Alii rapiunt incensa *seruntque* Pergama,

Id est, *vassant*. Servius autem sensum ad receptam vocis notionem flectens, putat, illud *serunt* *inquarunt* dictum, quasi ipsam funditus urbem in victoriam suam transferunt. Nulla autem, ut a vulgari vocis usu recedamus, nos urget necessitas. Proinde, nisi Poëta dederit, *quæ in templa ferebat*, vetus Regiomontano posterisque ejus vulgata lectio bona retineri fide potest: *qui templa ferebat*. Cavebis autem *templa* pro ipsius sacris ædificiis accipias. Alia suppetit hujus vocis significatio. Sunt enim *templa* id quod *tigna*, *quæ in sacro edificio transversa ponuntur*: Auctor Festus apud Gothofr. col. m. 464. pr. Hoc sensu Vitruvius semel iterumque vocem usurpavit. v. c. Lib. IV. cap. II. Columnæ & canterii prominentes ad extremam subgrundinationem. *Supra canterios, templa*: deinde insuper sub tegulas, asseres &c. Idem Lib. IV. c. VII. med. ubi vide notam. Jam vero quid magis factu opus ad flammam infringendam, quam extorquere ejus furori *tigna* eaque *auferre*? Hinc igitur miraculi ratio petenda, quod ea flamma quæ sacræ sedi nec propter religionem nec propter amplitudinem & materiam parcebat, viro tamen, Metello scilicet, non unum saltem sed plura tigna trabesque auferenti, pepercit, neque eum devoravit, sed visu tantum privavit.

Vs. 69. *mortes*) Eleganter, nec tritissime, pro *variis moriendi causis* posuit Noster. Virgilio *mortes* sunt *genera mortis* Æneid. X, 854. Quapropter in dubium venire non debuit, an recte habeat rubrum Libri, qui Lactantio tribuitur, *De mortibus persecutorum*.

Vs. 70. *exstantque per omnes*.) Libri scripti pariter ac cusi omnes, *per ignes*. Vitiata autem interpunctio sensum turbat. Legendum videtur & distinguendum

Seque

Seque ipsæ rursus fugiunt errantque (.) per ignes.  
Ex ipsis quidam elati rediere sepulcris.

Itaque di-junctim hæc cape: *Quidam per ignes rediere, quidam elati ex ipsis sepulcris scil. rediere.* Non enim de una gente, sed de omnibus in universum sermo est Poë æ, quorum in cadaveribus tractandis varii omnino mores, varia instituta.

Vs. 72. *illis vix contigit una*) Redde, quasi scriptum esset, *aliis vix cont.* Loquitur de illis, qui statim ut nati, moriuntur. Regiom. Atque iis vita duplex: *illis vix &c.* Sic per illum, ex illo mox vs. 78 sq. pro, per alium, ex altero.

Vs. 74. *Succumbunt artes, rationis vincitur usus*) Opponit *Arti* medendi *usum rationis*, qui subinde plus valet ad ægum relevandum. Itaque præstat legere *usu*, in hunc sensum: Mo bus cui *artes succumbunt*, sæpe solo *rationis usu vincitur*.

Vs. 78 *Ingeniumque suum retinent*) Dicit *ingenium suum* institum quasi, & per seriem familiæ transmissum. Ut cum de *Claudis* dicitur, eos semper fuisse plebi infestos: quam *Livius* jam inde antiquitus *insitam pertinaciam familiæ* vocat, Lib. IX. Proinde Nostrium sic intelligas: *Aut degenerant patribus nati, aut eos vinct, aut sequuntur, & indolem, quæ in illa prosapia jam visa est, retinent & reducunt.* Quod inter duo illa medium est.

Vs. 81. *Alterius fors est*) Cod. Lips. cumque hoc Paris. & Regiom. rectius legunt *frons*, pro quo alter dixerit *ingenium*.

Vs. 84. *Non hominum hoc scelus est: &c.*) Regiom. & ceteri Impressi juxta cum Scriptis Gemb. Paris. & Lips. *Non nostrum hoc bellum est.* Loquitur ex ore Epicteti. *Non nostrum, τὸ ἐν ἐφ' ἡμῶν, in nostra potestate situm non est vel inferre hoc bellum, vel defugere.* Bellum autem quævis violenta contentio.

*Coguntur tanta moveri*) Illud coguntur impersonaliter accipiendum. Pro *moveri* legendum *movere*, quod diserte prodit Cod. Paris. & Libris nostris editum. Cod. Lips. *moventur. male.*

Vs. 86.

Vs. 86. *Quod Decios*) Sic ex Gembl. Scaliger. Consentit Lips. *Et Decios*, quod est *Eriam*; Cod. Paris. Regiom. ceterique vulgati.

Vs. 87. *inviola devictum mente Catonem*) Ita Bentlejus, cui trium Codd. MS. lectio faver in his, *inviola devictum*; illud vero *mente* nullus agnoscit, *morte* vero legunt omnes. Multo certe probabilior lectio, quam post Regiom. & ceteros Scaliger dedit *& invictum devicta morte Caton*. Ille enim vere dicitur *invictus*, qui mortem quoque digna tanto heroë constantia devicit. Hæc vero quamquam satis pulcre junguntur *invictum devicta morte Caton*. potuit tamen Auctor, quæ Marklandi conjectura est, dare

& *invita devictum morte Catonem*

Ubi *invita* est ante tempus, & cum fata adhuc annos *deberent*, uti est apud Lucanum Lib. VI, 529. de saga Thessala

Viventes animas & adhuc sua membra regentes

I. fodit busto: *fatis debentibus annos*

Mors *invita* subit &c.

Vs. 88. *res lege repugnat*) Nostri omnes, *sed lege repugn*. Sensus: *Non deerat quidem materia nascentis Catonum similibus, sed sati lege id fieri non potest.*

Vs. 91. *Sed rapit ex tecto funus fortuna superbo*) Codd. Paris. Lips. & Gemblac. *exceptos . . superbos*. Sic vulgarent quoque Regiom. & qui eum infecuti sunt, Editores. Optime ad sensum interpunctio Regiom. quam suo calculo approbavit Barthius

*Sed rapit exceptos funus (:) fortuna superbos (:)*

*Exceptos* vero, quanta est elegantia dictum, de iis qui se putant mortalitatis lege, propter divitias vel eminentiorem dignitatem, *exemptos*! Et hos *rapit* vel, si mavis, *capit funus* i. e. funeb. is ho a, sepulchrale punctum.

Vs. 94. *Et noxia felix*) Virtuti opposita *noxia*, quæ *bo-mines fielestos, facinorosos* notat. *Noxia* alibi *culpa, crimen*. Conf. supra Lib. II, 602. & ibi not.

Vs. 104. *Quisve in portenti noxam* &c. Hunc versum, satis quippe adulterinum, Regiom. non legit. Servat eum Cod. Paris.

Vs. 105

Vs. 105. *calumque interpolat ora*) Libri omnes constanter, *interferit*, i. e. alla aliis *interfeminat*. Alteri forte magis placet illud *interpolat*, quod ex felicissimo Benteleji ingenio est. Nonius: *Interpolare* est novam formam e vetere fingere; uti Plautus Amphitr.

Ille homo me *interpolabit*, meumque os *finget demuo*.

Vs. 110. *magis ederit*) Cod. Paris. cum Lips. ac Vulgat omnes, sensu satis congruo, *magis oderit* herb. Ita mox, *Gratia nec levior tribuetur* dulcibus escis &c. & paulo infra *vocentes oderimus magis*. Vs. 113. *nostra*) Significantius *ulla*, quod habent Cod. Paris. & Regiom.

Vs. 114. *meritis sit*) Sic, subobscurè tamen, Cod. Lips. At Paris. & Regiom. cum Impressis ceteris, *meriti sit gloria* maj. non, *gratia*. Vs. 118. *expendere satum*) scil. *astrologicum*, de quo Vossius in Theol. Gent. Lib. II. cap. XLVII. Vs. 123. *Et studia & varias artes*) Cod. Paris. & Regiom. *Et studii varias artes*.

Vs. 125. *Exuviisque novus*) Libri nostri omnes, *Exutisque novis* rursus &c. Non, *novas exuit*, quod æque nobis ac Bentelejo videtur absurdum. Sed *habet spem novis lavis*, *exutis* scil. veteres. Hujus ad instar mercatores, qui sub hoc signo nascuntur, ut momento rem facient, sic & momento facultatibus labentur.

Vs. 127. *Et votis in damna feretur*) Recte *votis*, non, *nat*, quod habet Gembia. nec *vatis* vel *vates* quod est in Lips. *Votis* autem non pro *successibus*, uti visum Bentelejo; sed pro *immodica faciendæ rei cupiditate accipiendum*. Cui quidam interpretamento inprimis faveat, quod Noster dixit supra vs. 9:

Materiam struimus magnæ per vota ruinæ.

Vs. 128. *In jugulumque dabit fructus*) MS. Paris. Impressi veteres *In vulgumque* dab. fruct. quod ineptum videtur Scaligero; non item nobis. Ipsa enim ovis, de cujus fructu sermo, lanificium non tractat.

Vs. 131. *Tela*) Scribendum omnino *telas*. Sic Cod. Paris. & Regiom. Vs. 133. *poterant*) Idem, *poterunt*. Vs. 136. *portasse*) Laudati semel iterumque Libri, *putat esse triumph*. Vs. 138.



Vs. 138. *Sed dubia praeordia finget*) Imo potius *figet*, id est *confirmabit* dubium pectus, ut aliquid audere & vel damno quærere lucrum possit. *Et figet* Libri nostri, non, *Sed fing.* pro quo Cod. Lips. cum Gemblac. *fignum*: sed correxit in illo altera manus *figunt*. Vs. 140. *Simplicibus colonis*) Vide paulo infra ad vs. 150. *distabit rura*) Dictare jura, artes &c. recte dicitur, sed *rura distabit*, minus bene. Malim ergo legere *dotavit* cum Cod. Lips. vel potius *dotabit*, quod est in Gemblac. uti mox *tribuet* vs. seq. *donavit* Cod. Paris. Regiom. & Impressi ceteri. Taurus enim agricolis dux fociusque laborum, (vs. 146.) cujus ope largos agrorum fructus percipiunt.

Vs. 141. *Pacatique labor veniet*) Sic Gemblac. & Lips. quod si retinos, erit *pacati soli*. Horat. Epist. I, II, 45.

*inculta pacentur vomere silvæ.*

At enim Cod. Paris. Regiom. ejusque posterius legunt *Pacatisque*, uti modo *simplicibus*. Dicuntur *pacati* coloni, dum *vacui a laboribus belli tuta pace fruuntur*.

*nec præmia laudis*) Ald. Rom. & Pruckn. *patientia laudis*. Regiom. longe ceteris accuratior, *nec pectora laudi*, sed terræ *tribuet partus*. Quæ quidem, nisi omnia fallunt, eo sunt interpretanda: *Taurus natos suos non tam laudis & gloria, quam terræ proventuum cupidos reddet*.

Vs. 142. *summittit in astris*) Cod. Lips. *in artris*. Paris. Regiom. & ceteri, *aratri*. Illa, quæ Bentlejo debetur lectio astrothesiæ, hæc ipsi rei & sententiæ rationi convenit magis. Frustra vero est V. C. dicens: *Si summittit colla aratri, serum est poscere jugum, cum jam jugum acceperit*. Cum enim aratrum & jugum sint rei vehicularis species Nostro distinctæ, pronum est existimare, illum de duplici labore loqui, quo taurus colonos juvare suevit. Alter, *aratrum* scilicet, ad agros vertendos, sulcosque ducendos pertinet; alter vero, *jugum*, ad currus vehendos, stercore, puta, frumento vel fructibus aliis onustos,

Vs. 145. *Militiam dicit*) Libri omnes *indicit*, quod, ut magis solemne propriumque bello ac militiæ, retinendum. Cod. Paris. *indicit* & superne, vel *induc.* Pro *militiam terræ* supra Noster *militiam soli* II, 20. ubi vide not. Vocis  
Cg  
proprie-

propriatatem Noster infra adhuc servat Lib. V, 370: *bellum indicere mundo*.

Vs. 147. *voluitque in pulvere pectus*) Non est hujus pecoris *volvere* se, quod suis magis aliisque convenit. Deest quoque Codicum fides, qui consensu habent *solvitque*, scil. somno *pectus*, vel proprie *ossa precordiorum*, quod sit anticiis cruribus expansis, vel *artus & membra* per synecdochen partis pro toto. Seneca Agamemn. I, 76.

Non curarum Somnus domitor *pectora solvit*.

Vs. 150. *Laudis amor, tacita mentes* &c.) Quomodo *tacita mentes* convenire possunt *simplicibus colonis* (vs. 140)? *Simplices* enim *homines* dicuntur *puri*, *aperti*, *nihil tectum*, *nihil simulatum habentes*, omnia & loquentes & *facientes quae sentiunt* & *recte judicant*. Vide Lambin. ad Horat. I Sat. p. m. 28. pr. Barthius, summo nimis suo ingenio *fusus*, emendandum putavit:

*Laudis amore cita mentes; at corpora tarda*  
*Mole valent &c.*

quasi *laudis amor* omnem illis *paginam* faceret; eoque non *tacitæ*, sed *citæ* & *præpetes* illis *mentes* essent. Sed plane contrarium docet Auctor vs. 141. cui ut sua constet *sententia*, Regiomontanus rectissima interpunctione curavit

*Laudis amor tacita* (:) *mentes & corpora tarda*  
*Mole valent* (:) *habitatque puer &c.*

Itaque non omnem illi *coloni laudem* averfantur, quod vilissimi est *animi*, sed *tacitæ laudis* sunt studiosi i. e. *quam ipsi ex laboribus suis tacite concipiunt*. Contenti propria laude minus sunt studiosi *elegiis*, quibus alii eos ornare velint debeantque.

Vs. 152. *e geminis*) Cod. Paris. *est gem. stud. est & mit. æt.* Vs. 155. *Ingenitumque sonum*) Nervis non tam sonus *ingenitus* est, quam *habitus ad sonum edendum aptus*. Solet autem quod cuiquam a natura inest, proprie *ingenitum* dici. Noster supra Lib. I, 815: *terra ingenitum spirante vapore*. Et Rutil. Lib. I, 8:

Qui Romanorum procerum *generosa propago*,  
*Ingenitum* cumulant *urbis honore decus*.

Ad quem

Ad quem locum vide Castal. p. m. 32. Cod. Paris. & Regiom.  
*ingentemque son.*

Vs. 156. *Arma procul lituosque volant*) Poëtis *lituus* sæpe  
 pro *tuba bellica*, adeoque pro ipso bello, ponitur. Claudia-  
 nus: — *lituis navalibus arsit*

Hispanum Siculumque fretum &c.

Vs. 157. *Æternam peragunt in amore juventam*) Cod.  
 Paris. & Editi nostri cum Scaligero faciunt, qui dedit *in*  
*morte juvent.* Quod vere omnino dicitur de Geminis Zo-  
 diaci, qui Castorem referentes atque Pollucem, non modo  
 puerorum ad instar picti conspiciuntur, verum etiam *alter-*  
*nis mortibus vivere creduntur*: Macrobi. Saturn. Lib. I.  
 c. XXI. Hinc Minucius p. m. 23 fin. Castores *alternis mo-*  
*riuntur, ut vivant*. Ex quo vel tacite concludit Auctor, *na-*  
*tos sub Geminis non tam florem atque vigorem quam inge-*  
*niium moresque juventutis servare.* Proinde *quietam degen-*  
*tes vitam, jucundis eos artibus oblectari; lato hilarique ani-*  
*mo, qua Musicos decet, ad extremum usque balitum esse;*  
*dubentesque mori, ut ipsorum vita vel morte renovetur.*

Vs. 159. *Postque ipsos sidera relinquunt*) Libri omnes, post-  
 quam ipsos sid. ling. id est, *cum jam sidera visum fugien-*  
*sia persequi nequeunt*, quod de Austrina potissimum orbis  
 parte valet, illi *numeris modisque i. e. calculando & figu-*  
*rando consummant orbem q. d. cælestem orbem conspiciunt,*  
*vel meditando emetiuntur.*

Vs. 160. *Natura ingenio minor est* &c.) Hæc, salva me-  
 liore sententia, sic cape: *Natura rerum ingenio seu rationi*  
*illorum Astrothesiæ studiosorum minor seu subiecta est, per-*  
*que omnia servit. Illi sunt artis magistri, natura ministra.*  
 Videtur his suum Manilius natale Signum exposuisse, quod  
 ipse pari ratione in Australi hemisphærio describendo versa-  
 tus est. Vide Lib. I, 457 sqq. coll. vs. 31 — 40.

Vs. 162. *Ad ardentem*) Cod. Paris. & Regiom. & ar-  
 denti. In fine pro *metam*, iidem leg. *vidium*. Vs. 163.  
*Quam*) Iidem, *Quem revocatum* Paris. *revocatis* Regiom.  
 Vs. 165. *effusus*) Uterque, *infus*. Vs. 166. *questus*) Ii-  
 dem, *questus*.

Vs. 168. *Gravia annona incendia*) id est, *cum rei cibaria pretium ingentem in modum augetur*. Sic etiam hoc *incendere*. Varro de Re Rust. Lib. III. cap. II. fin. Quotus quisque, *inquit*, est annus, quo non videas epulum, aut triumphum, aut collegia non epulari, quæ nunc innumerales *incendunt annonam*. Cod. Paris. & Regiom. *gravida. annona* Paris. *annosa* Regiom. Idem *vitis* pro, *ventis*. Vs. 169. *orbique orbis*) Uterque Liber, *orbisque orbi*.

Vs. 173. *Et celeres optando sortibus anno*) Fœneratores enim nil prius in votis habent, quam ut quamprimum fors æquetur fœnori. Hoc est quod dicit, *optare celeres annos sortibus*. Cod. vero Paris. & Regiom. *steriles* pro *celeris*. Vs. 176. *Quis dubitet*) id est, *non clare perspicit*. Sic *dubitanda Luna* declaratur Sitzm. ad Rutil I, 433. & *dubia Sidera* sunt minus conspicua, Juven. Sat. V, 22.

Vs. 179. *Et spolio &c.*) Hæc in utroque Libro sic disposita leguntur: *Œ pecorum spolio vivitque rapinis*. pro, *rapinisque* vivit. Conf. de transpositione voc. que infr. not. ad vs. 190 sq.

Vs. 180 *Hic labor, boc studium*) Ita Marklandus ante Bentlejum tentavit ad Stat. Silv. I, 3. p. 43. Pontanus ad Macrob. Saturn. Lib. I. p. m. 211. putat, illud *habet* fuisset *habet*; quod clarius expressit Doct. Heringa, qui credit, Manilium scripsisse *Hoc avet*, hoc studium *est &c.* Vetus autem est scriptura:

*Hoc habet boc studium, postes ornare superbos &c.*

Hanc tenent Cod. Paris. Regiom. & ceteri. Quæ quidem tam est pura & emaculata lectio, præsertim deleta, quæ illam vitaret, interpunctione, ut non nisi exercendi ingenii causa tantis Viris sollicitata videatur. En Tibi planum & commodum verborum sensum: *Hoc venandi studium habet* i. e. capit *boc*, quicquid est, *vel emolumenti, vel laudis, vel delectanti* (: ) *postes ornare &c.* Hoc nimirum illud studium *habet*, quæ vox a gladiatoribus desumpta, huic loco propria, adeoque haudquaquam mutanda est. Vide pluribus Commentar. Ad Terent. Andr. I, 1, 56. Confer etiam not. nostr. ad II, 890.

*postes ornare superbos Pellibus*) Si Marklandum audiamus

mus l. c., legendum foret ex Gemblac. *superbis*, quod magis poeticum & Virgilianum. Vide Æneid. VIII, 721. Neque nos valde repugnamus, quod Lips. quoque Codex eam lectionem, tametsi partem vitiose, tenet: *positis* ornare *superbis*, ubi pro *positis* omnino legendum *postis*, antiqua terminatione, pro *postes*. Vulgatam vero si retinere malis, recte omnino illud *superbos*, reddes, *superbum in modum*. De variis extra venationem *exornandi postes* occasionibus & moribus vide Sitzman. ad Rutil. vs. 424.

Vs. 182. *Et pacare metu silvas*) Qui hanc admittunt lectionem, interprete, sicubi opus, utantur Barth. ad Theb. IV, 20 Libri autem nostri, præter Paris. omnes, *parare*. Ald. *metum*. Legam ergo

*Et parare metum silvis &c.*

Quod, five de venatoribus, five de leone intelligas, vero consonum erit. De leone quidem interpretatur Pontanus ad Macrob. p. m. 211. *Silvas* nemo pro *arboribus* accipiet. quid enim his a feris metuendum? nec nisi inusitata figura pro *hominibus per silvas iter facientibus* capi possunt. Multo autem infrequentior ipsa phrasis, *metu pacare* pro, *liberare*. Quapropter Marklandus, propria magis quam ullius Codicis auctoritate, substituit *arcu*. At quis non videt, vel parum oculatus, *silvas* sensu, Poëtis præsertim, usitatissimo, pro *feris silvestribus* venire? Hæ autem in venatione metu non liberantur, sed percelluntur. Sic ipse venator Leo apud Phædrum Lib. I, 11, admonuit asellum comitem, ut *insueta voce terreret feras*. Quæ dum *pavescentes* exitus notos petunt &c.

*Et vivere raptò*) Sic Regiom. & Impressi ceteri. Gemblac. autem & Lips. *viçlor*, pro quo malunt Scaliger & Markl. *viçlo*, quod diserte refert MS. Paris. i. e. *feris viçtis*. Pontanus ad Macrob. p. m. 211. putat, in scriptis esse *viçlo*, sed ridet ei magis hoc *vivere viçlor*. Plautus: virtute dixit vos *viçtores vivere*. Sed & *raptò* bene habet, quod τῷ *præda æquivocum* est, & pro *capta fera* ponitur.

Vs. 184. *Sed pecudum in mortes*) Libri universi, *pecorum membris* pro, *cum membris* scil. *ferarum vel pecoris bubuli*, quæ vel dilaniando ceperunt, vel aliis eriperunt.

Vs. 185. *Ut laceros*) Cod. Paris. & Region. *Et lac. Luxuriaque parent cœnam, moresque lucrentur.*) Lege & distingue cum Libris nostris

*Luxuriæque parent (.) eadem mortesque lucrentur.*

*Luxuriantibus oculis vel palatis illos artus parant. Lanio- res autem illi invidiosa contentione a verbis ad verbera pro- perantes, vulnera non raro mortemque lucrentur.*

Vs. 187. sq. *Ingenium . . . receptus Æquale; & puro*) Hæc Bentleji est scriptura; non Manilii. Hujus autem manum optime omnium expressit Regiomontanus. En tibi

*Ingenium ad subitas iras facilesque recessus*

*Quales & puero: sententia pectore simplex.*

Quibus expediendis Oedipo conjectore opus non est. Co- dex Paris. discrepat in his: *Æquale & pueris, sent. pect. fallax.*

Vs. 190. sq. *Apta magisterio, modoque coercita virgo Ab- studio ducet mores &c.*) Quam hæc sunt a mente manuque Auctoris aliena! Veterem & genuinam lectionem non alterius magis quam Regiomontani studio, beneficioque Codicis Paris. Lectori restituimus. Sic autem illa habet

*Ore magisterio nudosque coercita virgo*

*Ad studium ducit (.) mores & pectora doctis*

*Artibus instituit (.) nec tam &c.*

Innumeris edocti sumus exemplis, Nostrium juxta cum alijs Poëtis, vel nulla prorsus vel metri urgente necessitate, vo- culam *que* non legitimæ voci jungere. Exemplum paulo supra occurrit vs. 179. Ecquis sibi h. l. religioni ducat illam huic *magisterio* jungere, ad quam ex mente Nostri omnino pertinet? Ordo est: Coercita virgo ducit nudos ad studium, ore magisterioque &c. *Sensus*: Virgo illa bene na- ta & curatius educata nudos i. e. vacuos scil. literis adeo- que arte rudes ore & magisterio q. d. verbis, institutione & disciplina, (quemadmodum *Magistram* decet, uti infra Nostro salutatur vs. 382.) *ad studium* scil. literarum *ducit*, aut si mavis *ducet* & deinceps *instituet*, quæ cum hoc *da- bit* (vs. 193.) aptius cohærent. Vs. 194. *Illæ*) Sic Cod. Paris. *Ille*, Region.

Vs. 195.

Vs. 195. *qui possunt* ) Cod. Lipf. cum Parif. Regiom. & ejus posteriores, *qua possit* scil. *mentis perspicacia*.

Vs. 197. *Scriptor erit velox* ) Sic ex Gemblac. dedit Scaliger. Cod. Lipf. non abire videtur. Membrana Parif. Regiom. & Impressi recentiores, *scriptor felix*, quod non valde improbamus. Hoc enim *felix* omnia complectitur, quæ in boni scriptoris laude ponuntur. Quo circa si *velox* Auctor dedit, stupidum sibi finxisse lectorem oportet, cui multis insuper verbis exposuit, quid ad velocitatem scribendi pertineat.

*Cui litera verbum est, Quique notis &c.* ) De compendiarum ista scribendi ratione vide Turneb. Advers. Lib. XIV. extr. & Bernart. ad Statium Silvar. Lib. I. pag. 22. Vs. 198. *cursumque* ) Cod. Parif. & Regiom. *cursumque*, scil. *superat*. Vs. 199. *Excipiat* ) Iidem Libri, *Excipiet*.

Vs. 200. *Ingenio bonus* ) Codd. Parif. & Lipf. cum Editis præstantioribus legunt, *in vitio bonus*; quod acute potius, quam fatue, uti Scaligero Bentejoque videtur, dictum putamus. *In vitio bonus* vel aliorum, ut illis facile indulgeat: hoc autem ut accipiamus sensu, per ea quæ statim sequuntur, non licet. *Bonus* autem *in vitio* dicitur *proprio*, qui non est in vitium, libidinis puta, pronus, & ne prava cupido in actum procedat, omni qua par est ratione cavet. Habes hic *in vitiis bonum*. Vin' optimum nosse? Audi Horatium: *Vitiis nemo sine nascitur. Optimus est ille, qui minimis urgetur.*

*At teneros* ) Cod. Lipf. *ut tener. i. e. prout.* non male. Parif. & Regiom. cum ceteris nostris, & teneros &c. Explicat, quomodo sub Virgine natus a teneris annis *in vitio*, libidinis scilicet, *bonus* sit.

*pudor* ) non equidem *innatus*, qui imaginarius seu, proprie dicendo, nullus est, teneræ præsertim ætati; sed *pudor* intelligitur *præceptis insitus*, exemplis & exercitatione firmatus.

Vs. 202. *Nec secundus erit* ) Illud *nec*, tametsi tribus vetustis, quos inter Lipf. firmatum, contra naturam & sententiæ rationem fertur. Cod. Parif. Regiom. & ceteri, *Hinc fec. erit*. *Hinc*, quia *magna natura munera*, ad procreandam

dam sobolem data, *cobibendo frenavit*, seu continentiam curatius exercuit, *Hinc* fecundus erit. Vaga enim & libidinosa Venus infirma prope ac effœta reddit corpora.

*Quid mirum in virgine?*) Cod. Lipf. delet hoc *in*. Legit autem cum Parif. & nostris Impressis *quod* mirum. Rectissime. Mirum enim, sub Erigone natum esse fecundum: cum virginis, ex Auctoris quidem sensu, non sit, partum edere. Totum itaque hunc versum sic constituimus

*Hinc* fecundus erit (,) *quod* mirum (,) Virgine partus.

Vs. 204. *Cum nova maturi gustamus* &c.) Manillii scripturam, quam servant Gemblac. & Parif. Regiom. cum Bonincontr. expressit

*Per nova maturi post annum munera Bacchi*

*Ordo*: Chelæ librantēs noctem cum luce per nova munera Bacchi maturi post annum. *Hoc est*, vindemiali tempore, cum vinum Bacchus novum largitur, quod anno post bibendo maturum est. Vs. 205. *Mensura tribuent* &c.) Cod. Parif. cum Regiom. *Mens.* &c. trib.

Vs. 207. *qui nomina summis Imposuit*) Recte *nomina*, non *nomina*, quod Scaligero in deliciis est; nec *munera*, uti legere est in Cod. Parif. & Regiom. ceterique vulgarunt; nisi possis hæc accipere pro, *valore* numerorum compositorum seu *summarum*, quem certo quoque nomine definivit.

Vs. 214. *leges proprias posuit, cum* &c.) MS. Parif. Regiom. cum ceteris, *leges potius pos.* quam &c. i. e. qui *legum magis latorem, quam interpretem, egit.* Vs. 216. *diriment*) Duo principes Libri Parif. & Regiom. *dirimunt*.

Vs. 217. *armata mutuendus cuspide cauda*) Vetust lectio Cod. Parif. Regiom. & ceterorum bonæ notæ librorum

*Scorpius armata violenta cuspide cauda*

Quæ si delicatis auribus tuis duriusculè sonant, age, me tamen non auctore, legas

*Scorpius armatus violenta cuspide caudam.*

Vs. 220. *corda*) Scalig. dedit *castra*. cui Libri omnes adstipulantur. Vs. 221. *Syllam*) Mitte hunc unde venit, & repone



repone ex Cod. Paris. quocum Regiom. & ceteri, *civem*, quemvis scil. qui in civili societate vivens, *multo gaudet sanguine*. Sublato dein (:) sequentia ita necte

*Nec prada quam cede magis (.)*

scil. gaudentem civem. i. e. *qui non tam spoliis de hoste trahendis inibat, quam sanguini*, adeoque vel sola intereptione delectatur.

Vs. 222. *quin ipsa sub armis Pax agitur (:) Pro quin scribe, cumque*. Distinctio adhuc expungenda, ut sensu ista meliore potiantur. Libri nostri sane quam concinne

*cumque ipsa sub armis*

*Pax agitur, capiunt saltus &c.*

Nulla illis armorum cessatio. *Ab hominum cede ad feras properant capiendas, necandas*. Quæ sententia vs. seq. declaratur amplius. Notandum autem, pluralia ista *capiunt, pererrant, gerunt, vendunt* eundem illum *civem* vs. 221. respicere, sed collective sumptum.

Vs. 225. *funus arena*) Non aliter ullus Codex, nisi Lips. qui inepte, & *funis aren*. Magis se nobis probat Heinssii emendatio, & *munus arenae*, quo certamen gladiatorum intelligitur, quod, uti cetera spectacula, *muneris* nomine venit. Vide Heinss. ad Ovid. Art. Amat. Lib. I, 170. Si vulgatam sequi malis, sentias necesse est, illos homines jacere infelictos velle; quod uti semper in suppliciis habitum, maxime ignominiosis, ita in loco præsentis eo foret absurdius, quod illi liberrima voluntate *caput* seu vitam *in mortem vendunt*, non *in Martem*, quod audacius tentavit idem ille V. C. ad Claudian. Lib. II. in Rufin. vs. 395. *Vendunt* autem *munus arenae* gladiatores illi, qui summa liberalitate munificentiaque conducti, populum recreabant.

Vs. 229. *Et quodcunque nepa studium producit astro*) Siccine quodvis aliud studium, præter rem bellicam, Scorpius natis suis tribuit? Falsum hoc. Ergo retineamus inveteratam Scriptorum pariter ac Impressorum lectionem

*Et quodcunque pari studium producit arte.*

*Producitur* non est *perficitur*, sed idem quod *oritur* & *origini* est cognatum. Omne illud studium complectitur, quod armis tractandis exercetur.

C c 5

Vs. 230.

Vs. 230. *Somifero*) Redde Auctori *bifero*, quod, contra omnium Librorum fidem, Bentlejus mutavit. *Biferum* autem dicit *Centaurum*, quod duobus ille animalibus, tamen si non utique feris, constat. Sic. infra Lib. V, 15. *Et biferum cetum* &c. Hic ergo sic legas

At quibus in *bifero* centauri corpore fors est.

Vs. 231. *Subjungere currus*) Qui hanc lectionem ex Gemblac. protulit, illustris Scaliger, alterum ejus exemplum, rarissimum scilicet, indicare omisit. *Curru subjungere tigres* Virgil. Eclog. V, 29. ubi *curru* pro *curru* vel *in curru*. Quemadmodum Idem Æneid. V, 817.

*Jungit equos curru* genitor &c. i. e. *curru* v. ad *currum*.

Solennis hæc formula, *jungere equos*. Conf. Scheffer de Re Vehic. Lib. I. cap. XII. *Subjungere* autem *currus* suppl. *equis*, nullibi lectum nobis. Libet ergo *conjungere currus*. Hæc vetus lectio, Cod. Paris. & Editorum antiquorum miro consensu firmata. Eam vel de certamine curuli possis intelligere, quo duobus junctis curribus, nonnullos decertasse videtur. Certe *plures* uni *currus* tribuit Silius, Punic. Lib. XVI, 322. — ore sequuntur

Quisque *suos currus* &c.

Ubi quidem Cod. Colon. legente Heinſio *cursus*, quod cum altero sæpius commutatum. At nulla ibi enallage numeri locum habet, cum sine metri detrimento scribere potuisset, *suum currum* & *plures cursus* uni agonistæ agendi non essent. Quapropter retinendum ibi *suos currus*, & de duobus saltem accipiendum putamus. Quæ si ad præsentem Manilii locum minus apte referri putes, alteram en! accipe vocis *conjungere* notionem, qua valet *inter se committere*, cujus exempla certatim Lexicographi præstabunt. Erit igitur *conjungere currus* dictum pro, *certamine curuli decertare*.

Vs. 232. *Ardentes* ♂ *equos ad mollia ducere frena*) Id est, *indomitos equos prima pati frena docere*. His enim *mollia frena* conveniunt magis, quam ferrea, de quibus Scheffer Lib. cit. cap. XIII. p. m. 161.

Vs. 235. *Exarmare tigres*) Libri nostri omnes, *exorare*. Quod elegantissime de Manuſtariis dictum. Quemadmodum & infra Lib. V, 707 :

*Ille*

*Ille tigrim rabie solvet, pacique domabit.*

Non enim vult, illos rabiem tigridi, sed rabiei vim nocendi auferre. Unde rectius conjunguntur *exorare & rabiem auferre*. Altero Martialis in eadem re usus Lib. I, 7, 3.

Nunc sua Cæsareos *exorat* præda leones.

Vide Not. Eruditor. ad Flacc. Lib. VII, 597. Vs. 236. *docendo*) Cod. Paris. & Regiom. *loquendo*.

Vs. 239. *Impositumque manet.*) Nam pars anterior & erectior hominis est. Itaque *imposita* est parti ferinæ, ut domitor equo.

*quocirca regnat in illas* (.) scil. *feras*. minus placet. Nul- lum enim ingenii vel imperii discrimen intercederet his, & qui sub Leone atque Scorpio nati feruntur. MS. Paris. Re- giom. & ceteri Impressi, *in illos*, quod est vel, *principatum tenet inter illos ferarum domitores & mansuetarios*: vel, *regnat* i. e. *dominatur in illos* scil. *elephantas*, de quibus proxime, & junguntur statim (nulla enim Regiom. distin- ctio) post illos) Vs. 240. *Quodque intenta gerit curvato spicula cornu*: ubi solus Regiom. pro *intenta* legit, *in terra*. Non male.

Vs. 243. *Vesta tuos, Capricorne, fove* &c.) Vesta Ca- pricornum sua dignatur tutela, quod constat ex Lib. II, 445. At quid Capricorno cum igne Vestali? Quonam *inde* modo *artes studiumque trahit*? Tacent Scaliger atque Bentlejus, qui sola Gemblac. auctoritate ista vulgarent. Tu forte ma- lis ex conjectura, *Vestales ignes*, pro, *perpetuos*; vel, cum Cod. Paris. & Fornerio Rer. quotid. Lib. II. cap. VI, *Festi- vos*. Sed cum, præ ceteris astricæ scientiæ Scriptoribus, Manethoni Lib. II. Apotelesm. vs. 93. Tropicus Capricorni dictus est κύκλος τοῦ αἰγιατρῆος, quod recte redditur, *fe- stini* Capricorni: tum vero prævalet apud nos Interpretum vetustiorum lectio

*Festinos, Capricorne, foves penetralibus ignes.*

*Festinos* i. e. *celeres & ad aliquid audendum agendumque jugiter instigantes*. *penetralibus* non innuuntur statim *cama penetralia Vesta*, cœu canit Virgil. Æneid. V, 744. Sed *penetralibus* supple *tuis* Capric. i. e. in intimis cordis tui recessibus, Sic A. Gellius Lib. IX, cap. IX. extr. quod Ho-  
merica

merica λητῷ gaudium gaudeat genuinum & *intimū*, atque in ipso adeo *penetrati cordis* & *anima* vigens.

Vs. 244. *Hinc artes studiumque trahis*) Recte *Hinc*, non *Nunc*, quod dedit, nescio quo sensu, Regiom. *Huc* legit MS. Parif. *Hinc*, inquit, quoniam agilem ignem in pectoris quasi foco alis, hinc *artes* metallurgicas *studiumque* in vestes (vs. 252.) trahis, ob brumale frigus, cui in ordine Signorum expositus es.

Vs. 245. *Ignis eget*) Sic in Cod. Lipf. legitur, sed ab altera manu correctum, Libri omnes, *agit*, i. e. quicquid igne ad certum usum præparatur.

*Novas ad munia flammæ*) Illud *munia* Bentleji ingenio debetur. Gemblac. Parif. & Vulgati Regiom. Ald. Rom. *munera*. Cod. Lipf. & Venetus, legente Bentlejo, *flumina*, quod arti fuforiæ cumprimis convenit. Metalla enim fusa ignei fluminis instar foco emittuntur.

Vs. 245. *caca metalla*) Duplicem hoc *cacus* notionem habet, scil. *qui non videt*, & *qui non videtur*. Posterior hujus est loci. Virgil. *Æneid.* III, 232.

Rursum ex diverso cæli *cacisque latebris*  
Turba sonans prædam pedibus circumvolat uncis &c.

Statius Theb. II, 501.

Insidias natura loco, *cacamque latendi*  
Struxit opem &c.

*Metalla* vero non sunt, hoc saltem loci, metallicæ res, aurum, argentum, cet. sed *ipsa fodina*, quæ Græcis pariter ac Latinis scriptoribus hoc nomine veniunt. Plutarch. in *Isid.* pag. 367. Α. πολλὰ μὲν ἐν τοῖς μετάλλοις καὶ τοῖς ὄρεσιν εὐρίσκεται μέχρι νῦν κογχύλια ἔχειν. Nepos Cimon I, 3, Calliam, dicit, magnas pecunias *ex metallis* fecisse. Plura olim dabit exempla Vierschrotus V. C. in Noct. Gothan. Lib. II, cap. X.

Vs. 247. *terrarum exquirere venis*) Codd. omnes, *exurere*, in ceteris variant. Parif. & Regiom. ejusque posteriores, *terraeque*

*reque exurere venas.* Ubi *vena* sunt continens pro contento. Eadem figura Tibull. II, 3, 9.

Nec quereretur, quod Sol *graciles exureret artus.*

Et Noster iterum, multoque clarius, Lib. V, 533.

Et coquet argenti glebas, *venamque latentem* Eruet —

Vs. 248. *Materiamque manu certa duplicarier arte*) Sic legunt Scripti pariter ac Cusi omnes. Equidem lubenter accedimus Salmasio, qui ad Histor. August. pag. 919. hunc, sic uti vulgatus est, versum Manilio dignissimum judicat. Et sane repetit ejusdem artis studium infra Lib. V, 529 sqq. Neque adeo nos offendit illud *duplicarier*, ut ejus causa vel apicem mutari necesse videatur. Solent enim Oratores pariter ac Poëtæ verbis passive terminatis activam servare significationem. Quod in hoc *duplicarier* metri causa factum. Probatissima ejus rei exempla collegit Aufon. Popma de Ufu Ant. Locut. Lib. I. cap. XI. Quapropter ne Marklandi quidem, tametsi non incommodam, recipimus emendationem:

*Materiamque manus certam duplicare per artem.*

Verbum illud, *duplicare*, non modo significat *augere*; verum etiam, *componere*, *conjungere*. Cic. Att. V, 15. *Exercitum nos*, inquit, *Deiotari adventu*, cum suis copiis duplicaturi eramus, id dubio procul, est *conjuncturi*. Plura in hanc rem exempla congeffit Cl. Vierschrot l. c. qui proinde Manilianum versum, si nostro standum judicio, rectissime accipit *de compositione metallorum*, quæ efficit electrum & alia mixta metalla. Cujusmodi Romanis uti notissima, ita usu maxime fuerunt recepta. Quod addit Noster, *manu illam fieri compositionem*, intelligendum ex oppositione metallorum naturalium, & ex usu loquendi, quo ejusmodi effecta signate *manu* dicuntur facta. Liv. II, 5. 4. *Insulam factam*; postea, credo, *additas moles*, manuque *adjutam*. Non autem conjungenda *manu certa*, quod placuit V. C., sed *arte certa*, i. e. minus fallaci, neque tamen in vulgus nota. Contrarium *incertus*, pro quo Noster *infirmas artes* dixit supra Lib. II, 110. coll. not.

Vs. 251. *Consummentque foci Cererem*) *Consummatio Cæveris*, seu *frumenti*, est panificium in furno. Quod uberius Noster exponit Lib. V, 283.

Vs. 253.

Vs. 253. *Per secula*) Sic Gemblac. &, si quidem recte legitur, Lipf. Sed admitti lectio non debuit. Melior Cod. Paris. cum quo Regiom. dedit *per sydera*, i. e. inter sidera. Hanc lectionem Editorum quique præstantiores ferunt, & sequentia firmannt egregie. Vs. 255. *fores*) Scaliger cum Cod. Paris. & Regiom. *fucis*.

Vs. 256. *mutataque sepe Mens natat.*) Optimus horum interpres Horatius II Sat. VII, 7.

Pars multa *natat* modo recta capessens  
Interdum vitiis obnoxia &c.

Ubi Lambinus: *natat*) modo ad vitia propensa est, modo ad virtutes incumbit, incerta & instabilis est: non perstat in vitiis, sed modo vitia, modo virtutes sequitur.

Vs. 257. *at melior*) Libri nostri cum Codd. Paris. & Lipf. & melior. *iuncta sub Priste*) Sic MS. Lipf. At Regiom. & ceteri, *iuncto*. omnes, *sub pisce*. Pristis aliud Sidus. Hoc loco *iunctus piscis* pars est posterior Capricorni, quam tribuit *hominis senectus*. Vult dicere: Qui nascitur sub Capricorno, *libidinosam aget iuventutem* (vs. sq.) *senex autem resipiscet*.

Vs. 258. *Mixto cum crimine*) Quid rei, cur hoc addat? cum, qui *Veneri*, vagæ præsertim ac libidinosæ, *servit*, crimine vacuus esse non possit. Restituendum ergo *carmine*, quod soli servant Paris. & Regiom. *mixto cum carmine* i. e. cum *incantatione*, cujus in arte amatoria non vnum fuisse usum tradit Virgil. Ecl. VIII, 68. 70. coll. antecedd.

Ducite ab urbe domum, mea *carmina*, ducite Daphnim.  
*Carminibus Circe socios mutavit Ulyssæi*.

Vs. 261. *Cernere sub terris undas*) Frustra h. l. magnus est Salmasius, qui conjungit *artes Cernere* (:). Non adeo laborandum in distinctione, quæ rectius omnino sic habet, *Cernere sub terris undas* (:). Cod Paris. *sub terras*, quasi *cernere* esset *secernere*, i. e. derivare aquas sub terram. Sed nolim eo sententiam deduci. *Aquileges* signat, seu *aquarum Indagatores*, a legenda aqua dictos, qui scaturigines aquarum sub terris detegunt certis indiciis.

Vs. 261.

Vs. 261. *inducere terris* ) scil. *undas*. vel *fulcos aquarios* ducendo, quos nonnulli *elices* vocant, auctore Colum. Lib. II. cap. VIII. vel eliciendo in ficitate aquas coelo, rei divinæ procuratione. Huic qui operam dederunt, *Aquilices* (ab eliciendo aquam) proprie dicti. Vide Menagium Amoenit. Jur. Civ. Cap. XLI. pr.

Vs. 262. *Ipsaque conversis aspergere fluctibus astra* ) Notat eos, qui aquarum expressiones agunt, aut ex ipsis aqua jactibus, aut per hydraulas, quibus aqua detruderetur.

Vs. 263. *includere ponto* ) Sic Cod. Lipf. Calculum addit Pontanus ad Macrob. Saturn. Lib. IV. p. m. 297. Cod. Paris. habet *ludere*, quod descripserunt Regiom. & Editores ceteri. Nec aliter legisse Scaliger videtur. His autem & sqq. innuit Auctor novos fabricaturum sive euripos sive lacus, quibus ludendo luxuriatur. Sueton. Jul. Cæs. cap. 39. *Navali pralio in morem cochleæ defosso lacu, biremes, triremes quadriremesque, Tyria & Ægyptia classes, magno pugnatorum apparatu confixerunt.*

Vs. 264. *flumina ficta* ) Sic *euripos* vocat, & *nova fluminum emissaria* in Circo, ad quæ spectacula agebantur. Virgil. Georg. III, 17.

Centum quadrijugos agitabo *ad flumina currus*.

De *euripis* quoque Nostri locum accipit Savaro ad Sidon. Carm. XXXII, p. 177.

Vs. 265. *domibus suspendere* ) Id est, *super arenata opera* & *edificia flectere rivos aquarum ab uno colle in alium*: Vel, notat pensilia receptacula aquarum, quibus supra domos aquæ longe defluentes reciperentur in usus domesticos. De ejusmodi rivis Rutil. I, 97 sq.

Quid loquar *aërio pendentes fornice rivos*,

Qua vix imbriferas tolleret iris aquas?

Confer, si vacat, Castal. in not. ad loc.

Vs. 267. *pontesque sequuntur* ) Edit. Ald. Rom. Pruckn. *portisq.* Cod. Paris. & Regiom. *pontisq.* (pro *es*) *sequuntur*. Omnes hunc versum duobus sequentibus postponunt. Salmasius legendum putat *fontesque sequuntur*. His enim tribus

bus verbis intelligere Poëtam putat horologiorum ex aqua faciendorum artem, quæ hydraulicis rationibus explicabatur. Quo artificio Ctesibius Alexandrinus olim inclaruit. Ea horologia aquaria ad Solis rationem composita *fidereas sedes movent, & calum versant in novum orbem*, propter versationes tympanorum versatilium, quæ in hujusmodi aquariis horologiis fiebant, & per aquam movebantur. De quibus videndus Vitruv. Lib. IX. cap. IX. Quare subjicit Noster: *Quæ operum* i. e. quæ opera, solaria nempe aquaria, *per aquas veniunt, fontesque sequuntur.*

Vs. 270. *ab fidere*) Codd. Lipf. & Parif. *ad fidera*. Sic Regiom. quoque & Impressi ceteri. Malim alteram sequi, tametsi hæc non ineptam admittit interpretationem. Alludere enim videtur Auctor ad undas Aquarii, quæ a Pisce notio excipiuntur. Itaque dicere potuit, illius partus diis esse amatos, cæloque receptos aliquando fore.

Vs. 278. *Membra carina*) Non partes modo quibus constat, verum etiam vasa, instrumenta, quæ *arma* quoque vocantur. Vide Polluc. Lib. I. § 9.

Vs. 279 sq. *Pervenit in astra Et pontum calo conjunxit*) Vel, quod navis Argoa cælo navigat; vel, quia nautæ ad dirigendum cursum & maris & siderum motus observant. Pro *conjunxit*, Cod. Lipf. *vincit* & noverit orbem. *Vincit*, pro *jungit*, Nostro familiare, uti Lib. I, 58.

Vs. 282. *Agilem convertere clavum*) Illud *agilem* Scaligero Sufius suggestit. Et hac quidem emendatione, tanto ingenio digna, opus fuisset, si omnes Codd. tam vitiose legissent *aliquem* convert. quod est in Gemblac Mirum autem, qui probare se non potuit oculatis Viris inveterata lectio, cujus vestigia monstrat Cod. Lipf. Jamq; huc atque huc *caliginem* convert. *clav.* Curatius autem expresse runt Cod. Parif. & impressi Regiom. Ald. &c. Quibus accedit Steuch. ad Veget. Lib. IV. p. 491.

Jamque huc atque illuc *caligine* vertere clavum.

*Caligine*, pro *in caligine* scil. *aquarum*, vel etiam *noctis*; quod tamen alteri præferre nolim.

Vs. 284. *Aut remos agitare,*) Ita Scaliger ad fidem Gemblac, Nostri Codd. Lipf. & Parif. cum Impress. Vetusior. *Aut*



*Aut remis agere scil. ratem, quam vs. præced. frenari dixit insigni elegantia, cum vebitur velis, quæ frenorum in modum gubernator pro venti ratione moderatur. Itaque dicit, nunc velis nunc remis, vel modo utrisque, opus esse, quod ex ponti ventique ingenio colligunt nauticæ rei periti, ad navem recto cursu vehendam.*

*Et lentas flectere tonsas*) Dicti Libri, scripti pariter ac impressi, *Et lentos inflectere tonsos*, præter Cod. Paris. qui rectius *tonsas lentas*. Festus: *Tonsam* Ennius significat *remum*, quasi tondeatur ferro. Ut cum ait: pone petunt, exin referunt ad pectora *tonsas*. Vide pluribus Barth. ad Stat. Theb. V, 340. & Voss. Etymol. in voce.

*Vs. 285. induclis everrere*) Eodem sensu dare Noster potuit *duclis evertere*, quod consensu ferunt Codd. Lips. Paris. & Impressi veteres omnes. *Evertere aquora* Maronianum; nec tam usitatum illud *everrere*, quam quod ab hoc venit *overriculum*, retis genus, quod Græcis *σάγμα* dicitur. Vide Festum in voce. *Evertere retibus aquor* est *bonis spoliare*. Quod Plantus, Cicero alique conjunctim, *evertere bonis, fundis &c.*

*Vs. 286. populos captos*) Eleganter hoc *populus*, quod quemlibet *cuneum* notat, ad pisces translatum. In quo Nostrum imitatus Ennodius Lib. I. Epist. VII. p. m. 20. *Piscium populus* non ad delicias, sed ad horrorem nutrienda. Sic apud Statium Theb. XII, 22. *exsanguem populum* vetus Scholiastes reddit per *cadaverum multitudinem*.

*Vs. 287. carcere*) i. e. Retibus vimine contextis, in quibus escas appendunt piscatores, & quæ in aquis demergunt.

*Vs. 290. Fecundum genus est natis*) Sic Cod. Lips. ab altera manu. Paris. vero diserte, *nautis*, quod nullus non Editorum veterum adscivit.

*Vs. 295. sub fortibus aquis*) Codices scripti editique omnes *partibus*, quod nolim a Bentlejo, hic & sæpius infra, mutatum. Neque enim ubique valet, quod tradit ad vs. 328. *Pars est tricesima pars Signi: At fors in omnibus locis est tertia pars Signi, sive partes ex triginta decem*. Ita enim vs. 362 *sortis pars ultima* non essent ultimi decem gradus, seu ter-

D d

tia

tia pars divisionis in ter decem sortes, quod tamen Auctor discrete confirmat.

Vs. 297. *retinentibus astris*) Nemo, quod sciam, adhuc dixit, nec dicere fortasse potest, qua notione hoc loco τὸ *retinentibus* competat *astris*. Equidem, nisi Codicum obfaret auctoritas, scriberem *redeuntibus*, quod vel de Signis Zodiaci, vel de Planetis, quos Decanos constituit Firmicus, eodem sensu dicitur, quo mox vs. 301, *in se coeuntibus astris*.

Vs. 298. *Quapropter Graja dixere Decania gentes*) Scaliger dedit

*Quam partem decimam dixere Decania gentes.*

Majori veritatis specie gaudet hæc Salmasii lectio Exerc. Plin. pag. 460.

*Quin parte in decima dixere decanon agentem.*

Omnes autem istæ in vocibus δεκαρία & δεκαρίον laborant, quarum neutra formari ab hoc δέκα per analogiam potest. Sicuti nec πενταρίς aut ἑπταρίς Græco ore dicitur. Quod etsi admitteremus, syllaba tamen κα non longa, ut in ἀππυαρίς, sed brevis origine foret. Præterea nunquam Noster *Decania*, nedum *Decani*, sed *Domini*, nomen usurpavit. Puritatis enim Linguae studiosissimus nullum Noster ex idiomate Græco vocabulum, nisi deficientè Latino, in carmen admisit. Accedit, quod hanc Generhliacæ doctrinam non Græcorum magis quam Chaldæorum institutis, majoris utique dignitatis & fidei causa, acceptam refert, & ad eorum maxime placita rationes suas subduxit. Hæc partem suis Noster indicat verbis Lib. I, 41 sqq. partem pluribus exemplis probat Jul. Pontedera in sua ad Andr. Maranum epistola, *De Marilii Astronomia* &c. Quæ cum ita sint, certo videmur colligere: per *gentes* intelligi non debere Græcos, quos nunquam Noster *gentes*, absolute, salutavit; sed Chaldæos potius atque Ægyptios, e quorum scriptis ipsa quam modo tractat doctrina, cum propriis ei vocabulis ad Græcos, inde ad Romanos, adeoque *decani* & *decania* nomina ex Astrologorum scholis ad Martia transiisse castra videntur. Adeoque non est, cur horreas, Lector, ad lectionem Cod. Paris. quæ sic habet:

Quam

Quam partem *degane* dixere *de caruca* gentes.

Satis ista barbare, metro quoque vitiato, sonant. Sed Cod. quoque Lipf. vocem *degane* agnoscit, pro quo altera manus superne, *decane*. Idem pro, *de caruca*, quod nihili prorsus, legit *decanica*. Equidem sic legendum putamus:

Quam partem *decan* dixere, *decuria*, gentes.

Illud *decan* priorem habet origine longam. Est enim natum ex hoc *dik* (cum *chirek* magno), quod Rabbinis, idiomate Chaldaeo Syriaco usis, significat *decem*. Vide Buxtorf. sub voce. Quod substituimus, *decuria*, scriptæ lectioni quam proxime accedit, & ad loci declarationem omnino facit. Sensus quippe: *Gentes eam partem, qua nobis decuria vocatur, suo idiomate decan dixere*. Emendationi vel ultro suffragium addit suum Jov. Pontanus, qui Libri I. Rer. cælest. caput XXII inscripsit: De *Decuriis* seu *Decanis*. In quorum expositione inter alia: *Singula Signa distribui placuit in regiones treis, ut singula decem essent graduum unde sunt Samaritæ a Græcis appellati. Nobis placet appellare Decurias, tum ne peregrino utamur nomine, cum habeamus nostrum, quanquam & illud videri nostrum potest, tum ut civilem constitutionem sequamur. Nam & urbs Roma non in centurias modo, verum etiam Decurias fuit divisa, unde a Decuriis dicti Decuriones. Singula igitur Signa cum sint in treis Decurias distributa, singula quoque Decuria habebunt Decurionem suum. Hactenus Pontanus. Malletem vero, vir ille Romanarum æque ac cælestium rerum peritissimus Decuria originem a constitutione militari potius quam civili deduxisset. Proprium enim est *turmarum* vocabulum, quarum quæque fuit triginta equitum, qui in ter denos divisi, tres Decurias constituebant, quibus singulis Decurio præfuit. Hinc est, quod Vegetius Lib. I. cap. VI. in qualibet, post primam, cohorte collocat 66 equites, scilicet duas turmas cum sex Decurionibus. Proinde, cum Decuria proprie ac præcise denotet decem e triginta, pulcre, ni fallor, vides, quam sit vox illa rationi Manilianæ convenientissimum.*

Vs. 299. *A numero nomen positum*) Recte. Sic enim certo certius intelligitur, Nostrum Decurias illas respiciere, quarum tres sunt in Signo quovis. Conf. vs. seqq. In diversum abit lectio Cod. Paris. *An numero nomen positum* &c.

D d 2

& pro

& pro variante habet *numeri*, quod altero non certe melius. Legendum foret, *Ad numerum numen positum est &c.* Hoc disertius docet Firmicus Lib. II. cap. IV. cujus instituta in suos *de Decanis* commentarios retulere Rhodiginus, Salmasius, Vossius; quorum alter alteri sua quasi verba commodavit.

Vs. 302. *habitantur singula signis*) Retinenda vetus Librorum omnium lectio: *habit. sidera Sign.* Unum enim quodque Signum a tribus aliis, sive Signis sive Planetis, occupatur. Hæc quoque fusius tractat Firmicus suo loco.

Vs. 304. *Et verum in cæco est*) Hoc *cæco* Scaligeri ingenio debetur. Cui tamen non plane displicuit *in ceno* vel *cano* i. e. in voragine. *Illud* Gemblac. *boc* Lips. Cod. habet. Regius autem Paris. legit *in calo*, quod Regiom. & ceteri Impressi omnes retinuerunt. Rectissime. Quæ enim statim sequuntur, illud *in calo* non firman tantum, verum omnino postulant. *Verum*, inquit, i. e. *veritas in calo est, cum multa ambagine rerum.* Quod non exterior modo illius facies observanda, verum interiora quoque perspicienda, quæ quidem rerum cælestium meditatio compendia non admittit.

Vs. 312. *Namque Aries &c.*) Hunc vs. Cod. Paris. & Editi Ald. Rom. Pruckn. non legunt. Regiom. vero sic

*Astrorum princeps primam servat sibi partem.*

Vs. 315. *Totque dabit vires &c.*) Cum vs. præced. est *ducitur*, minus recte hoc *dabit* cum illo copulabis. Satiùs est participialem continuari constructionem, quemadmodum in Cod. Paris.

*Tot ducens vires, dominos quotquotque recepit.*

Poteris etiam legere cum Regiom. & Impressis ceteris, *Totque ducit vires &c.*

Vs. 316. *nec sorte sub ulla*) Atqui partibus omnibus suas *Taurum vires miscere* mox dicit vs. 319. Restituenda igitur vetus lectio, *nec parte sub illa*, scil. *prima*, quam Aries in suo Signo sibi ipse vindicat coll. vs. 312.

Vs. 321. *Scorpios adjungas &c.*) Codd. Paris. & Lips. Editique tres vetusti

*Scor-*

*Scorpius adjuncta centauri tertia parte.*

Regiomontano sic vulgare visum :

*Scorpius adjuncta (:) centaurus tertia poscit.*

Vs. 333. *Hos quoque conjungit &c.*) Auctoribus Libris universis legendum contingit pro attingit. Sensus : *Linea Herxagoni pertingit ad Geminos, quos sibi dominos adsciscit.*

Vs. 336. *Sors ipsius ima est*) Sic Regiom. quoque vulgavit. Codd. vero Lips. & Paris. cumque his Editi Ald. Rom. & Pruken. pars ipsius una est. Regiom. quoque tenet pars, non sors.

Vs. 365. *quo sapius*) Cod. Paris. & Editi veteres universi, *sociat quoque sapius orbem.* Non ea Manilii mens est, eo melius cælum sociari, quo sapius dividatur in nomina repetita.

Vs. 367. *Non se ostendant*) Libri nostri omnes, *non ostendunt* mort. astr. Ipsi illi tituli, noti alias, *dissimulant* quandoque astra, *non ostendunt* scil. ut penitus perspicui possint.

Vs. 369. *Manent, junctisque sequentum Viribus :*) Codicum fide legendum *manet* junct. *sequendum* Virib. Illud *manent* sola Scaligeri auctoritate nititur. Supplet astra. Quis autem sensus? *Astra querenda manent in alio astro.* Si legis *manet*, aut referes hoc ad *aciem animi*, quæ *manet querenda in alio* scil. astro. Per hypallagen dictum pro *acies animi querere debet*: Aut, quod omnino rectius, *supple veritas, ratio, vel series causarum, quæ manet querenda in alio* scil. signo.

*junctisque sequentum Viribus*) Hoc sequentum Huetius tentavit. Libri omnes, *sequendum.* Itaque *junctis viribus* non tertio, sed ultimo casu accipiendum. Cf. Not. ad Lib. III, 151. & Nostr. Lib. V. 42. Sensus : *est insectandum est veritatem vel effectuum rationem per junctas vires* scil. signorum, quorum subinde vires sociata miscentur (vs. 386.) Vel intelliges *junctas vires* plurium sortium & dominorum vs. 378 sq. ubi tamen Scripti & Editi nostri partes, non sortes, habent.

Vs. 396. *At nisi perfoffis fugiet te montibus æternum*) Hunc vs. in Libris nostris excipit ille, quem Bentlejus, Huetic præmonente, post vs. 387 posuit; quasi hoc loci sensum omnino perturbaret:

*Rurfus & in magna mergis caligine mentem*

Atqui vel ipsam *Rurfus* cum vs. huc reponi jubet, quod certe repetitionem actionis vel accidentis innuit, nec de eo, quod primum fit, dici cum ratione potest. Verba vero non sunt h. l. lectoris, uti vs. 387 & 389, sed Poëtæ, qui proinde illum hoc argumento convellit injuste quærentem, de *magno tenuique labore*, quo caligo quasi oculis offunditur, cum *facili ratione cernere interiora cæli videretur*. Quocirca Noster ait, non hoc tantum in negotio versanti tale quid tibi accidit, verum ubi *terram perfodiens aurum quaris*, tum vero tu ipse *rurfus magna in caligine mergis mentem tuam*, & quo minus sine labore montium opes eruas, *venis superaddita tellus obstabit*.

Vs. 402. *Quæremus lucrum navi*) Cod. Paris. *Quæ. lucr. majus* & pro varia lectione interlineari *navis*, quod Regiom. quoque agnoscit. Cod. Lips. & ceteri vulgati *naves*. minus recte. Mox, pro *Martemque* Libri omnes, *mortemque sequemur*. Quam lectionem veritati asserere videtur hoc tanto, quod statim sequitur Vs. 403, *Tanto bona velle caduca*) Ubi *tanto* supple *pretio*, mortis scilicet, non Martis, periculo.

Vs. 404. *Luxuriæ quoque militia est*) Quænam militia? Aut quibus armis *ventrem* uti *luxuriantem* voles? *Solicitudo*, inquit Scaliger, *circa gulam* & *ventrem altera militia est*. Scilicet his circumveniri insidiis oportet, qui vs. 402, temere magis quam scite, *Martem sequuntur*. Cod. quidem Paris. h. l. diserte *militia*. Cod. Lips. pro varia lectione; prior manus dedit *malitia*. Quod sequitur, *vigilatque culinis*) longe infelicius a Bentlejo mutatum. Libri omnes rectissime *ruinis*, i. e. *rebus*, *cibis*, *ventri perniciosus*, quæque adeo *ruina* sunt eis invigilanti vel avidius eas adpetenti. Proinde sententia, ducibus Regiomontano & Pruknero, sic videtur concipienda:

*Luxuriæ quoque pernix est vigilatque ruinis*  
Venter: & ut pereant &c.

Vs. 405.

Vs. 405. *Et ut pereant*) id est, quem in modum bona luxuriando prodigantur, quamque caduca hæc sint (vs. 403), *fuspirant* h. e. cum dolore vident ac sentiunt sæpe nepotes. Multus est, & forte nimius, in horum expositione D'Orvill. ad Charit. p. 589 sq. *Nepotes* Paulo ad Festum, in voce, dicuntur *luxuriosa vitæ homines, quod non magis his rei suæ familiaris cura est, quam quibus pater avusque vivunt.*

Vs. 406 sqq. *Quid calo dabimus?*) Argumenti vis & ratio in eo vertitur: Si tantum laboris, opera ac pretii rebus impendimus caducis, ut vel cum vitæ dispendio ad eas occupandas connitamur; cur non potius se quis totum huic fideralis scientiæ studio impendat? quo mundum animo complecti & deus in ipso esse possit. Quod enim *quæris deus est* (vs. 390). Quanto autem & quam assiduo labore ac studio illud est *omne venale*! Hoc igitur *omne* notat *universum*, de quo Mela initio operis: *Omne* igitur hoc, quicquid id est, cui mundi calique nomen indimus, unum est, & uno ambitu se cunctaque complectitur.

Vs. 413. *utroque modo*) Libri nostri cum MS. Paris. utroque tamen: scil. tum glacie frigoris, tum Solis ardore steriles &c. *Quis largior humor* &c.) Cod. Paris. & Regiom. — *Quas largior humor*

*Quasque minor jam succus obit.* — —

*Quaque minor* Ald. Rom. Pruk. *Quaque in moribus* & in margine al'. *minoribus* (novit) obit, quæ omnia nullius sunt saporis, sicuti lectio quoque Cod. Lipf. *Quaque minoribus ovit* namque &c.

Vs. 417. *Promis rivois*) Restituendum ex Cod. Paris. *notis ripis*, quod & Regiom. ceterique omnes cum Scaligero tuentur. *notis fugientia flumina ripis* sunt, quæ vel eas excedunt, vel aliorum vada ducunt. Conf. infr. vs. 423 sq.

Vs. 419. *rubigo interoenit arvis*) Hoc *arvis* est in Cod. Lipf. *terra* nobis ex eodem non indicavit Vir doctus. Cod. Paris. vulgatam omnibus lectionem tuetur

Sic sterilis terris latis intervenit annus,

*Terris latis* uti *frugibus latis* Georg. I, 69. ubi prata virent, messisque in herba, *annus sterilis interoenit* i. e. anni tempus ob pluviam, vel excessu vel defectu peccantem, intercedit.

D d 4

Vs. 420

Vs. 420. *Ac subito perimit parvos* &c.) Codex Parisin<sup>9</sup>.

*Ac subito rumpit parvo discrimine fœtus :*

Sic Editi veteres, præter Regiom. cui placuit *subito*, quod non multum differt a *parvo discrimine*, seu *exiguo temporis intervallo* ideoque non admittendum. *rumpit* pro *corrumpit*. *subito* fœtus) scil. terræ, qui jam aliquantum excreverunt. *subire* pro *ascendere* a quo *subitus* etiam passive legi Lexicographi fidem faciunt, & Plin. Hist. Nat. Lib. IV. p. m. 203, 19. *Hæmi excelsitas sex mil. passuum subitur.*

Vs. 422. *gratia ponti*) Sic diserte Cod. Paris. Ex quo colligere licet, eum a peritior manu profectum, quam vel Gemblac. vel Lipsiens. qui habent *Χρῖ* i. e. Christi. Absit blasphemia verbis! Compendiariam hujus vocis scriptionem evolvit Stewech. ad Veget. Lib. II. pag. 192. Vs. 424. *campis labitur annis*) Libri universi *campos*, ubi præcedens *per* repetendum.

Vs. 424. *curritoe reditoe*) Per campos *currit*, a scopulis *redit*. Sic Barthius suam hanc emendationem explanavit. At Regiom. & Impr. cet. *venitoe reditoe*. minus bene. Codd. Paris. & Lips. cum Gembl. *uritoe reditoe*, ubi sensu commodissimo legere possis, *urgetoe reditoe*.

Vs. 427. *auxamque salubrem*) Hoc *auxam* Bentleji ingenio debetur. Cod. Gembl. *vitumque*, quod Scaliger probavit, adscivit. Cod. Lips. & Venetus *utrumque*, ex quo Cl. Heringa fecit *utcumque*. Nihil opus. Vero proximam, quin imo genuinam, lectionem præferunt Codd. Paris. &, legente ipso Bentlejo, Vossianus, *usumque* scil. virium *salubrem*. Vs. 430. *proprio ordine*) Sic quidem Noster aliis locis, v. c. II, 750. & III, 35. Sed hoc loco constanti Codd. fide scripsit, proprio *carmine*. Cf. mox vs. 436.

Vs. 432. *tot dicere summas*) Codd. Paris. & Lips. eumque illis Impressi omnes, *tot discere summ.* pro quo V. D. maluit, *ducere summ.* Utraque lectio melior vulgata. Vs. 433. *Proque artis causis* &c.) Cod. Paris. & Editi præstantiores, *Per varias causas* &c.

Vs. 434. *Incipimus si verba piget*) Locus variis modis sollicitatus V. is doctis, nec tamen adhuc omni depravata lectione



nis nota exemptus. Quam Bentlejus hic sequitur, lectio, est Fr. Junii, in qua Ille, non quidem sensu meliore, adscivit *si pro sic*, & *quod pro sed*, in membro posteriore. Non minus scite Fayus tentavit: *Incinimus* sic verba &c. in hunc sensum: Sic voces istas *canendo composuimus* & *conneximus*, . utcumque potuimus. *Piget h. e. dolemus*. Utinam enim melius & venustius canere potuerimus. Hæc autem Interpretis potius quam Auctoris mens esse videtur. Longius a vera lectione atque adeo ab Auctoris intellectu, discedit, eoque minus se nobis probavit emendatio, quam instituire conatus est Vir doctus in Observat. Miscell. a D'Orvillio collectis Tom. I. pag. 122:

*Dici eadem si verba piget? sed gratia deerit.*

Quibus id Poëtam velle putat: Quis tot res ac numeros toties recurrentes identidem exprimere, mutata licet forma, poterit, *si eadem verba dici & usurpari piget?* Quod ultimum si fiat, *deerit quidem gratia*, quam iterata tam sæpe eadem vocabula non habent, sed mihi loquendum est materiæ ipsius, non meo arbitrio. Quid ad hæc Codices MS? Quid Edicti Vetusti? Gemblac. *Incidimus si* verba Paris. & Regiom. *Incidimus sic* verba Hæc vero parum aut nihil ad sensum, & vel ab ipso metro vitii damnantur. In Cod. Lips. alter quidem doctorum Lectorum nihil prorsus diversi ab edita lectione notavit; alter vero in margine posuit *sic*, & supra vocem *Incidimus* minutissimis literulis aliud quid indicasse videtur, quod ne hariolando quidem assequi valeamus. Quicquid autem sit, non ejusmodi esse omnino putamus, ut vel lectionem emaculare, vel sensus sarcire ruinam possit. Neque vero deferenda prorsus illa veræ lectionis vestigia, quæ quidem nobis insistentibus ad probabilem emendationem, nisi omnia fallunt, viam munivere. Videat enim æquus & peritus Lector, annon facilius pariter ac melius foret legere *Insecimus*, pro *indicimus* vel *incidimus*; cui quidem mutationi tum literarum similitudo, tum vocis probata Latinitas cum auctoritate conjuncta, tum etiam significatus ejusdem mirum in modum favet. Illud *insecimus* formari legitime videtur ab *insece*, quo usi Ennius & Livius Andronicus apud A. Gellium Lib. XVIII. cap. IX. Utriusque verba huc transcribere consultum erit, ut cum de antepenultimæ quantitate, tum de vocabuli notione tibi constet. Prior ille sic:

D d 5

*Inseque*

*Inseque* Musa, manu Romanorum induperator  
Quod quisque in bello gessit cum rege Philippo

Ubi Velii Longi, non hominis indocti, fide affirmat Gellius, non *inseque* legendum, sed *insece*, ideoque, sic pergit Literator, a *Veteribus* quas narrationes dicimus, sectiones esse appellatus. Alter Poëtarum, Livius Andronicus, cujus itidem verba recitat Gellius, ita scripsit

Virum mihi Camœna *insece* versutum.

Quem versum Ille factum dicit ex hoc Homeri

Ἀνδρᾶ μοι ἰωνεῖ, Μῦσα, παλῦτροπον.

Et esse, ait, qui putant, illud ἰσπεῖται νῦν μοι Μῦσαι dictum, quod Latine *inseque* vel *insece* dicitur. Ex quibus locis certo videmur colligere, illud *insece* vocabulum esse probæ genuinæque Latinitatis, & valere dic, indica, memora, & oretenus trade, quæ quidem notio apud M. Catonem obtinere videtur, cujus verba l. c. sunt: *eiusmodi scelera, quæ neque infecendo, neque legendo audivimus* &c. Unde simul discimus, alia quoque illius verbi themata superesse, quæ in prima belli grammaticalis acie non ceciderunt. Quidni ergo Manilius dare *Infecimus* potuit? quod quippe versui non minus ac sententiæ apprime conveniens est. Fac itaque locum integritati suæ restituamus:

*Infecimus* sic verba (:) piget (:) sed gratia deerit,  
In vanumque labor cedit, quem despicit auris.

Interpunctio Regiomontani est; periphrasis nostra hæc: Nos equidem, inquit, *sic verba* proferimus, quemadmodum rebus conveniunt & nostra sunt arte recepta: quæ quidem te *piget* legere toties repetita, nec variata fere loquendi forma; *sed* non est, ut ægre feram te ad ista nauseare, qui probe intelligo, culpam esse non Poëtæ, sed lectoris: nam semper *gratia deerit* verbis, & labor quicunque *in vanum cedit*, quem *despicit auris*, puta, lectoris. Confer, quæ porro sequuntur, videbis omnia constare sibi certissime, illaque, *sed gratia deerit* &c. a Poëta, sui vel excusandi vel consolandi gratia, esse scripta.

Vs. 437. *Sacros calî monitus*.) Libri omnes, *motus*; quos Auctor dixit *sacros*, quia divini & arcani quid habent. Ita Lib. I, 715, de Galaxiam contemplantibus

Inqui-

Inquiruntque *sacras humano pectore causas i. e. arcanas.*

Vs. 438. *Nec fingenda datur* ) Sic MS. Paris. & veteres Impressi omnes. Cod. Lips. *Nec signanda.* non male.  
Vs. 440. *Verbis splendescere mundum* ) Universi Libri, *suspenderet*, quod cape sis pro *alligare quasi* & *appendere* vocibus, mundumque verbis librare vel *aliquid ponderis ei addere.* Hoc *fas non esse* dicit, quoniam *deus ipse*, qui & *mundus*, *sibi pondera dabit*, vel potius *dedit*, quod præstant Cod. Paris. & Vulgati vetustiores.

Vs. 441. *Rebus erit major* ) Sic, legente Bentlejo, *Vetusti* quatuor. In quorum tamen numero censendi non sunt Codd. Paris. & Lips. qui ferunt *Reb. enim maj.* nec aliter Scaligero in Gemblac. lectum videtur.

Vs. 442. *si tantum poterit signare cavenda* ) *Cavenda*, quippe *damnandas XII. Signorum partes jam dicere aggredditur.* Sic Lib. V, 101.

His erit Heniochi surgentis forma cavenda.

Hæc suæ lectionis interpres, Bentlejus. Cl. Vierschrot. mavult: si *tamen hunc* pot. sign. *canendo.* Cod. Paris. habet *canenda.* Lips. *canendi* & *superne canenda.* Sic fere Impressi veteres, præter Regiom. qui maxime opportune dedit

nec parva est gratia nostri  
Oris, si *causam* poterit signare *canendo.*

Vs. 445. *Septima par illi* ) recte. non *pars*, quod sine sensu fertur in Cod. Paris. Mox, pro *decimæque secunda* legere malim cum Heringa, a *decimæque secunda i. e. duodecima.* Sic vs. 462. *septima post decimam.*

Vs. 447. *lædit* ) Codd. Lips. & Paris. *laudet.* Gemblac. *gaudet.* Regiom. *languet.* Vs. 448. *Et quinta* &c. ) Cod. Paris. consentiente Lips.

Et *quintam* & *duram consumat septima partem.*  
Regiom. Et *quinta (:) & duram consummat* &c.

Vs. 450. *juncta* ) Addeſis eſt, ex utroque Codice. Vs. 451. & *bis duodena nocentes* ) Regiom. sic distinguit, & *bis duodena*

*duodena* (:) nocentes *Quæ* ( non *Quæque* ) decem tresque ingem. &c.

Vs. 452. *fraudatque duobus* ) Codd. Paris. & Lips. subscribente Regiom. *fraudata duobus*. Vs. 453. *Triginta numeros* ) Sic Cod. Lips. pro *numeris*, quod est in MS. Paris. & Regiom. quoque probavit. *Et tum tricesima summa* ) Cod. Paris. & Regiom. & *tu tricesima summa es*. Cod. Lips. *est*.

Vs. 455. *ter quina noxia par est* ) Cod. Paris. *tot quina Et noxia per se*. Lips. *ter quina Et noxia pars est*. Sic etiam Regiom. nisi quod in fine legit *per se*.

Vs. 460. *Nec sextu : octava est similis : Et c.* ) Codd. Paris. & Lips. subscribente Regiom.

*Nec sexta octava similis decumaque peracta*  
*Prima rapit : &c.*

Mox, pro *quina* dicti MS. & Regiom. *quinta*.

Vs. 464. *contractu primo* ) Sic vere Regiom. *contractu* Paris. & Lips. minus bene. Vs. 465. *Et quarta sub parte premis* ) Consentire videtur Cod. Lips. *Et prima* legunt Cod. Paris. atque Regiom. *bis quina salubri* ) Non refragari Cod. Lips. videtur. Cod. vero Paris. *est quinta salubris*. Regiom. *Et quinta salubri*. Vs. 467. *vitium est* ) Sic diserte Regiom. At Lips. MS. *unctum est*. Cod. Paris. *unctum est*.

Vs. 473. *At quinta in Cbelis Et c.* ) Cod. Paris. & Regiom. *Et quinta in Cbelis* ) addit Paris. *actis*, qui etiam hunc vs. sequenti postponit. Vs. 474. *Tertia Et undecima Et c.* ) Cod. Paris. & Lips. itemque Regiom.

*Septima Et undecima est decumæque & tertia juncta*  
Cod. Lips. & Regiom. in fine repetunt *est*. Vs. 476. *nona Et tricesima partes* ) Cod. Lips. *non ex trices*. Paris. MS. & Regiom. *nec non trices*.

Vs. 478. *Ut sexta* ) Cod. Paris. & Regiom. qui cum Lips. vs. præced. legunt *pars* pro *par*, h. l. pergunt *Et sexta*. Mox iidem, *ter quinta* pro, *quina*. Cod. vero Lips. *quater quina* vel *quinta*.

Vs. 479.

Vs. 479. *Undecimam ☿ geminans* ) Delent dicti Codices hoc ☿, nec Regiom. agnoscit. Vs. 480. *nonumque* ) Cod. Lipf. *notumque*. Parif. & Regiom. *votumque* capeffit. Vs. 481. *ne felige* ) Sic Cod. Lipf. *ne dilige* Cod. Parif. & Regiom. Idem vs. seq. *Centauri*. recte. non *Centaurum*, quod vitiose fertur in MS. Parif.

Vs. 483. *metuendus ducitur aër* ) Omnium Librorum consensu legere poteris *dicitur*. Nec te ejus poenitebit. Vs. 485. *ter dena figurat* ) Sic plane Regiom. *duodena* Cod. Parif. *figurant* Cod. Lipf.

Vs. 488. *aut una quæ* ) Sic omnino Regiom. quoque legit. Codd. Parif. & Lipf. *aut unam quæ* &c. Vs. 489. *Quæve auget quinta ☿c.* ) Sic Cod. Lipf. *quinto* Parif. & Regiom. Mox, *vel sexta feretur* ) Libri omnes, *vel septima fertur*.

Vs. 490. *Pars est prima nocens* ) Magis opportune hoc loci versus iste legitur, quam supra Lib. II, 232. Regiom. uti jam ibi observavimus, lacuna defectum versus notat. in Cod. Parif. nullum prorsus indicium defectus.

Vs. 492. *☿ numero* ) Codd. Parif. & Lipf. *est num.* Regiom. utrumque delet. *nono* ) Terni iidem consensu legunt *non*. Vs. 494. *accumulans* ) Cod. Lipf. *accumulant*. Cod. Parif. & Regiom. *accumulat*.

Vs. 500. *vel sicco* ) Cod. Parif. & Regiom. *vel ficcum*. Vs. 501. *Seu rapidos* ) Cod. Parif. consentiente Lipf. *Si rapidus Mav.* Regiom. *Sed rapidus Mavors*. Vs. 502. *Saturnusve suam glaciem* ) Cod. Parif. accedente Lipf. & Regiom. *Saturnus sumet glac.* Quod sequitur, *Phœbusque vapores*, Cod. Lipf. *Phœbusque colores*. Cod. Parif. & Regiom. *Phœbusque calores*.

Vs. 505. *ultraque remittunt* ) Cod. Parif. & Regiom. *utroque* remitt. Sic Lib. II, 859. Vs. 507. *prior flexa* ) Cod. Parif. *prius* & in margine, alii *prior*. pro *flexa*, quam Cod. Parif. *flexaque a cornibus*. Regiom. *flexis* quoque corn. ib.

Vs. 510. *Tantum audere juvat* ) Cod. Gembl. *Tanta audire*. hoc *audire* ceteri omnes habent. Vs. 511. *Ut ruat aut vincat* ) Cod. Parif. & Regiom. *Et ruit ☿ mutat*, Cod. Lipf.

Lipf. *Et ruat* (supern. *ruit*) & *vincat*. Vs. 512. *delectant otia vitam*) Cod. Parif. & Regiom. verſum ſic legunt:

*Mollia per placidas delectant otia curas.*

Vs. 513. *ignotas per ſerbes*) Sic ex Cod. Gemblac. Scaliger. Tutius erit ſequi Cod. Parif. & Regiom. qui legunt

*Sed iuvat ignotum ſemper transire per orbem.*

Vs. 515. *teſtis ſibi*) Cod. Parif. & Regiom. connivens MS. Lipf. Scaligero patrocinantur, qui vulgavit *tibi*.

Vs. 523. *glomeramine*) Vetus & conſtans omnium Librorum lectio eſt, *parvo referens glomerabile fidus*. Eſt autem *glomerabile* id quod *glomeratum*: ſicut *pars habitabilis* dicitur pro *habitato* Lib. I, 238. Videtiſ etiam not. ad Lib. I, 221. *parvo*, ſupple, *ſpatio*.

Vs. 525. *exercent vomere campos*) Libri omnes, *exornat* ſcil. *juvencum*, non *campos*, quos dicit *vomere inverſos*. Flaccus ſimpliciter *campos everſos* Argon. VII, 75.

Vs. 526. *Sed geminos aqua &c.*) Cod. Parif. æqua profert cum *undat egitque*. Sic alia manus unum forte vitium corrigens, peperit alterum. Legendum omnino *unda tegitque*. Regiom. alio plane ſenſu

*Sed geminus æqua profert cum vincula legis*

Sed legum peritiam ſub Libra natis tribuit ſupra vs. 219. Quapropter malim ſequi lectionem a Bentlejo vulgatam, quam Cod. Parif. ex noſtra emendatione, præ reliquis tuetur. *aqua cum profert unda tegitque Parte*, id eſt, *cum æqualiter uterque Geminorum oriri incipit, unda profert & tegit*, q. d. cum prima pars Geminorum oritur ab Oceano, & reliqua eorum corpora teguntur. Scilicet utriusque pedes primi oriuntur æquali partu, i. e. æqualiter; non autem ambo capita. Cf. Noſtr. Lib. II, 199.

Vs. 529. *vocisque bonis citbaraque ſonantis*) Cod. Parif. & Regiom. & *voce bonos citbaraque ſonanti* Inſtruit &c. Plane ſic Ovidius Metam. XI, 316.

*Nſcitur e Phœbo (namque eſt enixa gemellos)  
Carminē vocali clarus citbaraque Philammon.*

Vs. 530.

Vs. 530. *Ἔ dotem cantus cum pectine jungit*) Cod. Paris. ac Regiom. *Ἔ dotes albo cum pectore jung.* Poteris *altum pectus de affectu amoris accipere, quicum illas Musica dotes jungit.* Amor enim docet Musicam. Tale pectus Maro tribuit illi Tityo, qui amavit Latonam, ideoque Apollinis sagittis confixus est, *Æneid. VI, 599.*

Habitatque sub *alto Pectore &c.*

Aliter Statius I Silv. IV, 48:

— — — — — sic itur in *alta*  
*Pectora*, sic mixto reverentia fudit *amori.*

Ubi *alta pectora* sunt *profunda*, *humilia.* De *pectine*, Musicæ instrumento, vide pluribus Barth. ad Stat. Theb. V, 341. p. m. 177. fin. Pro *alto* Cod. Lips. *saltus*, retento tamen *pectore.* Quod ineptum & absurdum, nisi legas cum *Heringa*

Et dotes *saltus* cum *pectine* jungit.

Per dotes *saltus* intelligit V. C. artem saltandi, uti per *vo-*  
*cis dotes*, artem cantandi. Illamque putat recte cantui ci-  
tharæque a Manilio addi, cum saltatio *ὑπερδμος* æque ac  
altera ad Musicos pertineat.

Vs. 532. *Qua velut extinctus ἔσσι.*) Recte habet *Qua ve-*  
*lut*, scil. *nubes*, quacum testudo comparatur, ex qua Can-  
cer oritur. (vid. Lib. II, 199.) Quæ quia stellis clariori-  
bus non micat, *nubes obscura* dicitur, quæ Phœbeis igni-  
bus orba est, & totum Cancris sidus quasi caligine fuscatur.

Vs. 535. *se quisque ἔσσι vivit ἔσσι effert*) Hoc *effert* sensu  
solemni de sepultura intelligendum. *Cacus ἔσσι vivit ἔσσι ef-*  
*fert se funus quotidie.* Mortuus enim vivens est. Propterea  
ait, *cacis genitis geminam mortem dari.* Nam & vita quam  
vivunt mors est, quia sine luce: & mors altera, omnibus  
communis, eos quoque manet. *malis biscentibus*) dictum pro  
*ore Leonis hianste.*

Vs. 540. *Cibi tam dira cupido*) Codices MS. & Impres-  
si veteres *sibi.* Si alterum malis, dic quæso, quonam sen-  
su vel tropo *fames* ventrem torquens ad *animum referatur.*  
Quid item discriminis inter *famem* & *cibi cupidinem*? Reti-  
nendum omnino *sibi*, & verborum ordo ita concinnandus:

*Tanta*

*Tanta fames sibi*, scil. est, *animumque tam dira cupido* scil. *verum* corripit, ut &c. *Sibi dictum pro ipsi*, non metri magis quam varietatis causa, quod hæc, *ipse & in ipso*, proximis versibus præcedunt. Quam quidem alternandi veniam si tam es rigidus, ut optimo Scriptori negare velis, in te latam esse putes sententiam Barthii Advers. Lib. XII. c. XIII. Cf. Laur. Vallam de Recip. cap. VIII. *Dira cupido* Servio interprete ad Æneid. VI, 373 est, *deorum ex ira veniens, aut certe magna*.

Vs. 541. *Ut cupiat semet*, ) Cod. Paris. & capiat. dictum videtur pro, & licet capiat. Ita prior sententia *Tanta fames-corripit*, epicrasis erit præcedentis *consumque immerget in ipso*. Putamus autem legendum esse, *ut cupiat semper*, neque (vel nec Cod. Lips.) compleat unquam. Duplex erit antithesis, eoque fortior atque elegantior, *capiat, nec compleat: semper & numquam*. Sed dederit sane Poëta *semet*, hoc tamen admodum inepte *τῷ capiat* jungi videtur: quin distinctione (,) transposita, quæ non Auctoris sed imperiti Librarii est, versum ita constituendum existimamus

————— tam dira cupido

Corripit, ut capiat (,) *semet* neque compleat unquam. Sensus non minus facilis & apertus, quam acutus, si quidem *τῷ capiat* vel tacite addas *quantumvis* vel, quod hoc unquam validius reposcit, *semper*, ac si dedisset Auctor: ut *semper capiat, semet tamen non compleat unquam, sive animum spectes, sive corpus*. His compara, quæ de Erichthone cecinit Ovidius Metam. Lib. VIII, 838 sqq.

Quo copia major ———

*Est data, plura petit; turbaque voracior ipsa est.*  
*Sic epulas omnes Erichthonis ora profani*  
*Accipiunt, poscuntque simul. cibus omnis in illo*  
*Causa cibi est: semperque locus fit inanis edendo.*

Vs. 542. *Inque epulas funus rediget pretiumque sepulcri*) Non admittendus hic Cod. Lips. qui tenet, *epule, fumus, reticet*. hem portenta lectionis! Nec Gemblac. qui, legente Bentlejo, non item Scaligero, habet *retitet*. Cod. Vossianus legit *revocat*, pro quo rectius omnino Scaliger vulgavit *revocet*, quod Cod. quoque Paris. & Impressi præstantiores



flōres tueantur universi. Latinitatem vocis, vel hac etiam in constructione, nemo erit fortasse qui in dubium revocabit. Conf. Nostr. Lib. II, 900 & alibi passim. Quin eam ad filium orationis ejusque dignitatem pertinere, illa, genuina nimirum Manilii verba, *ut capiat, neque compleat*, uno quasi ore loquuntur. Sensus eodem redit. Bentlejum si audias, *rediget ille gulo in epulas pecuniam, qua funcri & sepulcri impensis erat servanda*. Pluribus ille videndus in suis ad Horat. notis Epod. II, 69. Cf. Scaliger ad loc. præf. At quonam jure illud *servare pecuniam in funus* ab homine postulatur, cui omnis in gula voluptas, & cui de funere tumuloque in mentem venire nunquam potest? Quocirca cum modo dixit Auctor, *Non legabit opes* &c. nonne jam significavit, heluonem tuum ne assem quidem relicturum? Nonne otiosa foret ejusdem sententiæ, mutatis tantum verbis repetitio? Quapropter id potius dicere Poëtam voluisse putamus: *Tam furit in illo epulandi ardor, ut eadem cum pecunia profusione epulas instruat, qua alii funeris pompam suis, sepulcrique ornamenta, procurant*.

Vs. 547. *Sancta pudicitia*) Hæc quò minus Ablativo casu efferantur, metri ratio intercedit. Cœd. Paris. Regiom. cœterique, *Sancta pudicitiam* &c. quorum illud ad *templa* hoc ad *colentem* omnino referendum. Dixit Auctor per Metonymiam adjuncti pro subjecto, *dabit juris sacrati pudicitiam colentem* sancta divorum templa i. e. *sacerdotes castos atque pudicos*.

Vs. 550. *Judex examen sistet vitæque necisque*.) Pro hoc *examen* Codices nostri constanter *extrema*, nec nisi Lips. in diversum abit, legendo *extranea*, quod nullius saporis. Editi Ald. & Rom. interpunctione sensum omni, si qua est, diffcultate liberant

Judex extremæ sistet (,) vitæque necisque.

*Extrema* scil. *causæ*, quæ est vitæ ac necis. *sistet*, vox ad judicia proprie pertinens, hunc complecti sensum videtur; *Judex* erit, qui *sistet* suo judicio *extrema* causæ reos, & statuet de capite plectendis vel absolvendis. Scaliger ad h. l., & totidem verbis Taubmannus ad Plaut. Capt. IV, 2, 13, illud *sistet* absolute dici putant pro *erit*, cujus exemplum præbent e Lib. III, 513. Tempora quod *sistunt* &c. et Curtul. II, 1, 8. capite *sistes* in via de semita. At in priorè loco

Re

meliores

*meliores Codd. legunt Tempora consistunt &c.* Et, si vel maxime genuina lectio Gemblac. esset, a Scaligero vulgata, nihil fani nobis diceret interpres his: *Tempora sunt carentia propriis signis.* Cf. quæ supra diximus ad illum locum. Magis sinistre Viris summis accipitur illud Plauti dictum, *capite fistas*, quod est, *cervice deorsum suspendatur*, prouti ipse Taubmannus, quasi se revocaturus, ex Laberio docet. Alterum e Capt. IV, 2, 13 locum produxit Scaliger, quem sic potius reddas, *cadet in os, a me valide pugnus casus.* Plinius Terent. Adelph. III, 2, 18:

*Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem*

Vs. 553. *& cæli post terras jura manebunt*) Hæc de Apotheosi Augusti intelligunt Interpretes fere omnes. Quibus sane non inviti accederemus, si ad Libram illius referri genitura posset, quam Capricorno Noster adscripsit supra Lib. II, 509. Itaque rectius de quovis alio judice & legislatore ista accipies, de quo venusta quidem allusione canere Vates potuit, cæli eum *jura* manere. Sed non minus probabilis videtur nobis lectio Cod. Paris.

*Et cæli post terras vita manebit.*

Vs. 556 sq. *junctis que juvencis Mania subcinctus &c.*) Videfis quæ de hoc *mania describendi* ritu supra diximus ad Lib. II, 775. *jungere* juvencos, equos &c. solennis locutio. Vide Scheffer. de Re Vehic. Lib. II. cap. XII.

Vs. 568. *tali pensabat imagine ductor*) Editum antiquis, *salis* pensabat in *agmine victor*. Nec aliter Cod. Paris. Alteram vero Gemblac. &, quod videtur, Lipsi. Codd. tuentur, nisi quod his quoque rectius legitur *victor* pro *ductor*. Tertium enim victor Hannibal fuit *ante fugam* i. e. *ante exilium*, qui Sempronium Longum apud *Trebian*, Flaminium apud *Tbrasymentum lacum*, Paulum & Varronem apud *Cannas* superavit, parique fortuna usus adversus P. Scipionem apud *Ticinum*. Vide Plinium de Viris Illustr. cap. 42. p. m. 32. Hanc autem fortunam *tali imagine*, nimirum *invidentis ac savientis* compensavit.

Vs. 569. *Ultimus in cauda &c.*) Pars posterior Capricorni quæ oritur prior, hic dicitur *ultimus* s. extremus *Capricor-*

*Pricornus in summo cacumine cauda* scil. quam sibi a pisce addscivit.

Vs. 570. *puppisque colenda* ) Ita Gemblac. *pubesque* Cod. Lipf. *puppisque colendas* Cod. Parif. & Editi vetusti, qui etiam addunt (,;) Illud autem *puppis*, antiqua terminatione pro *puppes*, cum additur *colendas*, scil. *dicat*, *naves* præcipue bellicas *instruere* & *regere*.

Vs. 571. *Dura ministeria* ) Sic Cod. Parif. & Regiom. cum Editis ceteris. Scaliger ex Gemblac. *Dura*, cui Lipf. subscribit, varians tamen in voce *ministerio*. De sensu vocis *dira* vide Serv. supra ad vs. 540 nobis excitatum, & statues an hujus loci ille sit, nec ne.

& *vita discrimen inertis* ) Sensem, salvo rectiore judicio, sic cape: Militiam sequi in ponto, puppesque colere *dura* sunt *ministeria* & *qua longissime distant a vita inertis*.

Vs. 573. *nascatur* ) Libri omnes, *nascetur*, quod retineri citra solæcismum potest. Quod enim præcedit *si velis* perinde est ac *Quodsi vis*, illud autem frequentius pariter ac venustius.

Vs. 574. *Ne vero sit te primos* &c. ) Cod. Parif. *Ne ut sit ut primos animus procedere* pisc. Lipf. & *primis* anim. proced. Regiom. omnium optime:

Neve sit ut primos *aveas* procedere pisces.

*Neve sit ut aveas* dictum pro, *Ne vero aveas*, cum paulo ante *si velis*, h. l. elocutionis variandæ causa dicere voluit, *Noli vero cupere* &c.

Vs. 576. *mutantis* ) Sic Regiom. qui tamen *mut.* Reliqui impressi *mutantis*. Codd. vero Gemblac. Parif. & Lipf. constanter *mutantis* i. e. qui *mutat sermonem* cum ad alias atque alias aures ipsi loquendum est.

Vs. 577. *feret* ) Codd. Parif. & Lipf. *ferre* scil. *datur* ex vs. 575. Malim vero sequi Regiom. qui dedit *feret*, sensu minime incongruo, nedum obscuro. Aliud est *ferere crimina* in locis a Bentlejo excitatis, Virgil. *Æneid.* VII, 339: *ferre crimina belli* i. e. causas belli suborna, pace rupta. Ita neo Tacitus eam quæ in præsentis loco ei tribuitur notionem admittit: *Severe crimina* in Silanum Ann. XII, 4.

E e s

Vs. 579.

Vs. 579. *jubet*) Libidini magis convenire videtur hoc *libet*, quod Codd. MS. pariter ac impressi omnes tuentur. Absolute positum, nec tam barbare jungendum, ac voluit Bentlejus, *animum lubet* &c. Quis vero excusaverit hunc nexum, *inerit sed jubet pro jubebit*?

Vs. 580. *novavit*) Hoc magis probō, ac illud *notavit* quod est in MSS. Lips. & Paris. ac Editis vetustis. Est enim *novare* Latinitatis probæ Auctoribus *mutare*, Ovid. Metam. XV, 185.

Fitque quod non fuerat: momentaque cuncta *novantur*.  
Adde Virgil. Æneid. V, 604.

Vs. 581. *in undas*) Cod. Paris. *ad und.* Sic de eadem Ovid. Fast. II, 463.

Venit ad *Euphratem* comitata Cupidine parvo  
Sed illud *submersa* requirit *in undas*.

Vs. 582. *Anguipedem alatis bumeris* &c.) Cod. Lips. Anguip. *alatos bumeros* Typh. *ferentem*. Cod. Paris. *allatos* (pro *alat.*) *anguis* Typh. *ferentem*. Regiom. & excusi ceteri, Anguip. *alatos unguis* Typh. *ferentem*. Putamus, verba sic esse legenda & disponenda: *profugit Typhona ferentem alatos bumeros*. In quibus nihil est certe, quod Latinas lædere aures possit. Neque enim Columella scribere dubitavit Lib. I. cap. III. *sedes suas profugiunt*. Nec Mela de Situ Orbis Lib. III. cap. IX. prope med. *Et Eudoxus quidam avorum nostrorum temporibus cum Lathurum regem Alexandria profugeret, Arabico sinu egressus* &c. Quin & alia id genus verba *transitive*, Poëtis præsertim, usurpantur. Virgil. Æn. V, 438:

Corpore *tela* modo atque oculis vigilantibus *exit*.

Id est, adnotante Servio: *vitat, declinat*. Idem Lib. XI, 750. *vini* viribus *exit*. Vide Macrob. Saturn. Lib. VI. cap. VI.

Vs. 584. *Nec solus fuerit,*) Sublata distinctione (,) *fensus* optime constabit tibi. Male Cod. Paris. *fuerat* & max, Lips. quoque, a manu licet secunda, *erat*.

Ceterum ad has genituras, quas exposuit hactenus Poëta, conferre omnino juvat, quæ Viri Docti notarunt ad Petron. Satyr. cap. XXXIX. versus finem.

Vs. 589.

Vs. 589. *lapsūque diē*) Codd. manu exarati atque typis descripti hanc referunt lectionem: *Nascentemque* (,) ipsumque diē &c. ubi *ipsum* valet *perfectum*, *absolutum*. Quod si vero corrigendum, legere malim *ictumque* diē, quod magis Manilianum & Codicum scripturæ propius accedit. Advertendum autem, optimum Regiomontani exemplar lacuna hic esse notatum, luculento certe indicio, verum excidisse, aut legi tum non potuisse, quem tamen sequentia, *Teque Helice*, omnino requirunt.

Vs. 591. *cacumque bellum*) Restituenda vetus & proba lectio: *secumque* gerunt per inania bella. per inania i. e. in regione aëris, quam dixit *inania mundi* Lib. I, 200. Conf. observata ad Lib. I, 153. & V, 444.

Vs. 592. *furit Eurus*) Hoc nusquam Auctorum legeris. Repone, *fugit* Eurus ab ortu. Ita verum quoque recitat Stewech. ad Veget. Lib. IV. p. 478. *Fugit* i. e. non continet se in latibulis; sed vel *leni spiramine in auras profugit*.

Vs. 595. *similes mutato nomine flatus*) De his ex Favorini ore fusius disputat A. Gellius Lib. II. cap. XXII.

Vs. 596. *Ipsa natat tellus*) Optima hæc est lectio, quam ipsissimis ferunt literis Codd. Paris. & Lips. *vacat*, quod est in Gembl. magis probatum Scalig. *notat* Impressis nostris Vett. minus apte legitur.

Vs. 603. *aquora*) Libri nostri omnes *aquore*, quod Scaligero etiam magis placuit. Vs. 608. *Emicat*) Hoc de stellis valet, non de mari. Lege ex Codd. Gembl. & Paris. *Enatat*. Sic etiam Regiom. & eo posteriores. Cod. Lips. *Et natat*, cui consentit utique Cod. Venet. legente Gronov. Observ. Lib. III. cap. XV. pag. 563.

Vs. 609. *in lavam se effundens*) Gembl. legente Scalig. *in lava se fundens* Paris. & Lips. *in lavas effundens*, pro quo lubuit aliquando legere *exundans*, sed nihil immutandum nunc existimo. *Effundens*, absolute positum, Maronianum est ex Æneid. VI, 245.

— Talis sese halitus atris  
Faucibus *effundens* supera ad convexa ferebat.

E c 3

Ubi

Ubi certe illud *sefe* non ad hoc *effundens*, sed ad hoc *ferēbat* pertinet. Neque tamen altera phrasī Auctoribus probis est inusitata. Pomp. Mela de Pado Lib. II. cap. IV. *mox aliis amnibus adeo augetur atque alitur, ut se per septem ad profremum ostia effundat. in levas*) supple *partes* vel *oras*.

Vs. 610. *Adriaco mutatum nomina ponto*) Vide, quid de hac mutatione præceperit Gronov. Observ. loco ad vs. 608 citato. Cod. Paris. cumque illo Regiom. & Impressi Vett.

*Adriam comitatatus nomine pontum*

Ubi si scriptum esset *Adria* vel *Adria comitatur*, non video, quid in hac lectione magno sit opere desiderandum. *Adria* mox oppidum ejusque regionem notat, uti Pomp. Melæ loco modo cit. p. m. 37: *Hucusque Adria, hucusque Italiae latus alterum pertinet*. Mox pro *Adriaco* mari ponitur. Lucan. Lib. II, 625.

Cum totas *Adria vires* Movit &c.

Conf. Cellar. Geogr. Antiq. Lib. II. cap. IX. pag. 637.

Vs. 611 sq. *debinc aquore lavum Illyricum, Epirumque lavat* &c.) Malo Codicis Paris. lectionem sequi

*secat aquore velum*

Illyricum (,) Epirumque lavat claramque Corinthum

Ita fere legunt atque distinguunt Editi Ald. Rom. Pukn. A quibus non longe, rectius tamen, abire videtur Regiom. *secat aquora velum* &c. *Velum* pro *nave instructa* tam est usitatum Poëtis, quam *secare aquor*, & per enallagen *aquora*, pro ipsa *navigatione*. Conf. infra vs. 620 sqq. Vult ergo dicere Auctor: *mare Jonium quod ab Adria nomen assumit Adriacum, maxime frequentari navibus Illyricis, quod Adriatici latus Illyris occupat*, ut scribit Mela Lib. I. cap. III.

*claramque Corinthum*) Eandem Cicero pro Lege Manilia Cap. V. *totius Græcia lumen* vocat. Hæc quidem mari non adjacet, quin ab utraque Isthmi ora sexagenis distat stadiis; portus tamen habuit commodissimos Lechaum & Cenchreas. Conf. Tab. Geogr. apud. Cellar. Tom. I. e regione pag. 1099.

Vs. 616. *Hinc intra juvenisque fretum* &c.) Cod. Paris. *Hic pontum* &c. Melius autem Regiom. & ceteri *Hic pontus* &c. Vs. 617. *Truditur*) Sic Gemblac. consentiente, uti vi-

nti videtur, Lipf. *Traditur* est in Cod. Paris. a Regiom. quoque & ceteris Editoribus adoptatum, quos sequi nolim. Mox, pro *artas* vel, quod Scaligero visum, *arta* Codd. Paris. & Lipf. *apto* Euxino ponto, sic dicto postquam hospitalior factus, cum ante *Axenus* audiret. Auctor gravissimus Mela Lib. I cap. XIX. fin. *Olim ex colentium sævo admodum ingenio Axenus, post, commercio aliarum gentium molitis aliquantum moribus, dictus Euxinus.* Adde sis Plin. Hist. Nat. Lib. IV. cap. XXIV. cujus verba recitabimus infra ad vs. 626. Et Ovid. Trist. V, X, ubi totus est in asperrimis Scytharum moribus describendis, vs. 13 sq. ait:

Quem tenet *Euxini mendax cognomine littus,*  
Et Scythici *vere terra sinistra freti.*

Vs. 620 sq. Ex optimis Codd. sic videntur restituendi

Inde ubi in angustas iterum se navita partes  
Hellepontiacis revocatus fluctibus effert

Pro *partes*, Gembl. *fauces*, quod malim.

Vs. 623. *campos Asia*) Libri omnes clamant *populos*. Cur autem *nitentes*? Quis sic loquatur? An ob vestium nitorem? Audisti ipsum Bentlejum. Quasi vero *canis ille perpassus* apud Phædr. Lib. I. Fab. VII, veste indutus nitente fuisset, cui *macie confectus lupus*: Unde sic, quæso, *nites*? Aut quo cibo fecisti *tantum corporis*? Vides vim atque usum vocabuli *nitere*. Plura non addo.

Vs. 625. *taurumque minantem*) Sic emendandum olim putavit Vossius e vestigiis Codicis sui, qui habet *aurumque*. Sed ex iisdem vestigiis alter, multo forte facilius, legeret *arcumque*, quod posterius Codd. Paris. & Lipf. cumque his probatissimum Regiom. exemplar ceterique Vett. Impr. tuentur. Jam vero ex Tab. Geograph. constat, Taurum, sive montem sive promontorium, tametsi arcus formam satis lucide refert, non tamen adeo prope mari adjacere, ut ejus fluctibus minari, vel eos morari aut coercere videatur. Quapropter satius erit inveteratam retinere lectionem, *arcumque* maris intelligere, qui sinuoso flexu arcum format, *fluctibusque* suis terræ adjacenti, montiumque adeo jugis ruina minari videtur. Hic autem *arcus maris* vel parum oculato se ostendit ad *Pylas Syrias*, quo suum Auctor lectorem manu quasi ducit.

Vs. 626. *Ingentisque fixis fugientes aquora terras*) Sic ex Gemblac. Scaliger restituit. Minus enim recte nostri *fulgentes* legunt. Similem in modum Plin. Hist. Nat. Lib. IV. cap. XXIV. de Ponto Euxino: *Dein vastum mare, Pontus Euxinus, qui quondam Axenus*, longe refugientes occupat terras, *magnoque litorum flexu, retro curvatus in cornua, ab his utrimque porrigitur, ut sit plane arcus Scythici forma.* Cur quondam *Axenus*? docet Gabbem. ad Catull. IV, 2. *qui traxens ponticum sinum* appellat. Cf. not. ad vs. 616.

Vs. 628. *iterum morientia*) Hoc *iterum* ex Gemblacenſi est. Non refragatur Lipſ. At forte lectoris, non Librarii scribæ, errori tribuendum. Sive enim illud *iterum* prorsus vel altera vice accipias, elegans illa metaphora vereor, ne futura sit admodum insulsa. Nonne satis est vel semel moriendo vivere desiisse? Neque etiam de illis litoribus constat, ubi locorum *primum* moriantur. Rectius itaque cum nostris Libris legeris

Niliacis, *verum*, morientia ripis,

Sio autem distinguendum illud *verum* putamus, positum quippe pro, *quod verum est*. Non enim modo res ita *vere* se habet, *verum* etiam *aquum* est, ut maris litora, fortissima illa naturæ repugnacula, quæ undarum tractum arenis constringunt (vs. 630 coll. not. ad loc.) cum in Nili terminantur ripis pariter ac hæ, Nilo exundante, *morianitur* & aquis submersa quasi sepeliantur.

Vs. 630. *babenis*) Libri nostri, Scripti juxta cum Impressis principibus *barenis* vel *arenis*, quibus sane magis ac *babenis* utuntur litora, ad æstuentes maris fluctus coercendos. *Arenis*, numero multitudinis prolatum, pluribus exemplis contra Gellii sententiam Lib. XIX. cap. VIII. defendit Castal. in Rutil. Lib. I, 181.

Vs 631. *Mille jacent* &c.) Numerus definitus pro indefinito, eoque permagno. Sic Poëtæ loqui amant. Exemplum præ ceteris est Ovidius Fast. IV, 113. *Mille* per hanc *arces* motæ &c. Ibid. vs. 275. *Mille manus* coeunt, cum paulo ante dixisset, *innumera* cedunt pineta *secures* &c.

Vs. 635. *Et genetrice Crete*) Rectius cum secunda vocali *genetrice* scribitur, quam cum tertia, tametsi hoc ferunt Cod. Paris.



Parif. & Regiom. Sic Lucret, edente Creechio, in ipfo limi-  
ne Carminis; Æneadum *genetrix*, alma Venus. Consule de  
prisca & vera illius vocis fcriptione modo laudatum Castal.  
pag. 41. *Crete*, græca forma, *genetrix* dicitur *Jovis*, quem  
ibi natum finxerunt, Audiendus hac de re Ovid. Amor.  
III, X, 19 sq.

Cretes erunt testes, ( nec fingunt omnia Cretes )

*Cretes, nutrito terra superba Jove,*

*Illic, fideream mundi qui temperat arcem,*

*Exiguus tenera lac bibit ore puer,*

Vs. 636. *Ægypti Cyprus* &c. ) Restituenda vetus, scripta  
pariter ac vulgata, lectio

*Pulsatur Cyprus Ægyptia, fluctibus omnis,*

*Cypris Ægyptia*, non eo quod e regione ostiorum Nili po-  
sita, id enim iusto longius petatum; sed quia *Cyprus* *Ægy-  
ptiorum* fuit, ex quo eam Jul. Cæsar Arsinoæ largitus est.  
Vide Meurs. in Cypro Lib. II. cap. XX. Hinc *Arsinoæ* no-  
men reginæ Ægyptiæ, idemque urbis in septentrionali latere  
Cypri sitæ. Consule Cellar. Tom. II. p. 267. *Cyprus omnia*  
i. e. tota qua patet. Hoc non tibi, sed magno Bentlejo,  
curiosius sciscitanti; Quid hoc est? *omnis Cyprus*, an *omnis*  
*Ægypti*? Cyprus autem tota, qua insula, *pulsatur fluctibus*,  
vel circumlutione tenetur non *annis Ægypti* seu *Nili*, qui  
centum fere milliaria Germ. distat, nec unius solum *maris*  
*Ægyptii*, in quo falsus est Meursius, qui corrupta seductus  
lectione, illam in Nostro opinionem reprehendit Lib. I.  
Cyp. cap. VI. *Circumfluit autem illam mare Mediterræ-  
neum* hinc inde varia nomina sortitum, quæ ex Veterum  
descriptione tradit Meurs. l. c. quocum confer, si vide-  
tur, Tab. Geogr. Cellar. T. c. paginæ 2. annexam.

Vs. 637 sq. *Totque minora sola, & tamen* &c. ) Hæc in  
scriptis & vulgatis exemplaribus uno protelo antecedenti-  
bus junguntur. Nec factu opus, ut vel integer versus,  
quod Scaligero visum, vel hoc *Præterea* suppleatur, quod  
de suo largitus est Bentlejus, quemadmodum illa quoque  
*& tamen*, quæ præter rem addita. Lips. quidem Codex &  
Bentlejo legente, Gemblac. habent *sola*. In hoc autem  
Scaliger non tam obsequentem sibi habuit variarum Indicem

E e 5

lectio-

lectionum, quam Bentlejus ( neuter autem horum illustrium Virorum ipsum Codicem oculis usurpavit ). Ille enim legit *solo*, quod uti metro convenit magis, ita alterum, *sola*, crassioris vitii arguit. Itaque Cl. D'Orvillius cum ad Charitonem vere suum pag. 283 Nostri hunc locum sub examen revocaret, priore versu *tamen* mutavit *taceo*, & pro *aquales*, substituit *inaequales*. Quæ quidem emendatio tametsi majori veritatis specie gaudet, nec tam licentiosa est, quam Bentlejana, Codicum tamen MS. fide destituta, nobis quidem eo minus probare se potuit, quo rectior & ad intelligendum faciliior visa est Vetus & constans lectio Cod. Paris. & Exempl. Regiom. cum quibus Editi ceteri ad amussim conveniunt. Sic enim habet :

Totque minora *solo* tamen emergentia ponto

*Litora*, & *aqualis* Cyclades ( pro, *aquales Cycladas* ) &c.

Cum metri legibus obtemperans Vates & variandæ locutionis gratia Accusativis utitur, Interpreti minus gr ve erit, quam fastidioso Correctori, verbum modo præcedens, quod Activæ formæ, vel tacite repetere : *Pulsat fluctibus aquor*, seu mare Ægæum, *etiam tot alia litora* vel insulas easque longe *minores solo* i. e. terræ spatio, supple *quam Cyprum*, quæ tamen *emergentia ponto* navigantibus visuntur. Recenset eas Mela Lib. II. cap. VII. In hac cum Cypro instituta comparatione pergens Auctor dicere omnino potuit & *aquales Cycladas*, quæ quidem simul sumptæ, vel in unam, si fieri posset, insulam coactæ, Cyprum spatii magnitudine æquant. Vel, Cycladas salutare visum *aquales*, quod sibimet invicem, maximo certe numero, æquales sunt.

Vs. 639 sq. *vicinaque Corfica tristi Litora Sardinia* ) Hæc quidem dici *tristis* eatenus potest, quod Mela scribit : *Sardinia* Africum pelagus attingens . . . ut secunda, ita *pene pestilens*. Sed de hoc non videtur Auctor cogitasse, qui lulentis testibus Libris MSS. dedit *terris*, quod mutatum esse nolim. Tabula Geographica veritatem lectionis & rei ad oculum demonstrat. Vide & Melam Lib. II. extrem.

Vs. 640. *primumque intrantis in orbem* ) Cod. Lips. *primumque* intr. in orbe. Paris. & Editi omnes *primamque*, respiciens *Ebusum*, quæ Cod. Paris. vocatur *ebasus*, Ptolemaeo Ἐβύσος, aliis Ἐβύρος. Est Pityusarum major, quæ  
cum

um Oceanus, Atlantis opus, claustra, scilicet montium, ad fretum Herculeum perrupisset, & terras inter Africam & Europam, ubi nunc Mare est Mediterraneum submerfisset, ab Oceano vinci aut submergi non potuit. Hinc Nostro illa dicitur *prima victrix Oceani intrantis in orbem* scil. *terrarum*. Conf. mox vs. 644.

Vs. 641. *Balearica rura*) Hoc *rura* defendunt Codd. Gembl. & Lips. quorum tamen posterior vitiose *Belearica* legit. Cod. Paris. *Balearia regna*, sed & *Balearica regna* recte vulgatum Regiom. & ceteris. Sicuti *Balearica* funda apud Ovid. Metam. II, 725. ita h. l. regna *Balearica* legit Gevart. ad Stat. Silv. I. pag. 184. Idem *Ecosum* pro *Ebusum*, & illius penult. corripitur ex Servio notat ibid.

Vs. 642. *per altum*) scil. *mare*, quod est Mediterraneum. Virgil. Æneid. VIII, 691. *Alta* petunt. Stat. Sylv. III, II, 6.

— Juvenis dubio committitur *alto* Metius

Sic enim ibi legendum esse docent Barth. ad loc. & Gronov. Observ. Lib. II. Cap. XI. p. m. 298. Supra vs. 274. *profundum* & *pontus* Nostro synonyma, quemadmodum *pelagus* & *profundum* V, 42 sq. Græcis, & Sacris præsertim, Auctoribus eodem sensu *θάλασσα* usurpatur. D. Lucas V, 4. *πανάγυτε τὴν θάλασσαν*. & translate Rom. XI, 33. *ὅτι θάλασσα πλήνται*. Ubi quæ sequuntur, *ὡς ἀνερχόμενοι αἱ ὁδοὶ αὐτῆς*, non de qualibet, vel maxima, profunditate, sed de maris profundo desumpta omnino videntur. Prorsus enim ita Libri, sic dicti, Sapientiæ conditor Cap. V, 10. de nave fluctuosum mare transeunte *ἡς διαβάσεις ἐκ ἐστὶν ἵχθες ὑπερῶν*,

Vs. 643 sq. *ex una parte pontus sibi reclusit* *Objicibus orbem*) Cod. Paris. ex *ima*. qua confusione sæpius peccatum. Idem vero cum Lips. & Editis omnibus *reclusus* *Faucibus abreptis*. pro quo solus Paris. *arreptis orbem*. male mutavit *urbem* Ed. Rom. sed nec *orbem* satis bene. Legendum forte *orbe* vel *orbi* abruptis. Nisi conjungere fas sit *reclusus orbem* pro *in* vel *per orbem*: aut passiva extremitate activam significationem habet, cujus rei plura exempla recitavit Popma de Usu Ant. Loc. Lib. I. cap. XI. Restituendum omnino *Faucibus*, quod temere mutatum. *Fauces enim*

enim sunt terræ arctæ & breves, quibus peninsula terre coherent. Livius XLV, 28. Isthmus, duo maria ab occasu & ortu Solis finitima, *arctis faucibus* dirimens. Et Cicero de Lege Agrar. XXXII. Corinthus erat posita in angustiis atque in *faucibus* Græciæ, sic, ut terra claustra locorum teneret, & duo maria maxime navigationi diversa *pene conjungeret*, cum pertenui discrimine separentur.

Vs. 644 sq. *nam litora plura Impulit Oceano potius* (:) Sic distinguunt Editi meliores. Scaliger & Fayus malunt, *legere pontius, potius* quod in MS. & vulgatis anterioribus, idem ac *potentius* apud Perott. in voce.

Vs. 646. *mergeret*) Libri omnes *vinceret*, quod elegantius. Quemadmodum paulo supra Ebusum vicissim Oceani *victtricem* dixit, quæ submersa non est.

Vs. 647. *ortumque æstate nitentem*) Sic Scalig. ex Gemblac. cui subscribere Lips. videtur. Cod. Paris. diserte *portum*, ex quo Editores veteres fecere *pontumque*. Optime correxit Regiom.

Namque inter boream *partemque* æstate nitentem h. e. inter Septentrionalem & australem terræ partem.

Vs. 648. *In Corum Angusto*) Scripti nostri vulgatique omnes, *In longo ang.* Scaliger ex Gemblac. *In longum* &c.

Vs. 650. *Caspiaque Euxini pelage*) Vetus est scriptura:

*Caspiaque exigui similis* &c. pro, *similes*.

*exigui* tametsi probavit Scaliger in notis, tamen Gemblac. auctoritas potior ipsi fuit, qui legit *Euxini*. Longius autem distat similitudo *exigui* ponti, & *Euxini*.

Vs. 654. *latoque infunditur ore*) Melius orbi, quod Libri nostri consensu tenent. Vs. 654. *Qua rigat*) Quum dixit Noster Oceanum *vicisse* terram, (vs. 646. coll. not.) par est credamus, eum continuata metaphora h. l. dedisse, *Qua regit* i. e. quibus locis ceu victor dominatur. Huic lectioni Codd. omnes patrocinantur.

Vs. 655. *Molles Arabas*) Tibullo II, II, 4. *tener Arabi*, quod doctiss. Interpreti est *mollis*, convitio omnibus Orientalibus

talibus communi. quod pluribus Auctorum testimoniis, interque ea hoc Manilii, probatur in notis ad loc. cit. Ad-  
desis quæ infra dicemus ad vs. 754.

Vs. 657. *gemma litora*) Unius hæc lectio Gemblacensis fide & auctoritate nititur. Ceteri omnes *geminantia* pro *geminata*. Litus enim utrumque latus tenet. *gemma* id quod *radiantia* infra vs. 806.

Vs. 658. *media illa duobus*) Sic explicant: *Illa* h. e. Arabia *media* est duobus sinibus, Persico & Arabico, de quibus modo loquebatur. Nimirum putarunt V. D. post hæc verba unum vel alterum versum deesse, cuius tamen defectus indicium plane nullum apparet. Quin potius videtur nobis, hæc cum sequentibus esse connectenda. Et ab hac sententia, nec precibus nec minis movemur, ut abeamus. Etenim provocabulum *ille* non semper respicit antecedens, sed de persona, vel loco vel re insigni & cuius pervagata est dignitas, usurpatur. Sic Cicero in Verr. I, 66. *M. Catonem illum sapientem, clarissimum virum &c.* Nepos Aristid. I, 2. *a Themistocle labefactatus* testula illa *exilio* decem annorum *multatus* est. Male utatur otio, qui plures hujus rei producere testes velit. Itaque deleta post hoc *duobus* interpunctione, non inconcinne verba sic nectes: *Carthago illa, nostræ hem! urbis æmula, media duobus, sortita quondam regnum &c.* Dicitur autem Carthago *media* duobus non maribus, sed promontoriis quibus interjecta est, vel quod hinc mari, inde lacu maxima sui parte cingitur. Vide Strabonem apud Cellar. Geogr. Antiq. Lib. VI. De Africa propria cap. IV. p. 152 & 156.

Vs. 659. *sub armis*) h. l. dictum pro, *vi armorum*. Quale quid etiam sonat, *sub flore linguae* V, 475. ubi *sub loco per*. Alibi hæc particula tempus notat, v. c. Lib. II, 3. coll. I, 764. Supra, vs. 222, *sub armis* i. e. utroque adhuc in armis exercitu stante.

Vs. 661. *Fecit & æternum Trebiam*) Legendum utique *æternam* i. e. Trebiæ memoriam, insigni notatam clade, æternitati mandavit. Itaque prævalent, adstipulante sententia, Gemblacensis & Lips. Codicibus ceteris, qui legunt *æternis* quod cum hoc *sepulcris* necti posset, nisi duo illa verba, *fecit & obruit*, impedimento essent.

Vs. 663.

Vs. 663. *Huic varias pestes* ) Cod. Lipf. *Huc var.* Parif. & Imprefsi Vett. *Hic concessit* fcil. *effe*. Scaliger, fupertitiofe magis ac vere, *Huic* fcil. parti terrarum *concessit var. pestes*, quo nomine Manilio omne noxium & cum maxime lethiferum venit.

*facilis* ) Lege cum Codd. *bellis futuris* i. e. quæ contra Romanos Poeni erant fufcepturi, & fequentibus etiam temporibus gelferunt.

Vs. 666. *Et mortis pafu viventia, crimina terra* ) Huic infipidæ correctioni omnes Libri adverfantur. Lege absque interpunctione

*Et mortis partus viventia crimina terræ*

i. e. fera atque venenata animantia, quæ *mors ipfa peperit* fibi quafi miniftra, quæ cum moribunda deberent effe, *vivunt* tamen illa *crimina terra*. Vides antitheseos vim & elegantiam, quam ubivis fere Noster venatur. Ceterum uti *fiderum partus* fupra, & Titanes *terra partus*, ita hæc animalia *partus mortis*.

Vs. 668. *horrida tellus* ) Magis placet fcriptum & antiquitus vulgatum *bella*, eaque non elephantibus & leonibus, fed Carthagini afferenda. Videtur ludere in voce *panas*, ob affinitatem cum nomine *Pœni*.

Vs. 669. *Et portentofos cercopum ludit in ortus* ) Quidnam ergo portenti habet *cercopum ortus* ? Hoc dicere magnus Scaliger debuit, qui primus mutavit hoc *Cyclopum*, quod Libri noftri fimul omnes tuentur. Solus Cod. Lipf. illius favere correctioni videtur, qui habet *Cecropum* & fuperne *Cicr*. Illud vero *portentofos* majus quid ac cercopas inquit. Nec modo quæritur adhuc, quosnam animantium fœtus Africa ferat alæque. Sed *Cyclopum* mentionem fecit Auctor, *vel* quod fabricam ærariam inveniffe & Vulcani in Sicilia miniftri dicuntur; *vel* ob confinitatem quandam terrarum, licet non admodum propinquam. Hanc Nafonis calamo defcribere lubet, ut clarius patefcant, quomodo ad Africæ delineationem Cyclopum mentio pertineat. Faftor. IV, 287 fqq. verba hæc funt

Hinc mare Trinacrium, candens ubi tingere ferrum  
Bronzes & Steropes Acmonidesque folent:

*Aquo.*

*Æquoraque Afra legit, Sardoaque regna sinistris  
Prospicit a remis, Ausoniamque tenet.*

Vs. 670. *Incestat*) Repone, meliorum consensu Librorum, *inest*, non armis, sed *pedum plantis*. Silius Lib. XVI, 505.

*Helperon inest* sua per vestigia pressum.

Vs. 678. *Ad Tanaim* &c.) Hunc versum ita repræsentant Codd. nostri:

*Ac tantum scythicas dirimentes fluctibus urbes.*

Scriptio compendium *tm* in errorem duxisse Librarios videtur, ut darent *tantum* pro *Tanaim*, quod omnino probandum. Pro *urbes* Cod. Lips. *orbes*, retento tamen *scythicas*, quod nequaquam congruum. Ejusdem mendi nobis est suspectus Vossianus Cod. ex quo uti & altero (Lipsiensi forte) hoc *orbes* Bentlejus produxit. Ceterum cum, recte V. C. monente, frustra quænaveris *urbes* apud *Scythas*, quibus nulla collimitia, nulla domus, qui pabulo & pecori, non arvo student, & in plaustris agunt fere, unde & *Hama-xobiorum* appellatio prorsus; quæ & alia gentis instituta copiosius exposuit Rhodig. Lect. Ant. Lib. XVIII. cap. XXIV. tum vero antequam in pejus verba mutes, videndum, an non faniorem concipere sensum possis ex hac lectione

*Ac Tanaim Scythicas dirimentes fluctibus urbes*

Præsertim ubi cum Scaligero ad vs. 718 *Scythicas urbes* capias pro *Scythia*, quemadmodum *Italicas urbes* pro *Italia*. Vel ad hanc quoque sententiam revocari verba possunt: *Ac Tanaim* circa sunt multæ *urbes dirimentes* (pro *dirempta*) *fluctibus Scythicas* gentes (quod ex vs. præced. repetendum). Quodsi magis placeat *dirimentem*, sensus minus erit impeditus ut intelligas, *Tanaim dirimere Asiaticas urbes ab Europæis*. Sic Dionys. Perieg vs. 14:

Εὐρώπῃ δ' Ἀσίῃς Τανάϊς διὰ μέσσοις ἀπίζε.

ubi vide Eustathium.

Vs. 679 sq. *Mæotisque lacus*.) Ita ad verbum uterque versus legitur in scriptis pariter ac veteribus Impressis. Habes optimos eorum interpretes Eustath. ad Dionys. l. c. Paulum Orosium apud Cellar. Geogr. Ant. Lib. III. cap. I. qui, *Asia*, inquit, regio vel, ut proprie dicam, *Asia*  
minor

*minor absque orientali parte, qua ad Cappadociam Syriacis  
que progreditur, undique circumdata est mari: a septentrione  
Ponto Euxino, ab occasu Propontide atque Hellesponto, a  
meridie mari nostro. Adde his, qui suo ceteros antecedit  
jure, Melam Lib. I. cap. III.*

*Euxinique aspera ponti Æquora*) De aspero ponti Euxi-  
ni ejusque accolarum ingenio legendum omnino flebile Na-  
sonis *αὐτάρτε* heu! carmen V Trist. Eleg. X. supra quoque  
nobis excitatum ad vs. 617. Simili locutionis genere usus  
Maro Æneid. II, 780.

Longa tibi exilia, & vastum *maris æquor* arandum.  
Cui plane geminus ille Tibulli locus Lib. I, VIII, 19.

Utque *maris* vastum prospectet turribus *æquor* &c.

Vs. 683. *taurumque resolvit*) His subjicitur, omissa post  
hoc *resolvit* interpunctione, versus, quem Cod. Paris. ita legit

Pondere passa suo signoque onerique juvavit.

Qui quidem tamen prima facie minus bene se commen-  
dat, non tamen illico tamquam cercopis alicujus foetis  
erat eliminandus. Vide autem quam illi vindicando &  
emaculando opem ferant Libri Vetus, postque illos In-  
terpretes recentiores. Cod. Lips. *signi* (,) onerique juva-  
vit. Regiom. *sui signique* onerique juvavit. Ald. Rom.  
Prukn. *signo* (.) *signique* (,) on. juvav. Fayus tentavit

*Condere passa sibi signisque bumerisque juvantem.*

Quæ sic ille *παπαρράζει*, dum scilicet permittit, illum *μονητή-  
tem* & *signis* & *bumeris* subjicere sibi: Nihil dicit. Moli-  
nius sic locum constituit:

——— *Taurumque resolvit*

Pondere passa suo, *signique* onerisque *juvament.*

Huetius tandem Scaligerum ad interdictum venire jubens,  
sic ivit emendatum

*Taurumque resolvens,*

*Quærere passa sibi est ignisque onerisque judament*

Eodem Interprete, *Europa* terra Jovem excipiens, & *tau-  
rina* forma exuens, passa est hunc sibi amoris & oneris,  
quod per mare gestaverat, *levamen* *quærere*. Rectissime qui-  
dem



Item statuit V. D. ultima præcedentis versus verba cum hoc qui in controversia est, arctissimo sententiæ vincolo esse conjuncta. Nec injuste fecit corrigendo illud *juvavit*, quod non est, ut ullo exemplo, quod quidem meminerimus, excusari, nedum defendi possit. In ceteris vero longius a veteri scriptura discedit V. D. nec sensum Auctoris videtur assecutus. Age, nostri quoque ingenii periculum faciamus. Erit fortasse, ut deficiente meliorum Codicum ope, locus adhuc pessime habitus nostra conjectura sublevetur. Audaces fortuna pariter juvat. Putamus, salvo rectiore tuo iudicio, sic esse legendum:

taurumque resolvit

Pondere passa suo (,) *Sidonis onusque levavit.*

Hujus certissimæ, ni fallor, emendationis haud dubius mihi Auctor est Ovidius Fastor. V, 605 sqq. ubi pariter ac Manilius supra Lib. II, 489 sqq. in recitanda illa fabula *Europa* Agenoris fecit mentionem, sine qua mutila certe narratio foret. Illam igitur, Tyriam utpote puellam, *Sidonim* Ovidius salutavit. Anacreon *Sidonim yvaviva* Od. 35, 356. ubi vide Barnes. Hujus autem *Sidonis* penultimam nostri esse communem. Ovidius corripuit in his:

te, *Sidoni*, Jupiter implet.

Subobscurum illius indicium est hoc *signoque*, cui recipiendo Librarii scribæ tanto se præbuere faciliores, quanto frequentius hoc Nostro, alterum vero numquam alias usurpatum. Præterquam vero quod vs. seq. Noster ait, *mare illud puellari nomine donatum a Jove fuisse*, quæ absque hoc *Sidonis* nomine foret frustra explicaveris, uti mox videbimus: favet etiam nostræ conjecturæ, quod ibidem voce *puellaris* utitur, quæ Nasoni fere propria, eique citato loco usitata vs. 611. Quid inde? Hinc saltem videmur rectius conficere, utrumque Vatem eodem fuisse nomine afflatum, id est, uno ex fonte cum fabulæ sensu verba etiam ipsumque adeo loquendi genus hausisse. Quod præcedit, *passa*, non equidem a *patior* h. l. derivare malim, quam a *pando*, ut *Europa* terra intelligatur *Jovem excepisse*, qua decet, *passa* i. e. *παραπαιδῆς*, *iraebis passis*. Vel simpliciter *passa* pro *distenta*, *extensa*, *Europa* qua late patuit, *Jovi* se facilius præbuit excipiendi. Quocirca notare juvat, ne quid expurgando præsentī loco nostræ saltem operæ

F f

desit,

defuit, in Cod. Paris. rectius legi *excepit*, quam *excepitque*. Europa, Noster inquit, passa *resolvit taurum pondere* id est Jove, quo erat *indutus*, supra Lib. II, 491. Quod ad unguem exponit Ovidius l. c. vs. 615 sq.

Littoribus tactis stabat sine cornibus ullis  
Juppiter: inque deum de bove versus erat.

*Sidonis onusque levavit*, pro *levavitque taurum onere Sidonis*. quod *virginium onus* diserte dixit Rutil. Lib I, 262. in eadem fabula Alibi *levare* est *minuere*. hoc autem loco valet *liberare*, uti Lib V, 618. *pelagusque levavit* i. e. liberavit scil. monstro. Vel, *levare* est *tollere*, cujus notionis exempla plura dedit Non. Marcell. in voce. Ex quibus infimul discas, nisi jam ante notum, illi *levare* nomen rei non quarto tantum casu, sed & sexto jungi solere. Noster supra vs. 12. *curasque levate*. et Ennius nobis excitatus in Not. ad hunc loc. quibus exemplis locupletare Nonium Marcell. possis.

Vs. 684. *Ille puellari donavit nomine fluctus*) Totidem hæc verbis, apicibusque leguntur in Cod. Paris. & vulgato Regiom. *Illa . . . luctus* perperam in MS. Lips. Hæret ad illos *fluctus* aqua Interpretibus, qui vs. præced. *Sidonis* nomen non agnoscunt. Scilicet alii *Europam* terram hinc putant nomen accepisse. Quod diserte affirmat Ovidius l. c. vs. 618.

Parsque tuum terræ tertia nomen (*Europa*) habet.

Huetii ingenio Creta potissimum insula insedit, cujus opinionioni accessit Bentlejus. At Fayus *Bosphorum Tbracium* in suam sententiam vocat. Quid autem huic cum nomine *Europa* commune? Dic tandem *fluctus* illos, *puellari nomine a Jove donatos*, esse mare *Rhodium*, auctore Apollod. Lib. III. pr. quod *Sidonium*, diserte vocat Papinius Thebaid. VIII, 230 fabulam tangens, de qua hic agitur:

Hic mare *Sidonium*, manibusque attrita tonantis  
Cornua, & ingenti fulcatum Nerea tauro (canunt).

Ad hæc verba, mare *Sidonium*, Vetus Scholiastes: *Quod transnavit Jupiter in speciem tauri datus*. Confer Achill. Tutiūm Eroticor. Lib. I. sub init. ubi hanc fabulam ad vivum depictam exponit.

Vs. 685.

Vs. 685. *Et monumenta sui titulo sacravit amoris*) Malim cum Paris. Lips. Regiom. & cet. Vett. legere *sub hoc titulo*, i. e. sub nomine hoc, *Europa*, ex vs. 682. coll. Ovidii loco modo citato.

Vs. 686. *Princeps illa domus* &c.) Qui hunc vs. sede movit illustris Scaliger, ex complacito addit: *Est egregia restitatio*. Nonnemo, pace tanti Viri, dixerit potius, *insignis bem! confusio*. Scripti pariter ac Editi omnes illum legunt post vs. 689. quo loco nobis erit recensendus.

Vs. 687. *Maxima terra viris* &c.) Hæc non de Græcia solum, sed *de universa*, qua patet, *Europa* dicuntur. Alioquin statuas oportet, quo nihil absurdius, Germaniam, Hispaniam, Galliam, Italiam denique inter Græciæ provincias Nostro referri. Vides adeo, contra Manilii mentem hunc vs. altero, *Princeps illa domus* &c. fuisse interpolatum. Qui si Græciæ principatum tribuisset, civibus certe suis injuriarum fuisset postulandus.

Vs. 688. *in regnum oris*) Idem quod supra vs. 194 dixit, *regnum loquendi*, quod quidem Athenis olim floruisse, nemo est qui ignorat.

Vs. 689. *Thebae divitis, & rege vel uno* &c.) Scaligeri correctio, cui in primis favere videtur Cod. Lips. qui habet *diviset*, aperto sane vitio, nisi vel legas *sejunctim diviis* & vel, *divisit*. Ita ei cum ceteris omnibus conveniet. De *Thebarum* urbe Plinius Hist. Nat. Lib. IV. cap. VII. *recedentes Athenis claritate, quæ cognominantur Boeotiae Thebae, duorum numinum, Liberi atque Herculis, ut volunt, patria*. Multo quam ille confidentius Seneca, loco in causæ patrocinium a Scalig. excitato, Suasor. II. *Athena*, ait, *eloquentia incluta, Thebae sacris, Sparta armis*. Quibus quidem ad loci præsentis interpretationem nihil dici accommodatius posset. Accedit & illud, quod Seneca Herc. fur. *Thebas terram deorum feracem laudavit*. Hæc utut veritati sunt consentanea, nobis tamen, nisi explorato prius veteris scripturæ habitu, mutationem admittere non licet. Cod. Paris. Regiom. Editique ante Scalig. omnes ita legunt:

*Sparta manu (: ) Thebas divisit rege vel uno.*

Tollamus priorem illam distinctionem, & sensus erit minime impeditus: *Sparta manu*, seu exercitu sub rege i. e. duce vel h. e. nonnisi, tantum, uno divisit Thebas. Quæ quidem ita sunt comparata, ut non nemini revocare in mentem facile possint illud *Phæbida Lacedæmonii* factum, qui, memorante Nepote Pelop. cap. I. exercitum Olynthum duceus, iterque per Thebas faciens arcem oppidi, quæ Cadmea nominatur, occupavit. Nonne ita Thebas Sparta divisit? Etenim urbe Thebanis relicta, Lacedæmonii arcem per longum satis tempus sub potestate sua retinuerunt.

\* Jam vero huc referendus vs. 686 in quo exhibendo nullus a ceteris abit Codex, nisi Lipsiensis. Bini nobis sunt ad manus indices *variarum* hujus membranz lectionum, illique a duobus Viris doctis, tempore diverso constructi. Horum quidem alter versum istum laudati Codicis auctoritate delet. Hoc autem, quod præfiscine dixerim, ad Lectoris improvidam festinationem puto esse referendum, qua factum, ut præposteram versuum transpositionem, a Scaligero susceptam, non animadverteret. Quo majorem apud nos fidem alter Lectorum meretur, qui inde a vs. 685 usque ad 690 literis α. . . ζ versuum ordinem curatius indicavit, ita quidem, ut is, qui in dubio nobis versatur, lit. ε, adeoque locum 689 fortiretur. Quocirca V. D. notat, inibi pro *Gracia* legi *gracia*, quod certe, ut deinceps videbis, altero præstat longissime. Qualis enim ista locutio, quæ Libris ceteroquin omnibus fertur? *Princeps illa domus Gracia Trojani belli*. Huc si criticas Scaliger advertisset aures, non certe fecisset, ut alieni sensus conscium haberemus Nostrum, ac si dicere voluisset: *Europa princeps ac primaria regio Gracia*. Itaque hæc, *Trojani belli*, nihil ad sensum? Ergo ampliissima regio, qualis Græcia, satis apte latineque dici *domus* potest, eodem forte sensu, quo tractus cæli, *templum*? Mirandum sane, Huetium atque Bentlejum, Viros κριτικώτατες, æquo ista ferre animo potuisse, præsertim cum horum posteriori diversarum Cod. Lips. lectionum copia fuerit. Illis proinde malis primus, quod sciam, contra audentior ivit Cl. Fayus, qui versu ad pristinum locum revocato, tentavit *Graia*, quod tamen dubito, an alteri cuiquam *τριφυλλῆος* usurpatum. Ceterum rectissime Idem observavit, tota hac periphrasi celebrari *Mycenas*, *Agamemnono*

*memmonis scilicet regiam*, vel hoc nomine clarissimis Græciæ urbibus accensendam. Quodsi vero grave sit *domum* pro *regia* accipere, rectius, eodem Cl. Viro docente, statueris, ipsum innui Agamemnonem, quo *vel uno* florente, *illa domus* seu familia *princeps* universi fere Peloponnesi fuit. Proinde locum ita putamus constituendum:

& rege vel uno

Princeps illa domus (,) Trojani gratia belli.

Quocirca hæc, *rege vel uno* spectare *Agamemnonem*, nulli dubitamus. Siquidem hunc, κατ' ἑξῆς *unum*, iisdem verbis innuit Papin. Achil. I, 658. in eodem argumento:

tum primum Græcia vires

Contemplata suas: tunc sparsa ac diffusa moles

In corpus vultumque coit, & rege sub uno

Disposita est.

Ille Nostro non tantum *princeps sua domus* dicitur, verum etiam *Trojani gratia belli*. Rectissime h. l. casu quippe primo, Cod. habet Lips. *gratia*, quod per antiphrasin dictum pro *pæna ultio*, vel, uti solent loqui, *fulmen* belli. Frequens enim illa Scrip̃toribus, non Poëtis modo sed Oratoribus quoque, figura. E multis unum exemplum. Cicero apud Perott h. v. ait: ut pro *injuria tam gravi* parem ei *gratiam* referret.

Vs. 690. *vicinaque Cadmum*) Restitue Codd. omnium auctoritate, vicin *ripis* Illyris. Sic Græca terminatione *Illyricum* audit, quod littori maris Adriatici adjacet. Mela Lib I. cap III. *Adriatici latus* (forte *littus*, hoc illud omnino sonat) *Illyris occupat*.

Vs. 691. *Thrace Martem sortita colonum*) Illud *Thrace* Græcam iterum formam Θράκη refert. Quam nec Horatius putavit spernendam II Carm. Oda XVI, 5, scribens: bello furiosa *Thrace*. Virgilio *Mavortia terra* audit Æneid. III, 13. non quod ibi natus Mars fuerit, quod persuadere nobis volunt Interpretes Maronis pariter ac Manilii, cui Mars notanter *colonus* salutatur *Thracia*, quod ubi solutus fuit a Vulcano cum Venere implicitus, *ille in Thraciam*, hæc in *Cyprum se contulit*. Auctor Homerus Odyss. VIII, 360 sq.

Vs. 692. *Et stupefacta Germania &c.* ) Salva aliorum sententia, nobis videtur hoc *stupefacta* fumendum pro *in admirationem data*, quo sensu supra Lib. I, 68. *stupefacta* adeoque *non sibi*, ceu putat Scaliger, *sed aliis*, quibus illi Germaniæ proceri partus, quos *ingentes* dicit Noster mox vs. 715. *stupori* sunt, h. e. *admirationi*. Ita *mirans* & *stupefactus* de eodem Aristæo dicitur Georg. Lib. IV, 363. & 365. Germanorum proceritatem laudat præ ceteris Vegetius Lib. I. cap. I. pr. ubi plura Stewech.

Vs. 693 sqq. *Gallia per census &c.* ) Lectio hæc, docente Scaligero, est Cod. Gemblacensis. Dixerim, *inventum* potius esse *Glossatoris*. Noster enim scripssisset certe *censu*, quem admodum supra vs. 689 sq. *Sparta manu*, Thebæ *divis* potens &c. et vs. 383 *Mensuris* *Libra potens* &c. Cod. Lipf. legit *præcensus*. Parif. *præcensis*. Regiom. *pratensis*, quod correcturi Ald. & Rom. dederunt *Pratensis*, litera majuscula initiali, quasi Gallia intelligenda esset hoc cognomine definita. Nolim præterea factum, ut in Vulgatis nonnullis extaret *Italia* maxima bell. cum uno mox protelo sequatur *Italia* in summ. Neque hi qui rectius vulgarunt *Hispania*, quod, præter ceteros, Codex Parisiens. & Regiom. agnoscunt, intentatum & intactum relinquere debuissent illud epitheton *maxima*: quod, sive diverso sive eodem id sensu capias, quam sequens, *maximu* Roma, valde incongruum est. Porro, quem in voce *belli* Scaliger, ejusque verbis Fayus, statuunt hellenismus, nec talis est qui possit sano sensu explicari, neque adeo nobis admittendus magis, quam in vitiis sermonis Latini suo merito ponendus. Itaque Stewech. ad Veget. Lib. I. cap. I. pr. ubi Galliam ab equitatu celeberrimam fuisse memorasset, in hujus commententi fidem præter decantatum Juvenalis locum Sat. VIII. præsentem quoque Manilii versum sic recitat :

*Gallia pratensis, Hispania maxima bellis*

Interpretationis loco addit: *pratentas* dici, quas Ammianus & alii *pratenturas* vocant, a prætendendo. Equites exploratores quidam vocarunt, sed de his, inquit, alibi &c. Videtur sane non aptior alter Ammiano testis, si obscurum reddere velis obscurius. Quid? quod Gallia non equitatu saltem, sed omni re militari & facundia est illustris. Auctor M. Cato Origin. Lib. II. apud Charisium, qui *Pleraque*, inquit, *Gallia duas res industriosissime persequitur, rem militarem & argute loqui*. Quare, si quid conjectura assequi valeamus,

valemus, longe nobis videntur aliter accipienda Manilii verba, quam statuerunt hactenus Viri harum quidem rerum nobis multo peritiores. Illi nimirum antecedentia modo consuluerunt, sequentibus fere neglectis. Nos autem, in præfenti quidem negotio, non illa potius quam hæc putamus respicienda. Memorat enim Auctor, inde a vs. 690, provincias imperio Romano subiectas, easque potissimum Pompeji, Cæsaris & Augusti victoriis illustratas. A remotioribus ad vicinas progressus, *Galliam* notat atque *Hispaniam*, quæ in jus civitatis Romanæ, vel saltem Italiæ Latine, transierunt. Has vero solenni formula, tametsi poetica, in *summam* ait, *Italiam adungi*. Ita enim melior Codicum pars, Paris. puta & Lips. Editique ante Scalig omnes consensu legunt. Et quo minus dubites illud *adjungitur* commodare præcedentibus, tum ipsa sententiæ ratio facit, tum vero copula *que*, voci *calo* adjecta, multo id validius flagitare videtur. *Summam* autem pro imperio vel potestate dici, si quis est qui ignorat, ne grave sit ei adire Burmann ad Gratii Cynæget, vs. 368. In quem sensum legere, nostra quidem pace, possis *Italicam* vel *Italia* in *summam* &c. Jam vero Galliam fere omnem Jul. Cæsar novem annorum bello subegit. Quæ quidem qua *citerior*, audit *Togata*, quod sumpta toga ad Romanorum societatem, mores & instituta se vel ultro adplicavit. Illa vero *Toga*, nobilioribus sane ordinibus propria, vocatur *prætecta*. Unde in hoc, qui in dubium plane merito venit, loco legendum putamus, *prætextis* e vestigiis priscæ scripturæ *precensis* vel *pratentis*. Hispania vero bellis, intra ducentos & ultra annos fere perpetuis, Romanorum tandem imperio subiecta fuit. Cujus rei causa rescribendum in Nostro *bellis*, ut casu Ablativo τῶν *prætextis* respondeat, & utrumque cum seq. *adjungitur* necti commode possit. Operæ pretium erit ad hæc conferre Tacit. Annal. Lib. XI, 23. 24. Itaque totum locum, donec probatorum Codd. auctoritate nostra conjectura vel firmari vel corrigi possit, cape sis ita constitutum,

Galliæ *prætextis*, Hispania *maxime* bellis  
*Italiam* in *summam*, quam rerum maxima Roma  
 Imposuit terris, cæloque adjungitur ipsa.

Sensus, opinor, ex iis quæ disputata nobis sunt hactenus: satis liquidus. Illud *maxime*, si velis, ad utrumque licebit membrum referre. *rerum* max. scil. *publicarum*, cujus exem-

pla ubivis fere obvia. Aufonio Gallo: *Caput verum Romae imposuit terris*) Præclare Rutil. Lib. I, 77 sq. summis Romanam laudibus exornans, inter alia:

Tu, quoque legiferis mundum complexa triumphis.  
Fœdere communi vivere cuncta facis.

*caloque adscribitur ipsa*) cum Iulii Cæsaris nomine, divisa jam tum adscripti, tum Cæsaris Augusti, cælo olim recipiendi. Ipsam dicit Urbem divis adscriptam. *calum* pro *diis*: vid. not. ad Lib. I, 764. Diserte Martialis Lib. XII, 8, 1.

Terrarum dea gentiumque, Roma.

Inscriptiones Veteres apud Scaligerum

DEA. ROMA. SACERDOS, DEA. ROMA.

His adde Rutil. Lib. I, 48. cui

*Inter fidereos Roma recepta polos.*

Idem mox vs. 79 ad Urbem:

Te Dea, te celebrat Romanus ubique recessus.

Vs. 696. *Hos in fines orbis notandus*) Parif. & Regionum. *Hic . . . vocandus*. Gemblac. & Lipf. *Hoc*. In illo tamen, notante Scalig. erasum & alia manu superscriptum *Hos*, quod alteris merito præferendum. Malim vero *vocandus*, vel Auctoris optimi causa, cui hæc *vocare* & *revocare* in deliciis. Vide saltem H, 47. 244. 900. III, 486. Vs. 697. *in partes per singula dividit astra*) Pro per, Libri omnes, & sing. div. quod omnino reponendum.

Vs. 700. *exercent*) Parif. & Regionum. *efferrant*, quod forte est *ostenderent*, uti *ferens*, auctoritate Veterum, reddidimus *ostentans* Lib. I, 779. Cod. vero Lipf. &, quos Bentlejus recenset, alii nonnulli legunt *adfererent*. Sic quoque Gemblac. legente Scaligero, qui proinde maluit, *exfererent*. Præstat vero ceteris illud *exercent*, cujus geminum habuimus supra Lib. II, 455.

In quibus præcipuas toto de corpore vires *Exercent*.

Vs. 701. *humana figura*) id est, *quævis humani generis individua*. Sic alias sæpe *figura* vocabulum additur ipsi, quod vocant, figurato. *descripta* est accipiendum pro *distributa*.



*puta*, coll. Lib. I, 59. IV, 588. 742. V, 733. Sui Noster optimus Interpres mox, vs. 711 sq.

Vs. 702. *Et (,) quamquam &c.*) Ita prorsus, omisso tamen signo distinctionis, Codd. Paris. Lipsiens. forte etiam Gemblac. cumque his Editi Ald. & Pruken. *Ut quamquam* vulgarunt Regiom. & Fayus. At Scaliger, *Ut tamquam*, quia, inquit V. D., ut corporis humani, sic orbis terrarum quædam quasi *μελοδραία* est, & Signorum tutelæ. Nos equidem recipimus lectionem, *Et quamquam*, ceu unice veram. Hæc autem *quamquam* apodosis propria destitutum, sequente *&*, quod valet *etiam* vel *quoque* Latine dicitur pro, *præterea* quod vel *præterquam* quod. Geminus huic locus apud Tacitum Annal. II, 34, ubi *commotus est*, inquit, *Tiberius*, *&* quamquam *nitibus verbis* *Pisonem permulisset*, *propinquos quoque ejus impulit*, *ut abeuntem auctoritate vel precibus tenerent*.

Vs. 703. *exit*) non significat, *oritur*, uti Lib. I, 836 & IV, 573. sed *extenditur* vel *extendit se*. coll. Lib. III, 261. Illud *exit* Cod. Lipf. servat & Venet. ac Vossianus legente Bentl. Cod. vero Paris. & Editi vetust. *extat* quod nolim.

Vs. 704 ad 709 inclus.) Hos sex vs. in parenthesi legendos omnino putamus, quod magno quoque Scaligero visum est. Quamquam ægre nobis persuademus, eos a Poëta huic insertos loco fuisse. Quid enim, quæso, rei, cur eandem telam in transitu quasi resumat, quam Lib. II, 456 sqq., loco scilicet magis idoneo, pertexit? Non tam erat certe Noster otii verborumque profusus. Quocirca non nos fugit, Andromedæ fabulam Nostro plus iterata vice tactam, copiosissime demum expositam esse Lib. V, 538 sqq. Id vero, quis non videt? ingenii non exercendi magis quam probandi causa factum, utque se Astrologum pariter ac Poëtam eximium præstaret.

Vs. 708 *femina Arcitenens*) Libri nostri, excepto Cod. Lipf. *Et femur Arcit*. Hoc declarat alterum, quod in priore etiam institutione Noster usurpavit, Lib. II, 463.

Vs. 710. *Sic alias aliud &c.*) Apodosis est, quam expetit duplex illa protasis, vs. 701 usque ad 703 comprehensa

hensâ. Sententiam sic putamus esse concipiendam : *Ac velut humanum genus dispositum est sub tutelam Signorum, adeo quidem, ut praterquam quod totum cujusque hominis corpus Signum habet tutelare; potiora quoque ejusdem membra sub hujus vel illius Signi tutela censeantur esse: ( Namque Aries capiti, taurus cervicibus hareret, i. e. præsidet &c. ) Sic terra quoque partes alias aliud astrum sibi vindicat.*

Vs. 715. *Flava per ingentes &c.*) Totam quam hic Auctor orditur tractationem, de variis gentium coloribus & moribus, commentario quasi illustrant Vitruvius de Architect. Lib. VI. cap. II. Alex. de Alexandro Genial. Dier. Lib. IV. cap. XIII & Rhodigin. Antiq. Lect. Lib. XVIII. cap. XX. De Germanis videndi Tacitus & reliqui Auctores a Philandro laudati ad Vitruv. l. c. Quibus adde Vegetium supra nobis excitatum ad vs. 692. & Schedium de Diis Germanor. pag. 16. ubi hæc ipsa Manilii verba in rei testimonium vocat.

Vs. 716. *minus*) Sic Cod. Gembl. omnino ex rei veritate, quam firmat Petron. cui Barth. ad locum his Manilii verbis subscribit. Non ergo admittendi Cod. Paris. & Regiom. qui legunt *minus*.

Vs. 718. *urbis pater*) Codex Gemblac. legente Scaligero, verum sic refert

*Martia Romanas urbes pater induit ora,*

Ubi pater intelligitur *Jupiter*, qui *deorum genitor atque hominum sator* audit Phædro Lib. III. Fab. XVIII. Unde non adeo improbanda lectio Cod. Paris. & Regiom. qui habent *orbis pater*. quos ceteri sunt Editores secuti. Cod. Lips. *urbis*, sed literæ *u* superscriptum *o*, quod curatius annotavit Vierschrotus. Non est ergo, cur suam hujus rei conscientiam dissimulans Bentlejus, quærat, *Quid est orbis pater?* Vere quidem *Mars Gradivus* salutatur *pater Urbis Juvenali*, loco a V. D. producto Sat. II. 126. Quominus autem hic illum admittamus, obstat, quod ternâ Martis mentio una hac periodo fieret, cujusmodi repetitionibus alias minime indulgere Vir ille Criticus solet. *Martia ora*, subadusta, colorem referentia *chalybis* vel *ferri*, quod chymici artifices *Martis* nomine signare sueverunt. Simul autem

tem oris gravitatem notat, cum robusta corporis mole conjunctam.

Vs. 719. *Gravidumque Venus miscens*) Non incommode mutasse videtur Bentlejus *suum* vel *genus*, quod præ se ferunt Libri vetusti: illud quidem Impressi, hoc manu exarati omnes. Romani, quod conjecturam Viri docti firmare omnino videtur, a Marte & Venere ducunt originem: ab illo per Romulum, ab hac per Æneam. Martial. V, 6. de Romanis:

Parce, fumus Martis turba, sed & Veneris.

*Miscens*) uti Seneca Hippol. vs. 659:

Est genitor in te totus: & torvæ tamen  
Pars aliqua matris miscet ex æquo decus.

Hæc tametsi bene sunt constituta, tamen, cum cogito, nihil quicquam absurdi vetus lectio habet, præsertim si verum est, ut esse potest, versu præcedente *orbis patrem* seu *Jovem* Nostro memorari. Quapropter rescribendum puto,

*Gravidumque suum miscens* &c.

Quod dictum videtur pro, *Gravidum suumque miscens*. Particula enim *que* metri causa locum mutat sæpissime. Sensus est: *Et Jupiter addens de suo scil. genere vel elemento, igne puta, Martiale illud corporis ingenium mobilius & ad gradiendum facilius, i. e. agilius reddit. Hoc est quod dicit Auctor, bene temperat artus. Ferrum enim igne temperatur. In eandem fere sententiam Vitruvius Lib. VI. cap. I. scripsit: Quemadmodum Jovis stella inter Martis ferventissimam & Saturni frigidissimam media currens temperatur, eadem ratione Italia inter Septentrionalem meridianaque ab utraque parte mixtionibus temperatas & inviolas habet laudes. Quomodo autem temperatas tribuit laudes Italiæ, cui summæ ab Auctore debentur Romanor? Quanam item ratione temperatas & inviolas laudes conjungit? Aut omnia fallunt, aut dedit certe politicissimus Scriptor; Italia temperata est & inviolas habet laudes. Idem plane & geminum mendum loco insedit infra cit. ad vs. 731 sq. Ceterum quod nostri MSS. ferunt, *genus*, videtur esse Glossatoris: qui cum intelligeret, voci *suum* non aliam aptari posse commodius, hanc forte sui Codicis oræ adlevit,*

vit, quæ postea in versum recepta *à suum* loco deturbavit. Quocirca observare juvat, hoc *Gradioux*, quod a *gradiendo* communiter, & uti videtur, rectius derivant, proprie adjectivis accensendum esse, sicut *Mulciber* i. e. *Vulcanus*. Quo nomine Macrobius Saturn. Lib. VI. cap V. ea recenset tanquam *epitheta*, quæ a *Virgilio ficta creduntur*, sed a *Veteribus sunt tracta*. Exemplum quod in Macrobio desideras, occurrit *Æneid.* III., 35. *Gradi-  
vunque Patrem*, ubi vide *Servium*.

Vs. 723 *orbem tenebrisque figurant*) Ita Scaliger ex Gemblac. cui hic merito postferendus Lipf. qui legit *urbem*. Cod. <sup>1</sup>Paris. *terrisque figuris*. lege *tetrisque*, quod Fayus ex ingenio feliciter restituit. *Regiom. terrasque figuris*. *Vulgai ceteri, terrasque figurant*.

Vs. 724. *Per fuscas hominum gentes*) Gemblac. legente Scalig. & Lipf. *Perfusas hominum gentes*. Quos reliqui Editores sunt secuti, præter *Regiom.* qui cum Cod. *Paris.* *Perfusus homines gentes* &c. Sana erit lectio, si hæc cum præcedentibus jungas. Neque aliter discrepantes illæ lectiones conciliari videntur posse, nisi distinctione hanc in modum disposita,

*Æthiopes maculant orbem: tetrisque figuris  
Perfusus homines, gentes minus India tostas  
Progenerat. &c.*

Ad signandos *nigro colore* *Æthiopes* satis est dixisse, eos *maculare orbem*, similem fere in modum, quo *maculæ*, quæ in *Luna*, vel in *Solis orbe* observari dicuntur. Quæ autem sequuntur, hoc sibi ordine jungenda: *India progenerat homines tetris figuris perfusus* i. e. permixtos, & *gentes minus tostas*, scil. quam *Æthiopes*. Hujus interpretationis auctor apud nos est *Plinius*, qui Lib. VII cap II. ex *Veterum commentis* varia hominum monstra prodit, quæ in montibus *Indiæ* aluntur.

Vs. 726. *Jam proprio tellus gaudens*) *Vetus & constans* est lectio,

*Jam propior tellusque natans* *Ægyptia Nilo*

Quæ quidem longe aptius sunt concinnata, quam quæ ad ea  
con-

confutanda disputat Bentlejus. *Hac, inquit, corrupta sunt. Propior: cui regioni propior? cur hoc tacetur?* Atqui respondet vs. seq. ubi, *Lenius infuscat corpora*, ex quibus oppido liquide, nobis quidem, adparet, comparative loqui Poëram de India & Ægypto, quarum hanc illi dicit *propiores* esse, i. e. propius accedere, *non situ, sed colore hominum*. Mutavit Bentlejus *tellusque natans*, idque vel ob solam trajectionem voculæ *que*, cujus tamen exempla in Nostro & aliis Poëtis extant plurima, nisi illam prorsus otiosam hoc loci putes. Quo quidem tantum ille fecit, ut insigni Noster elegantia privaretur, quam summo jure reposcit vs. 752. ubi

Es tellus Ægypti iussa natare.

Nilus enim in terram redundans facit, ut segetes & terra ab inundatione libera *innare flumini* videantur. Pari venustate Virgil. Æneid. VIII., 691:

*pelago credas innare revulsas Cycladas &c.*

Vs. 729. *Exsiccat populos*) Nihil muto. Mallem tamen, si Codicum auctoritate liceret, *Exugit* pop. Quæ vox parili ratione Vitruvio usurpatur Lib. VI. cap. 1. ubi de populis meridionalibus: *simul ad fortitudinem ingreditur, ibi succumbunt, quod habent exustas ab Sole animorum virtutes* Equidem vero de hujus conjecturæ veritate tecum contendere nolim; tamen non obscura ejus vestigia legere licet in Cod. Paris qui in contextu habet *exicat*, in margine, pro varia lectione, *exurat*, utrumque mendose. Hoc autem *exurat* a Librario in locum illius *exugit*, quod minus obvium, substitui facile potuit. Quocirca certior nobis suboritur suspicio, scriptum in prisco quodam Codice fuisse *exurit*, quod rei & sententiæ pariter ac illud, *exugit*, conveniens est, & Phædro usitatum Lib. I, VI. ubi rana de Sole:

Nunc omnes unus *exurit* lacus.

*Es Mauritania nomen oris habet*) Cod. Lips scribit *Mauritaneu*. Secundam vocalem in secunda hujus vocis syllaba defendit Pierius, ex Numo Adriani, ad Æneid. IV, 206, quocum conferre possis Corv. ad Sallust. Catil. cap. XXI. Innuit Noster Mauritaniam dici a *μαρὸς* q. e. *niger*.

Vs.

Vs. 731 & sq. In Cod. Lipsiensi non leguntur. Utrumque tamen agnoscit MS. Paris. & cum Regiom. Editi vetusti omnes. Ad rem plane Vitruvius Lib. V. cap. I. *Non minus, inquit, sonus vocis in generibus gentium dispares & varias habet qualitates.* Minus heic venuste legi videtur, *dispares & varias.* Videndum an non oporteat sic: *dispar est & varias &c.*

Vs. 734. *per urbes*) Sic Cod. Lips. *per orbem* Cod. Paris. Regiom. alique, quibus equidem non dubito accedere. Redit enim messis *per orbem* scil. anni, nec tamen quovis anno eadem se commendat ubertate, vel frugum bonitate.

Vs. 741. *totidem sub partibus ora*) Libri omnes reclamant, *orbes* scil. astrorum, quorum regimini singulæ terrarum orbis partes sunt subjectæ. Hunc sibi expetunt nomen ea quæ statim sequuntur:

*Ut certis descripta nitent regionibus astra &c.*

Abſque enim illo nexu eſſet, ex abrupto quaſi ſequens tractatio ſubjiceretur. Quamobrem malim hoc loci pro *Ut legere Et*, quod Libri omnes agnoſcunt.

*Regionibus*) Non repugnat ſententiæ, ſed librorum ſcripturæ, qui ſerunt conſenſu, *rationibus*, non autem *regionibus*, quem errorem Scaliger finxit emendandi cauſa.

Vs. 742. *descripta*) Membranæ Lips. ſerunt *discripta*. Hæc autem ſcriptio nihil ad ſenſum. Eſt enim pro *diviſa, diſtributa*, uti ſupra vs. 701. Conf. Cort. ad Plin. Epist. II, VI, 2.

Vs. 743. *Perfunduntque*) Methaphora, ab aquarum inſuſione deſumpta. Ejuſmodi enim naturæ aër eſt, qui pro diverſa cali inclinatione vario homines modo afficit, corporisque pariter & animi ingenium ſua, ut dicam, influentia format. Ad hanc vero rationem iſta referunt *οὐσιολογῶντες*, qui miſſis Astrologorum ineptiis, in rei veritatem inquiſivere. Cicero de Nat. Deor. L. II. c. VI. An ne hoc quidem inquit, intelligimus, omnia ſuſpera eſſe meliora? terram autem eſſe inſimam, quam craſſiſſimus

*Assimus circumfundat aër ? ut ob eam ipsam causam, quod etiam quibusdam regionibus atque urbibus contingere videmus, hebetiora ut sint hominum ingenia propter calt pleniorē naturam, hoc idem generi humano evenerit, quod in terra, hoc est, in crassissima regione mundi, collocati sint. De his autem fusius & pro instituti ratione, curatius egit Vitruvius loco hactenus sæpe citato.*

Vs. 744. *sortitus*) Cod. Paris. cumque hoc Region. & reliqui Editores, *sortitur*. Non male. Neque enim contra Nostri est scripturam, ut tria verba finita, totidemque periodi, absque ulla copula se excipiant. *in medio calo* i. e. Zodiaco, qui *calam* Nostro audit Lib. I, 281. *medius orbis* Lib. cit. vs. 315.

Vs. 745. *Cancrum inter gelidumque caprum* &c.) Hæc tam sunt ab Auctoris sensu aliena, quam ab ejus scriptio-  
ne diversa. Vin' ipsam ejus manum exhibeam tibi? Cod. Paris. & impressi Principes universi eam referunt his:

*Cancrum inter gelidum (per tempora vertitur axis)*

Eandem fideliter descripsit bonus Bonincontrius, quem ea propter ab injusta Scaligeri criminatione cupimus solutum, *quasi textum ille depravasset*. Quin maximopere vereor, ut summus ille Vir aliorum reprehensionem detrectare, suamque non nimis licentiosam mutationem excusare, nedum defendere ulla ratione possit. Ille enim, quasi mentem Auctoris minus recte percepisset, ita vulgavit:

*Cauram inter gelidum tepidi per tempora Veris.*

Quorum quidem tædio, forsan & indignatione, commotus Cl. Bentlejus, & ipse præconceptæ magis opinioni suæ, quam veræ lectioni studiosus, unam interpretationem altera *caprum* puta, commutavit. Bene est, quod in sub-  
dium vocavit Gemblac. Codicem, cujus hæc est lectio:

*Cancrum inter gelidumque per tempora veris.*

Quæ quidem utut a metro, ex duplici potissimum capite, damnetur, illi tamen, vel ob solam vocem *veris*, suæ nimirum opinioni maxime faventem, non omnino displicuit:  
præsertim

præsertim, quod consensus Cod. Lips. & Vossiani non-  
nihil auctoritatis illi conciliare videbatur. Ipso autem  
V. C. connotante, Cod. Lips. habet, *verxis pro veris*,  
(fidem facit Vierſchrotus; at vel tacendo negat alter Vir  
doctus, cujus indice juvamus). Vossianus item non *ve-*  
*ris* legit, sed *verſis*. Quodsi dedisset Auctor, vel si Co-  
dicis ullius fide legere liceret

Cancrum interque gelu per signa & tempora veris,  
haberent sane Viri docti dilucide expressam, quam hic qua-  
runt sententiam suam: *Arietem medium tenere, uti Signi*  
*positione, sic atris quoque temperie, inter biberium frigus*  
*& fervorem æstivum*. At enim hæc opinio, utut vero  
maxime consentanea, & alibi Nostro tradita, hujus loci  
non est. Neque enim illud *gelidumque* protinus *Capri-*  
*cornum* requirit, quem ingeniosissimus ille scripturæ com-  
pendiorum artifex, non nobis, at sibi figuravit. Sed hoc  
*gelidum* ad ipsum Cancrum referri potest, & omnino de-  
bet. Hic enim suapte natura tam est gelidus, quam  
*nati ad frigora pisces*. Quod habent nonnulli Codices,  
*que*, non Auctoris est, sed scioli cujusdam Glossatoris,  
in eadem cum ceteris opinione versati. Indicavit autem  
doctiss. Scaliger, nostro cum maxime commodo, Manilium  
pariter ac Ptolemæum τὴν οἰκὺμην in quatuor tetrantes  
describere, sed diverso instituto. Hic enim per trigona  
Signa distribuit regiones: ille autem *per Signorum conse-*  
*quentiam*. Quæ quidem verissime sunt disputata Scali-  
gero: Verum addere non debuisset V. D. quod contra  
Nostri est institutum & rationem, ipsum *per tetrantes* Si-  
gna, orbemque Signis distribuere. quin potius *per trientem*,  
qui quatuor Signa comprehendit, hoc aperte lectio notat,  
quam nostrorum librorum beneficio reddimus tibi:

Laniger in medio fortitur sidera mundo  
Cancrum inter gelidum (per tempora vertitur axis)

Ordo & sensus: *Laniger fortitur* i. e. in tutelæ societa-  
tem adſciscit *sidera in mundo medio* q. d. ea Zodiaci  
Signa (coll. not. præced.) *quæ sunt inter Cancrum gelidum*,  
*suppleſis, & ipsum arietem*. Primum ergo trientem constituunt  
*Aries, Taurus, Gemini, Cancer*. Hunc vero Cancrum ad  
eamdem



eandem pertinere rationem, nobis quidem certo persuademus, tum quod Noster statim Nili mentionem facit, qui *sub cancro* & ejus confini sidere cane intumescit; tum vero quod sublu-  
cide addit: *per tempora vertitur axis*, quæ quidem verba, quod citra sententiæ incommodum abesse possent, uncis par-  
entheseos includenda putamus. His autem accuratius definit consequentiam Signorum. Quapropter ita sunt tibi acci-  
pienda: *Axis* scil. illorum Signorum, seu motus quo fe-  
runtur, *vertitur* i. e. tendit *per Tempora*, quod majuscula  
litera, more quidem hodierno, scribendum. Quænam autem  
illa *Tempora*? Circuli Nostro his notantur *Æquinoctialis*  
& *Tropicus Cancr.* De hoc quidem disertissime Lib. I, 570:

Æstivi medio nomen sibi sumit ab æstu  
Temporis ☿ titulo potitur &c.

Alterum autem non minus clare signat paylo post hunc,  
in quo nostra versatur disputatio, locum, versu nimirum  
772, ubi de *Libra*, quæ alterum æquinoctiale punctum  
occupat in *Æquatore*

*Tempora quo pendunt*, coeunt quo noxque diesque.

Siquidem hic Bentlejanæ lectioni satis fidei constat, quod  
suo loco dispiciemus.

Vs. 746. *in vires*) Cod. Paris. & Regiæ. *in vices*, pro  
*viciissim*. Quæ autem in his Libb. sequuntur, *positumque evice-*  
*rat ipsa*, nulli plane bono sunt. Retinendum utique *pon-*  
*tum*; siquidem ab *Helle*, Phrixi sorore in illo demersæ,  
nomen est adeptus *Hellesponti*. De quo Ovid. Heroid.  
Epist. XIX., 161 sqq. & Noster his, quæ statim sub-  
jicit vs. 747 sq.

*Virgine delapsa cum fratrem ad littora vexit*,  
Et minui deshevit onus, dorsumque levare.

Vs. 750. *laxo Persis amictu*) Recte, *laxo*. Nam quod  
habet Cod. Paris. *lapso*, tametsi pro *demisso* sumi posset,  
suo tamen jure in vitio ponendum. *Laxo* videtur hic  
sonare *prolixo*. Quales omnino Persarum tunicæ *manicatae*,  
quas Græci *χρησάτης* vocant. De his Brisslonius de Reg.

G g

Pers.

Perf. Princ. pag. 80. §. LX. & quos ibi excitavit, Strabo Lib. XV. & A. Gell. Lib. VII. cap. XII.

Vs. 752. *In Cancrum*) pro, *in cancro. is* pro *is*; cujus geminum exemplum supra Lib. II, 222. & 719 coll. utroque loco notis. Redde, *sub cancri ortu*. Sic Noster supra Lib. II, 509,

*in Augusti felix cum fulserit ortum.*

*Et tellus Ægypti iussa natare*) Vide quæ modo dicta nobis sunt ad vs. 725.

Vs. 754. *Et molles Arabas*) Sic etiam supra Nostro cognominati vs. 655. ubi dicta, si velis, vide. Eodem cognomine Virgilio Sabæi, Arabiæ felicitis populi, veniunt Georg. I, 57 & Catullo, ad Fur. & Aurel. seu Carm. XI. 5. *Arabasque mollis* pro *molles*. Ita vero dictos putat Fufous ad h. l. quoniam thure & aliis abundant odoribus, vel, quia parum viriliter loquuntur, aut, quoniam sunt sub aëre clementiore.

Vs. 755 sq. *Euxinus Scythicos pontus-te, Phæbe, colit*) Huc sensus ulque loci pertinet. Quis autem non miretur, castissimas Bentleji aures illa ferre *ἰμοιοτέλευτα* potuisse, *Euxinus, pontus, sinuatus, arcus*? Quæ si ita reliquit Auctor, eum certe dormitasse, cum D. Heringa, constemur. Cum autem Nostro enallage numeri non fere nisi urgente metri necessitate usurpata, neque illa hoc loci ad elocutionis dignitatem facere videtur, illum fas est, credamus dedisse:

*Euxinus Scythicum pontus sinuatus in arcum.*

Consimiliter Plinius, cujus modo verba recitavimus ad vs. 626. & Flaccus Lib. IV.

Atque hoc Europam curvis anfractibus urget,  
Hæc Asiam, *Scythicum specie sinuatur in arcum.*

Quod porro Noster ait: *Sub Geminis te Phæbe colit*(.) sic concipiendum, *colit te, Sol, versantem sub principio Geminorum*. Navigatores enim Euxinum frequentantes pontum, *Castorem venerantur* & Pollucem, non vero Apollinem

hunc, quem vel maxime invitum in scenam h. l. Scalliger producit. Ita quidem pessime accepto hactenus loco succurrendum videtur.

Vs. 756. sq. *Post brachia fratris Ultimus & colit hos Ganges*) Hæc ita sunt a Bentlejo deformata, ut suam Poëta munum agnoscere nullo pacto possit. Quod cum animadvertisset Heringa V. C., facere non potuit, quin ægerrime laboranti sententiæ suam ipse medicam manum adhiberet. Itaque docta non minus & subtili conjectura ductus, pro *brachia fratris* legit *Thracia fratrem*, & hoc *Ganges* mutat *Tanais*. Quibus præmissis, ille locum putat sic constituendum

post *Thracia fratrem*  
Ultimus & colit hos *Tanais*. Colit India cancrum.

Equidem verò Viri amicissimi sententiam emendandique rationem probare nullo modo possum. Sit sane unus & alter Librariorum sua vel oscitantia vel negligentia lapsus; habeas hunc vel illum Codicem corruptum, misereque depravatum; non tamen illico omnes & singuli eodem sunt nobis loco habendi. Nolim ergo illud tentatum *Tanais*, eo quod omnes, scripti pariter ac vulgati, Libri consensu tenent *Ganges*. Neque *Thraciam* malim, ex hoc *brachia* ingeniose magis ac vere confictum. Quin huic emendationi omnino supersedere potuisset V. C. si felici fidere vel sola hæc ipsi observatio subvenisset, *Auctorem nostram nullas continentes adscribere Castori & Polluci, sed pontum & flumen, quorum præsidium & tutela ad illos constanti mythologiæ fide refertur*. Quapropter cum in ceteris sub Signa collocandis regionibus non tam veram & geographicam, quam ingeniose fictam & subinde lubricam est secutus rationem, eoque magis a Ptolemæo diversus; quis, quæso, mirabitur, illum Indiæ mentionem modo facturum, Euxino jungere Gangetem, qui pariter ac ille, vel solius navigationis causa, ad Geminorum tutelam pertinet? Vides adeo, locum istum non tam exscriptorum quam Interpretum vitio adhuc laborare. Hujus autem veniam eo illi facilius a nobis sunt impetraturi, quod nemini hactenus oculis usurpare licuit sinceriores illum Cod. Paris. & castigatius vulgatum exemplar Regiomontani.

G g 2

Quorum

Quorum quidem lectionem, cum nostra interpunctionis dispositione, nemo non oculatior unice veram & genuinam judicabit. En Tibi:

Post (,) brachia fratris  
Ultimus & solitus Ganges (: ) colit India Cancrum.

Ita omnino Cod. Paris. nisi quod in fine legit *cancer*, aperto vitio. Regiom. dedit *cancrum*. Idem vicissim minus recte, sive metri sive sententiæ rationem spectes; & *solitum gange colit Ind.* Age vero quonam ista sensu nobis accipiantur, exponamus paucissimis. Illud *post* Adverbii, non prævocabuli, vicem sustinet, ideoque distinctione separavimus ab his, *brachia fratris*, quæ Geminorum conjunctionem signant, coll. Lib. II, 163 sq. *Ultimus* (scil. *colit*) *Ganges* pro, *extremus*. Ita fere semper Romani de India, scil. *longissime* ab ipsis *diffita*. Horatius I Epist. I, 45.

Impiger *extremos* curris mercator ad Indos

Et Ovidius loco quem Bentlejus quoque recitavit, Metam. Lib. IV. 21.

Oriens tibi virtus ad usque  
Decolor *extremo* quæ cingitur India *Gange*.

Additur, & *solitus* i. e. ni fallor, *assuetus*. Hoc autem epitheton parum aut nihil hic definit. Quare malim legere *solidus*, quod, vitiose licet, offert Cod. Lips. qui habet *solidos Ganges*. Est autem Nostro *solidus* id quod *totus*, *completus*; siquidem de numero agitur, uti Lib. I, 547 & 565. At apud Terent. Andr. IV, I, 23, *solidum gaudium* Pareus, Donati verbis, interpretatur *magnum* & *insigne*, sive *plenum* & *integrum*. Hinc vero dilucide adparet, Nostro *totum qua labitur insigne flumen*, *Gangen*, adscribi *Geminis*, scil. ob navigationem. *India* vero *ipsa*, *qua continens*, & *Solis adusta radiis cedit Cancro*. Equidem enim legere malle *Cedit India Cancro*, nisi Codicum obstat auctoritas, videremque Nostro hoc *colit* esse solenne, quo connotet, *hac terra loca venerari signa tamquam Numina tutelaria*.

Vs.

Vs. 760. *Regnoque feroci*) Libri scripti pariter ac editi omnes, *regnique ferocis*. Quod cum hoc *famulus*, i. e. *alumnus*, nectendum. Leones enim Matri Idææ sacri, quorum magna vis in Ida Phrygiæ monte.

Vs. 762. *Macetum tellus*) Variant Libri in scriptione prioris vocis. Cum quarto elemento profert Cod. Paris. a ceteris fere omnibus in hoc desertus. Rutil. Lib. I, 85. *Macetumque tyranni*. Ubi vide Barth. pag. 187. qui sic scribi vocem debere testimoniis probat Græcorum pariter ac Latinorum Auctorum, quibus addere merito debuisset hunc e Statio suo locum Achil. I, 202: *Nec Macetum gens dura placet &c.* Eadem *Pellai gens fortunata Canopi* audit divino Maroni Georg. IV, 287. quo loco mendose legitur apud Servium, fuisse Alexandrum de civitate Macedoniæ, quæ *Appella* nominatur. Scribendum enim *Pella*, de qua nos supra ad Lib. I, 768.

Vs. 765. *Tumque domus vere Solis*, cui tota sacrata est) Libri vetusti cum Scaligero, *Tuque dom. sacrata es*. Sic quoque Barth. ad Rutil. pag. 178. qui ad totum hunc Nostri locum omnino videndus.

Vs. 766. *Cum caperet*) Cod. Gembl. Lips. & Paris. cumque his Regiom. *caperent*, ex quo Fayus, prælucente Romano Editore, fecit *cuperent*, scil. *homines* i. e. *cum Tiberius inde rediturus cuperetur*: quasi ille foret lux & lumen magni mundi, vel Sol alter, qui terris luceret. Minus adeo ipsi probatur Scaligeri lectio, qui dedit *caperes*, ad instar vulgatæ Ald. & Pruckn. *Tuque domus sacrata es*, cum *caperet*. &c. Hæc sane quam aptissime respondent sibi.

Vs. 767. *Jonæ quoque*) Cod. Paris. *qua* pro quo Regiom. *que*, Librarii vitio, quod correxerunt Ald. & Pruckn. edendo, *Jonæ qua* sunt urbes &c.

Vs. 768. *Arcades antiqui*) Ita omnino ex optimis libris legendum. Non vero, *Arcas* ♂ *antiquus*, quam lectionem, a metro licet damnatam, publicare non dubitavit Cl. D'Orvill. ad Charit. pag. 4.

Vs. 772. *cōsunt quo noxque diesque* ) Cod. Paris. & Regiom. *cedunt*. Sic quoque Ald. & Pruckn. Malim tamen alterum, quod fide Codicis Gemblac. firmat Scaliger. Est quoque illud longe venustius, tametsi res, utrumvis legas, eodem redit.

Vs. 773. *Hesperiam sua libra tenet* ) Codex MS. Lips. *sub* libra. minus bene. *sua* pro, *eius* dictum putat Cl. Vierschrot, quemadmodum apud Terent. Hec. IV, 4, 38.

*mater quod suavit sua Adolefcens mulier fecit.*

Sed hic locus nihil ad rem. Quapropter malim illud *sua* Libra exponere per, *propria* & *quasi connata*. quo sensu hoc *sua* putamus dictum elegantissime; pariter ac in illo Valer. Flacci Lib. II,

Mox somno cessere, regunt *sua sidera* puppim.  
Compara sis quæ supra diximus ad Lib. I, 758.

Vs. 774. *Urbis in Imperio* &c. ) Parum hoc *urbis* congruit majestati Romanæ. Malim ergo retinere lectionem Codicis Paris. & vulgatorum veterum Librorum: *Orbis* & *imperium* ret. discr. rerum Lancibus (,) *Orbis imperium* est *Respublica Romana*, *sub Imperatore Augusto*. Conf. mox vs. 777. In hanc sententiam Ovid. Fast. II, 138 :

*Quodcumque est alto sub Jove, Caesar habet.*

Eadem ex ratione supra quoque hoc *orbis* pro *urbis*, nostro restituimus Lib. III, 24. ubi dicta, si velis, vide.

Vs. 775. & *positis* ) Lege cum Libris nostris, & *positas* gentes i. e. *subjectas*.

Vs. 776. *Qua genitus* &c. ) Ita hunc versum, eodemque loco, referunt Libri omnes. Quo quidem non firmius telum expetit ad eludendam Bentleji criminationem. Scaliger citra rationem eum transposuit. Est enim in parenthesis legendus, quod clarius indicavit Regiom. Dubia & incerta est lectio Cod. Lips. quam prodit Cl. Vierschrot. Ibi prima litera *¶* Remus in rasura, & ab altera manu, forte ex alio libro, adscriptum legitur: cum fratre *meus nunc* cond. Illud *qua* respicit *Libram*, sub *qua*

qua, non modo Urbs condita (vs. 573), verum etiam gemini fratres, ejus conditores, in lucem editi sunt. Ita quidem Manilio visum. Quocum confer Plutarch. in Romulo pag. 14. & quæ de hujus genitura, illius potissimum Auctoris verbis, disputat Scaliger ad loc. præf. De origine urbis Romæ varias aliorum opiniones prodidit Solinus Polyhist. cap. I.

Vs. 779. *Et Libyam*) Pro, *Africam*, quam sub Cancridus alii referunt. Valer. Flaccus Argon. I, 194:

*Ætifero Libye torretur subdita Cancro.*

*Torretur* hic rectius, quam *torquetur*, quod ex suo exemplari dedit Sitzmann. ad Boëth. Lib. I. p. m. 46.

*donataque rura*) Codex Paris. *regna*, quod vulgarunt Regiom. Ald. Pruckn. & ceteri, præter Scaligerum, omnes. Utrumvis recipias, parum interesse videtur. Nobis alterum magis placet. *Donata rura* dicit, quod *Ægyptus Nili donum*. Vide Scalig. ad h. l. & Grotium ad German. p. m. 48 fin. Barthius, quem lege sis Advers. pag. 1207, suspicatur Manilium reliquisse:

—— *Ægyptique latus, dammataque rura*  
*Æternis lacrymis* —— ——

*Æterna lacryma* unicum Ægypti signaculum sunt; quæ Osirim suum solemniter & perpetuo cantu celebrat. Mox, Vs. 780, Idem Vir doctus pro *radiatus* mavult *Sardoas*. Vulgatum Libri nostri tuentur universi. Vs. 781. *Eligit*) Scaliger, quocum Cod. Paris. & veteres Impressi omnes, *Eruit*, minus bene.

Vs. 783 cum tribus sequentibus, in Codice Paris. & Cusis vetustis legere est post versum Bentlej. 790.

*Non ita Trinacriam*) Laudati Libri Vetusti cum Scalig. sic:

*Insula Trinacriæ fuitantem adjecta sororem*  
*Subsequitur Creten* ——

*Sicilia & Candia* sorores Manilio dicuntur, quia utrique simul imperavit rex Minos. Unde & sub eodem Signo positæ.

Vs.

Vs. 786. *pares sequitur leges*) Editi præstantiores cum MS. *patris* seq. In fine, *rupta* est, quod solus Cod. Lipf. tuetur, ceteri legunt *rapta* est. Hoc vulgavit quoque Molinius. Vs. 789. *celeres hinc sagittas*) Scaliger *huic*, quem sequutus Fayus. Ceteri omnes, *celeris hinc*, præter Meursium, quem vide, præsertim si nosse cupias, cur *celeres*? in Creta cap. XI. fin.

Vs. 792. *gelidamque belicen*) Regiom. addito (: ) sic pergit: quod tangit ab *illa* Hispanas gentes &c. *illa* pro *illo* est quoque in Cod. Paris. Est autem illa distinctionis nota Regiomontano signum parentheseos, quæ post vocem *asseris* (vs. 795.) terminatur.

Vs. 797 *Nudos artus*) Codex Paris. & editi præstantiores, *nudo arcu* Vs. 798. *Ægyptum tepidam* &c.) Codd. Lipf. Paris. cum Regiom. *Ægypt. alepidam*. nullo sensu. Malim h. l. sequi Aldum, Prucknerum & Molinium, qui vulgarunt:

*Ægypto ad Leptimque arces Tyriasque recedit.*

Vs. 799. *vicinaque Caridos arva*) Libri omnes constanter, vicina & *Aquarius arva*. id est, *Aquarius non ad asperam modo Ciliciam, verum ad campestre quoque recedit*. Hanc Ciliciæ divisionem tradit Ptolem. Lib. V. cap. VIII.

Vs. 800. *pisce sub atro*) Multo rectior, eademque venustior est lectio Cod. Paris. Regiom. & ceterorum ante Scalig. Editorum: *ubi piscis arator*. Dictus *piscis arator* ab *arando* maris æquora. Vide Serv. ad illa Virgil. *Æneid.* III, 495:

— nullum maris æquor arandum,

Vs. 804 & *Hyrcani*) Malim, si per metrum liceret, *Arii*, quod dedit Fayus. Hoc enim propius accedit ad scriptam & vulgaram Librorum nostrorum lectionem, *Basraque* & *Herios Babyl.* quæ postrema Ald. & Pruckn. luculenter conjungunt. Et videtur sane illud *Herios* Persicum esse vocabulum, a Librariis latinis corruptum, quo distingui solebat hæc Babylon Ægypti ab altera, scilicet Chaldæa. *Panofque*) *πάρης* secundo casu a Pan, *Panis* insula



insula in sinu Arabico, cum aliis Ptolemæo notata, Vide Cellar. in Africa p. 249.

Vs. 807. *per sidera*) Libri nostri, per *secula*. Vicissim *secula* pro *sidera* supra vs. 253. not. Malim tamen hic *sidera*, ob ea quæ sequuntur: *E quibus &c.* Vs. 812. *varios affectus*) Iisdem Aucto ribus legendum, var. *effectus*: sed præstat alterum, quod *amoris odii*que mentionem modo fecit.

Vs. 819. *quod certos*) MS. Paris. & Lips. editique Regiom. Ald Rom. Pruken & Molinii constanter ferunt *quæ* cert. Neque aliter recentiores. Vides adeo, quam nimis confidenter ad *vetustos omnes* provocet Bentlejus.

Vs. 822. *Perpetuosque tenet &c.*) Sic Codex Paris. *Perpetuumque tenent* Regiom. dictum pro, *in perpet.* Mox, *unumque tenorem*. Fayus *vivumq. colorem*. Vetustiores omnes cum Scalig *unumq. colorem*. Vs. 823. *Mutantur*) Regiom. *Permutant* scil. *colorem*. Reliqui omnes vulgatum tenent, præter Cod. Paris. qui legit *Mutatur* scil. *color*. Optime autem interpunxit Molinius sic:

Perpetuosque tenet flores, unumque colorem ( ; )

Mutantur ( : ) sed cuncta diu variantur in orbe ,

Unde satis liquide constat, illud *mutantur* ad *flores* spectare: quæ vero sequuntur, *sed cuncta &c.* respondere his:

——— *nihil est aequale sub ævo* (vs. 821 )

Ceterum in hac lectione, *sed cuncta diu variantur in orbe* Scriptus Paris. & Editi ante Scaligerum omnes omnino conveniunt. Neque mutasset forte Gronov. aut minus Latinum judicasset hoc *diu* Observ. Lib. I. cap. II. fin.) si integra hæc ei lectio fuisset oblata, vel saltem in mentem ei venissent illa Plauti exempla, quibus Non. Marcell. (apud Gothofr. p. 539) probat, *diu* veteribus dictum esse pro *die*. Poteris etiam accipere pro, *tempore longo*, quod infra Noster dedit vs. 836.

Vs. 824. *absistunt*) Imo vero restituendum ex Libris universis, *susistunt*, quod est quandoque *quiescunt*, uti Æneid. II, 243. Peradeo scite reddit Fayus: *superfident olim fructibus suis reddendis*. Conferas omnino vs. 819 & 845. Vs. 828. *validis*) Hoc nullus veterum, nisi forte Gemblag,

Gemblac. agnoscit. *variis*, omnes. Vs. 830 *vomit.*) Molin. ex antiquo Cod. *orbit.* Ceteri omnes, cum MSS. Paris. & Lipf. *venit.* In fine versus, pro *resorbet* iidem Libri, *resolvit.*

Vs. 835. *luit ipsum incendia calum*) Multo sanior sensus constat his: *timuitque incendia calum.* Ita cum Scaligero Libri legunt universi. Conf. Nostrium supra Lib. I, 735 sqq. Mox sequens vs 836. ex iisdem Libris ita refingendus:

*Fugeruntque novas ardentia sidera flammæ.*

Vs. 839 *sedere*) Repetunt, nec inveniunt, Libri *tempore*, in quo nunc vertitur medium comparationis.

Vs. 841. *quibus*) Rectius veteres ad unum omnes, *scis.*

Vs. 843 *medius*) Quis non malit ex Codd. nostris, *medios* rad.? Idem vero sensus.

Vs. 844. *in se tum*) Molin. *ad se tum.* cetera eodem quo Bentlej. tenore dedit. In aliis vulgatis, sensu minus commodo, fertur ad *cacum* vel *cetum.* itemque *luna* pro *lumen.* Vs. 846 *exuta*) Magis placet *excepta*, quod habent Libri nostri, præter Cod. Lipf. qui legit *exempta.* Utrumque, interprete quidem Fayo, valet *intercepta.*

Vs. 848. *Ipse docet titulus causas:*) Molin. omnium rectissime sic:

*Ipsa (docet titulus causæque) ecliptica signa  
Dixere antiqui, pariter sub bina laborant,*

Codex quoque Paris. Ald. & Pruckn. *sub bina.* Cod. Lipf. *sed bin.* Regiom. *sub luna.*

Vs. 854. *Sed modo in affectus* &c.) Ita diserte Codex Lipf. Dedit autem Manilius

*Namque modo infectus totus producit annus*

Hanc referunt lectionem Codex Paris. Regiom. & ceteri omnes vulgati. *infectus annus*, quasi *privatus lumine illorum Signorum*, ac *tenebris obvolutus.* Pari modo Noster Lib. I, 226, ad Lunam defectu laborantem:

Ultima ad Hesperios *infectis* volveris alis.

Vs.

Vs. 869. *Condit enim se, inquit,* ) Regiom. *Condit enim verum.* Et hæc unice vera lectio, sensuique Auditoris maxime consentanea, Confer supra vers. 303 sqq. *vasto recessu* ) Sui Noster optimus interpres supra vs. 196

— qui possint cernere cuncta,  
Quamvis occultis natura condita causis.

*Recessus* a *recedo*, quod est *protraho*, *extendo*, propriè quodvis *spatium* notat. Vide Perott. col. 71. pr. *Hinc cæci recessus* ( Lib. I, 542 ) sunt *loca remota vel abstrusa*, nemini cernenda. Translatione pervenusta Statius I Silv, II, 272;

— cumque tuos *tacito* natura *recessu*  
Formarit vultus &c. i. e. *in utero matris*,

Pari elegantia Noster *animi sensa* hac voce denotavit supra vs. 187. coll. not. Quo sensu Plinius III Epist. III, 6, *Vita, inquit, hominum altos recessus* magnasque latebras habet. Pro *ritu, moribus, institutis* etiam vocem *recessus* usurpari, vix erit, qui fide credat Barthii ad Rutil. Lib. I, 79,

— te celebrat *Romanus* ubique *recessus*.

Vs. 870. *fugit* ) Codex Paris. *piget*. Regiom. cum ceteris, *hebetat*. quod sentiunt oculi Solem intuentes. *quod satis cuncta reguntur* ) Horum imitatione Sidon. Papæ. Avit. vs. 123;

— *Fatum quo cuncta reguntur*,  
Quoque ego, non licuit frangi. —

Confer Nostrum supra vs. 14. Mox, Vs. 872. pro *videri* Cod. Paris. *moveri*, quod est *frangi* apud Sidon. l. m. c.

Vs. 876. *Perspicimus* ) Ex rei veritate legendum, *Prospic.* quod vs. 885 pro vulgato *conspic.* habet Cod. Lips. De hac voce nos supra ad Lib. II, 950. *cur non est munere cali* ) Legendum cum Libris universis: *cur non est munera cali* ( ? ) Confer, si placet, notam ad Lib. II, 115 sq. *munera* ) eodem loco vox intelligenda, quo supra Lib. III, 137. Denotat h. l. *officia*, quæ stellis sua singulis adscribebant Veteres,

Vs.

Vs. 877. *Quanta at pars*) In Libris nostris hic versus legitur post 882. Pro *at illi et*. Vs. 880 *nutritia*) Conf. not. ad Lib. III, 133. & Gronov. Observ. Lib. I. cap. XL p. m. 101.

Vs. 883. *Pervissimus omne*) Codex Paris. Regiom. & ceteri vulgati: *pervidimus omnem* Vs. 885. *Stirps sua*) Iisdem adhuc libris accedere malo, qui habent *Pars sua*. Ita Noster supra Lib II, 116 Exquisita in eandem sententiam loca recitavit Schedius, quem operæ pretium est adire in de Diis German. pag. 314 fq.

Vs. 888. *Utque est*) Libri omnes, *sic*. pro quo Fayus, *sic*. non male. Vs. 889. *Aeris*) Iidem, *Ætheris*. Vs. 890. *Spiritus et toto &c.*) Cod. Paris. Regiom. ceterique impressi:

*Spiritum et in toto rapidum qui iussa gubernat:*

Rectius omnino Fayus V. C. dedit: *Spiritus & toto rapido qui &c. Spiritus est Vis anima divina* Lib. I, 250. Ille gubernat *iussa* seu *fati decreta*, in *toto* hoc universo *rapido*, quod celeri cursu movetur. Quod si veterem sequi scripturam velis, ita tibi verborum ordo concinnandus erit: An dubium est, esse *et Spiritum rapidum*, id est, *agillimum & in agendo velocissimum* (quo sensu *rapidus* venit *ignis*) *qui iussa gubernat in toto* scil. *mundo*, quem vocat hoc *omne*, supra vs. 406.

Vs. 891. *et nobis*) Scribæ librarii & interpretes omnes in nob. Vs. 892. *Ætheriasque auras animo*) Vetus est lectio: *Sanguineasque animas animi*. Distinguit animam vitalem quæ est *sanguinea* (Levit. XVII, 4.) *a rationali*, qui dicitur *animus*. Illam brutis animantibus tantum; hominibus utramque disertius adsignat Juven. V Sat. XV, 149:

Principio indulsit communis conditor illis  
Tantum animas, nobis animum quoque —

Vs. 896. *An quoquam*) Ita Codex Paris. & editus Pruckn. *quoiquam* Aldus, pro quo *cuiquam* Regiom. *quosquam* non minus bene legit Molinius. In eandem sententiam Juvenalis:

*Sensum ex caelesti demissum traximus arce.*

Vs.

Vs. 897. *animalia muta*) Hoc, rectius judicante D'Orvillio ad Charit. p. 663, ταντολογον foret, eo quod sequitur, *lingua remissa*. Rescribendum ergo, *animalia cuncta*. Sic Scripti Cusique omnes.

Vs. 899 sequenti postpositus est in Libb. Scriptis & Editis præstantioribus, *somnusque per artus*; Melius, *sensusque*. Sic Editores ante Bentlejum, omnes Cod. Lipf. *censumque* minus bene. Vs. 901. *in inspectus*) Libri cuncti, & insp.

Vs. 902. *educitur artes*) Non deferenda vetus scripta & vulgata lectio, *educ. in art.*

Vs. 903. *Hic partus*) Non, totus homo: sed *Spiritus*, quod declaratur his, *qui cuncta regit*.

Coll. vs. 892. *in urbes*) Quæ tamen, homine vix creato, adhuc erant nullæ. Restituendum itaque *in orbem*. non, *in orbes*, quod habet Cod. Lipf. *orbis* & *μυροτόμος*, qui est homo. Dixerat enim (vs. 894 sq.) *est et mundus in ipsis, Exemplumque Dei*, qui est mundus, uti supra Lib. I, 138. coll. nota. Vs. 905. *in arcem*) Codd. Paris. & Lipf. Regiom. ceteri *in arce*.

Vs. 907. *propiusque*) Cod. Paris. *primusq.* Vs. 909. *at caca*) Nullus non malit, & *caelum*. Vs. 910. *se*) Libri antiqui minus bene, *sic* quær. Vs. 911. *Huic in fata*) Editi Ald. Rom. Pruckn. & Molin. *Hinc*. pro *fata* omnes legunt *tanta*. Nec aliter Briffon. de Form. p. 22.

Vs. 912. *boum sub pectore*) Lege cum præstantissimis quibusque libris, *suo sub pect.* Confirmat a pari, nos posse noscere cælos & sidera, eque illis rationem ducere, atque illis fidere, sicuti bene credimus & avium cantui, & pecorum fibris.

Vs. 917. *seque ipse*) Æque proba vetus est lectio, *seque ipsum*. Vs. 918. *pateatque videndus*) Repetitionis fastidiosus Editor Anglus mutavit hanc genuinam Cod. Paris. Regiom. & ceterorum lectionem, *doceatque videndo*. Cur non potius ex MS. Vossiano dedit versu seq.

— *cogatque suas attendere leges.*

Hujus

Hujus lectionis indicium fecit Cl. Heringa Observ. Cap. IX. p. 77. *Cogatque non vi, sed rerum argumentis*, cui convenit illud, *εὐαγγέλιον εἰσαγγέλλειν* Lucæ XIV, 23. Alterum vero, *doceatque videndo*, rectius quam *videntes*, quod V. C. ex conjectura loc. cit. Ceterum non indignæ sunt hæc Nostri rationes, quibus compares verba D. Pauli Actor. XVII, 27 sq. & Rom. I, 19 sq. Prævit nobis hac meditatione D. Melanchthon in præfat. ad Regiomontani Tabulas, ubi quidem tecto vel ignorato Manilii nomine, versum hujus Libri 895, ipsissimis Nostri verbis, recitavit. Parem omissionis errorem commisit Schonerus, in Præfat. ad suum librum de Nativitat. Judic. hunc versum ad suas rationes ducens: *Ornari res ipsa negat* &c. Lib. III. 19. quem nominatim Nostro adseruit Leovitius in Præfatione altera.

Vs. 921. *Quia non condit* ) scil. *ea jura*. Conf. not. ad Lib. I, 26. Vs. 924. *auri pondera parva* ) lege ex Codicib. parvi. Vs. 926. *punctum lapidis* ) Vide not. ad Lib. I, 527. & Barth. Advers. pag. 1732. pt.

Vs. 934 sq. *mittitque ad sidera numen, Majus &c.* ) Sensum turbat interpunctio, quæ ad normam meliorum Librorum sic disponenda: mittit ad sid. numen Majus :) Sic Regiom. Ita quoque distincta leguntur hæc verba in notis ad Lactant. Lib. I. p. 65. & 69 sq.

Vs. 935. *Augusto crescit sub principe cælum* ) Ipse enim *cælo post maximus auctor* Lib. I, 393. *cælum* collegium Deorum uti Lib. I. vs. ult. Confer not. ad eund. Lib. vs. 764 De Apotheosi viventis Augusti Sueton. in ejus Vita cap. 59.



## NOTÆ SELECTÆ

I N

## A S T R O N O M.

## Librum V.

Vers. 1. *Hic alius finisset iter*) Non debuit sic corrumpi vetus & proba lectio: Sic al. fin. *opus*. Codex quoque Paris. Sic, & in margine *His*, pro quo Turnebus Advers. pag. 797 mavult, *Hic*. Non valde obnitur, modo retineatur *opus*. h. e. *materia ad elaborandum proposita, argumentum tractationis*. Seneca Nat. Quæst. init. Nunc ad propositum veniam *opus*. Et Plinius H. N. Lib. 37. pr. Ut nihil instituto *operi* desit.

Vs. 2. *adversa*) Vide Notam ad I, 15. et præ primis Gemin. cap. X. *stellarum numina quinque*) *Planeta* scilicet, Deorum nominibus insigniti, & tutelaria domorum cælestium numina. Vide Lib. III, 899, 967. &c. Præter rem Scaliger, *lumina*. Hæc correctio magis convenit versui 17 Lib. II, ubi nos, si velis, vide. *Sideribus* autem cunctis *divinitatem* asserit Cicero de Nat. Deor. Lib. II. cap. XV. pr.

Vs. 3. *Quadrijugis*) Quia totius anni metas *temporum quadriga* Phœbus percurrit. Savaro ad Sidon. pag. 193. & Fulgent. Mythol. Lib. I. cap. XI.

Vs. 8. *superare*) Sequi lubet Cod. Paris. & Editos præstantiores, qui legunt *properare*. . *jubet*. non *libet*, quod est in Cod. Lips. nec *lubet*, quod Scaligero placuit.

Vs. 15. *Et biferum cetum*) *Regiom.* Et *biferus cetus*. Huic lectioni subscribit Turnebus Advers. pag. 797 Cl. Vierschrotus maluit *ad biferum cetum*. Cui quidem conjecturæ ipsum cælum mirifice favet. Latissima enim curvatura & anfractus Eridano cælesti est ad Cetum; idque ex sententia nostrorum & antiquorum temporum. Hygin. Poët. Astronom. III, 31. pag. 451. ed. Munk. *Eridanus a sinistro pede profectus Orionis & perveniens usque ad Pistricen*. Hoc nomine monstrum illud marinum venit, Nostro dictum h. l. *biferus cetus*, quasi feris duobus compositus

positus, *pisce* nimirum qua squamas, & *vitulo marino*, si os ejusdem spectaveris. Poteris etiam eo sensu vocem accipere, quem habet hoc *bisur* i. e. *plusquam fur*. Perott. col. 859. Conf. Nostr. infra vs. 579 sqq.

Vs. 24. *Inque alas stellatus equus*) Codex Paris. & Regiomontanus sic:

*Quaque volat stellatus aquis —*

quæ cum sequentibus ad Delphinum pertinent. *volat* est *movet se*, vel non alatus. Sic Lib. I, 316. II, 790. & alibi sæpiissime. Et hoc *volare* magis proprie de Delphino, quam de equo alato, dici videtur. Est enim (Auctore Plinio H. N. Lib. IX. cap. VIII.) *velocissimum omnium animalium*, non solum marinorum; *ocyor volucres*, *acrior telo*, id est omnino quod Noster confirmat his, *celeri sagittæ Delphinus certans*, qui utpote stellatus etiam *Sagittam*, cæleste sidus, ortu situque antevertit.

Vs. 29. *Et quota* ☿. ) Non inconcinne Turnebus l. 6.

*Et quid de bis sex signis pars quæque reducat.*

Cod. vero Paris. cum Lips. & qui hos typis descripsere, Regiomontanus & ceteri omnes, hanc referunt Manilii scripturam:

*Et quod de bis sex astris par quodque reducat.*

*Pars* & *Par* sæpius commutata, uti supra IV, 445. *quod* pro *quid*, tentatum Turnebo, qui etiam mox, *pars* quæque. Sed melius *par quodque*. denotat enim *bina astra*, nimirum *Zodion* quoddam cum astro vicino, uti mox vs 36 sqq. *Aries* ☿ *Argo navis*. mox idem ille cum *Orione* vs. 57. quæ *conjunctum aliquid habent aut consentiens*, ceu loquitur Cicero, qui ad astrologicas hasce nascendi rationes quasi præfatus, omnino conferri meretur in de Divinar. Lib. II. cap. XLII. *reducat* quasi *producat* vel *jecum* aut *post se ducat*. Hoc sensu vox apud Maronem occurrit Georg. I, 249. & Æneid. I, 147.

Vs.



Vs. 30 *Has stellis* ) Libri vetustiores ac præstantiores, *Ac stell.* Puto scriptum reliquisse Manilium *At stell.* quo præciperet lectori, se carmine non condere naturam, sed conditam a Jove sequi velle. *Et tempora rerum* ) i. e. *certam dimetienda rerum existentia rationem*, Nam cum Chaos esset, non erant tempora: siquidem tempus certa dimensio est, quæ ex cæli conversione colligitur. Vide Perott. col. 525. med. Vs. 32. *Vir gregis* ) qui est *Aries*. Dictio prorsus Maroniana. Ecl. VII, 7:

*Vir gregis, ipse caper, deerraverat.* — — —

Vs. 34. *visere Jolcon* ) Codd. Parif. Lipf. itemque Re-  
giomont. cum interpunctione Aldi, Prukn. & Molinii  
hos versus ita constituere

— nec pelle immunis ab ipsa

Colchidis (,) & magicas artes (,) qui *vertere Colchon*  
*Medeam* iussit (,) — — —

Pro *Colchon* legendum omnino *Jolchon*, vel *Jolcho*, quod Scaligero placuit, qui proinde locum ita *παπαρᾶζυ*, qui iussit *Medeam* magicas artes *Colchidos* *vertere* *magicis arti- bus Jolchi*. *Medea* mutavit *Colchon* *Jolcho*. Utraque urbs clara veneficiis. *Vertere* sic, uti dicitur *vertere solum*. &, *mutare pelago terras*, vs. 42. Vide Turneb. pag. 998. & Barthium Advers. pag. 130. qui versus illos ad hanc formavit sententiam

*Colchida sed magicas artes quis vertere Jolchon*

*Medeam iussit, movitque venena per orbem (?)*

*Hic, ait, est aries, vicinè pontum, dedit freto nomen.*  
*At exfors ille est scelerum, quæ in repetitione velleris sui*  
*postea contigerunt?*

Vs. 37. *A dextri lateris ducit* ) Vetus nostrorum Li-  
brorum, & duorum quos vidit Barthius, lectio, a qua  
primus, quem sciam, Scaliger discessit, ita habet:

*Ac dextri lateris ducat* — — —

Bene. Hæc enim cum præced. cohærent, *cum naviget, ac*  
*ducit* &c. Vs. 38. *Sed tum* ) Legendum ex Libris præ-  
stan-

stantioribus, Sed cum, uti mox vs. 39: cum Corniger extulit ora.

Vs. 40. *Ille* ) Meliorum librorum auctoritate reponendum *Illo*, scil. *Cornigero*. Vs. 42. *ventisque sequetur Fortunam* ) Idem supra Lib. III, 151. *ventis* i. e. *ventorum ope*, *beneficioque*. simplex, *sequetur*, pro *persequetur* i. e. *adsequi studebit*.

Vs. 44. *alios Minyas* ) Scripta & vulgata vetus lectio reclamatur *alios menses*. quod, interprete Turnebo pag. 998, eleganter dicitur de *regionis diversa temperie*, *diversoque calore*. Nam qui menses æstuosi sunt in Thessalia, alii sunt in Colchide, nec ita fervent, sed leniter tantum tepescunt. *atiumque Phasin* ) Colchidis fluvium. Vide Vossium Etymol. voce *Phasianis*. Legendum fortassis, *aliamque phasin* scil. *Luna*.

Vs. 46. *istos ortus* ) Quid impedit, quo minus retineamus *partus*? Consentiunt in hoc Libri universi.

Vs. 48. *non inebet undis Perfida* ) Cod. Lipsi legente Vierchroto, *indis Sidera*. Hoc *sidera* ceteri omnes tuentur. Cape sis pro *Sole*, (coll. Lib. III, 18. not. ) *Sol* autem *daret* atque insigne Perfarum, quod Xerxes Indis vel mari induxit. At Cod. Paris. Regiom. ceterique vetusti Editores pro *indis* legunt *undas*, quod non omnino repudiandum. *inebet undis Sidera* idem quod *vebet Sidera in undis*. Hæc quoque lectio duorum antiquorum Codd. quos frequentavit Barthius, qui ad illustrandum locum addit: *Undis inebere sidera* poetice dixit *omnem fortunam querere pelago*, & instar deorum illi dominari velle.

Vs. 49. *pelagus Xerxes facietque tegetque* ) Idem fere supra Lib. III, 21. Ennius apud Varronem Ling. Lat. pag. 69. de Xerxe:

Isque Helleponto pontem contendit in alto.

Quæ imitari voluisse videtur Sidon. Apollinar. Panegy. Majoran. vs. 452 sq. his verbis

—— tumidas cum sterneret undas

Et pontum sub ponte daret ——

Hæc vero, multum abest, ut ad illam sermonis sublimitatem

tatem emergant, qua quidem divinum prorsus ingenium, Manilii puta, Xerxis illa duo maxime stupenda molimina duobus itidem verbis complectitur: pelagus facietque tegetaque.

Vs. 50. *Vera Syracusis Salamis* &c.) Qui veram hanc esse lectionem existimat, interpretes ejus habet locupletissimos, Barth. Advers. pag. 131. & Gronovium Observ. Lib. I. cap. III. Nos equidem sequi Regiomontanum malumus, qui dedit

*Hiera* Syracusas (: ) Salamis non teget Athenas.

Hæc enim tam videtur esse genuina & sincera lectio, quam si esset ex Auctoris autographo deprompta. *Hiera*, quod modulando pronunciabis *Hira*, vel ipsam denotat urbem *Athenarum*, quam diserte πόλιν ἱερὰν salutavit Aristoph. Pace vs. 1036. vel, hoc quidem loco, signat navem illam stupenda molis & armaturæ, quam graphice depinxit Thucyd. Lib. VII. §. 25 med. ubi simul memorat, eam ab Atheniensibus Syracusas missam, ad valla expugnandum marina. Vides adeo, quam sit hoc *Hiera* rei de qua Noster, apprime conveniens. Quo quidem ipse nobis se Scriptorem probat ornatissimum pariter ac commodissimum, qui proprio rei vocabulo, adeoque non suo potius quam Attico uti sermone maluit. Præter enim ea quæ divino erant cultui dicata, sive res & loca sive personæ, alia quoque multa Græcis signate ἱερὰ fuere dicta, propter eximiam illorum qua magnitudinem, dignitatem, usumve præstantiam. Hinc ἱερῶς Suidæ exponitur μεγάλης. Hesych. ἱερὸς λόγος, ἐν τακτικῷ, ἢ πρώτῃ ἀπολογία. Ultimam hujus glossæ vocem, in Lexicis desideratam, reddit Alberti V. C. in cohortes distributionem. Magis ad rem nostram facit, quod Suidæ memoratur ἱερὰ τριήρης, quam dici posse putat *Patalum*, vel eam quæ quotannis Delum ibat, Athenis scil. ad deportandam forte pecuniam, quam auctore Aristide in commune illud ærarium Græciæ collatam fuisse scribit Nepos in Vita Cap. III. pr. ἱερὰ ἄγχυρα, qua non nisi in summa necessitate utuntur est apud Pollucem I, 93. qui etiam ταμίαι dictos fuisse notat τὴν ἐν ταῖς ἱεραῖς τριήρεσι ληστρυῖναις. unde discimus, plures fuisse, Atheniensibus  
H h 2  
saltem

saltem, *naves sacras, quæ celerius navigabant ceteris, ob-  
lectissimos remiges atque optimum apparatusum*, quod per-  
quam scite observatum politissimo Kühnio ad locum. Cui  
compara Gebhard. ad Nepotis Alcib. Cap. IV. not. 8. Satis  
ergo dilucide apparet, ejusmodi Nostro *sacram* indigitari *tri-  
remem*, quæ post alias multas Syracusas missa victoriam pepe-  
rit Atheniensibus. Vide iterum Thucyd. loc. cit. *Hiera  
Syracusas*, supple *non merget*. Est autem h. l. *mergere* non  
id quod *delere* & funditus perdere, sed *idem ac obruere,  
occupare*. quod est *claudere*. Conf. not. ad Lib. I, 339. quod  
alterius quoque membri sensum recludit:

*Salamis non merget Athenas*) Intelligit Auctor bellum  
grave ab Cecropia gente cum Megarensibus propter Sala-  
minen gestum, cujus illa diuturnitate defessa, *lege pœnam  
sunxit capitalem, si quis rogationem ferret, vel reserret ite-  
rum ad cives, de afferenda Salamine*: Plutarch. in Solone  
pag. 82. B. Itaque Noster, brevissimis licet, hanc stru-  
xit sententiam: *Si non essent sub Ariete nati navigatores,  
Syracusani non fuissent oppressi ab Atheniensibus, neque bi-  
viciis a Megarensibus; propter insulam Salaminiorum.*

Vs. 51. *Punica transtra*) Retinendum omnino hoc *rostra*,  
quod nemini ante displicuit quam Bentlejo, causam asse-  
renti memoratu, nobis quidem, minime dignam. *Rostra*  
magnificentius dictum, quam *transtra*. Illa enim bellicas  
naves certo indicant. *Rostrata* Carthaginensium *triremes*,  
& de iis navale tropæum C. Duilii, *columna rostrata*. Vide  
doct. D'Orville ad Charit. pag. 627.

Vs. 52. *utrimque*) Cod. Lipf. *utrumque*. Regiomontan.  
*utroque*. Sic quoque Barth. l. c. ex Ms. & Editio vet. Rectius  
Cod. Paris. quocum faciunt Ald. Pruken. Molin. *uterque or-  
bis*, scil. *oriens* & *occidens*, pro quo Rutilius pari sermonis  
elegantia dixit *Phœbus uterque*, Lib. II. vs. 28. Denotat  
Noster *imperium Romanum*, quod similibus Poëtarum exem-  
plis illustrarunt Viri docti ad Rutil. l. c. *celi fortuna*) ob  
Romam cælo adscriptam, quod suo loco nobis observatum  
Lib. IV, 695.

Vs. 54. *discurrunt*) Non est classis bene ordinatæ *ul-  
tro citroque currete*, id quod *discurrere* Livio Lib. I. cap. IX.  
ubi

ubi de raptu Sabinarum sic scribit : *signoque dato, juvenus Romana ad rapiendas virgines discurrit.* Quapropter magis placet inveterata lectio, *ducuntur in æq. class.* *His ducibus pro, ab his duc.*

Vs. 57. *Sed decima*) Libri omnes, *Sed summâ lat. i. e. suprema parte lateris sinistri Orionis.* Vs. 58 *magnumque amplexus Olympum*) Confer Nostrum supra Lib. I, 399. Libri veteres, magn. complex. olymp. vs. 60. *Ementita*) Iisdem legitur *Et ment.* Hoc est : *Ipsa nox clavior erit cum Orion calum possidebit.* Nihil suavius dici poterat, *Ementita* demit sententiæ & venustati.

Vs. 63. *Indelassato*) Cod. Lipf. & Regiom. *In delassato.* Turnebus mavult *Inde lassato* propter. *corda vigore*) Sic omnino recte Regiom. non, *corde videre*, quod habent Codd. Paril. Lipf. & Editorum plurimi. *Corda*, ipse homo *cordatus*, qui quantuscunque est, cor merum est.

Vs. 64. *totaque habitabit in urbe*) Sic Turnebus & Scalliger mutarunt antiquam lectionem, *totoq. hab. in orbe.* Toties videmus lapsos interpretes cum librariis imprudentibus, quoties illæ voces recurrunt, *in toto orbe* Noster dicere potuit aptissime, propter affluentiam, quæ Romæ fuit, hominum *ex omnibus*, qua patet, *orbis partibus*, quos *ardeliones* illi salutare, prenare & convenire fuerunt, ac si ad illorum familiares omnino pertinerent. Id genus homines ad vivum quoque depinxere Martial. Lib. II. Epigr. VII. & Phædr. II. Fab. V.

Vs. 74. *lapis*) In veterum glossis, annotante Barthio p. 131, *lupi* dicuntur *quacunque instrumenta ferrea, quibus aliquid attrahere possis*; ut unci, quibus vasa in puteos delapsa attrahuntur.

Vs. 75. *torto gyro*) Hanc ferunt lectionem Editi Aldi; Pruken. & Molin. Eandem Viri docti ad Silium Lib. VII, 412. & Barthius loco citato tuentur. Codd. Ms. Gemblac. Lips. & Paris. a secunda manu correctus, ferunt *toto gyr.* Nec aliter Regiom. Quodsi *tortum* malis, dic quæso, cui bono? cum vix sit tam imperitus lector, cui *gyrus* decircinandus fuerit, ne forte sibi alium, *non - tortum* puta,

H h 3

in

in certamine præfertim curuli, fingat. Vidēs autem, omnis ævi Scriptores in hoc argumento versantes, illo epitheto, ne forte se ridiculos darent, consulto abstinuisse.

Vs. 76. *fregerunt claustra*) Equi ne, an homines? Alterutrum enim subaudiendum, nisi contra sermonis usum hoc *fregerunt* intransitive sumi velit hujus lectionis ingeniosissimus auctor, Benelejus. Multo nobis significantius sonat illud *fugerunt* vel *fugierunt*, quod vulgati omnes, Scriptis omnino conspirantibus, tenent. *Fagere* putes *claustra* vel *ostia* duodecim carcerum, dum repentino motu se recipiunt, ut a nemine conspiciantur. *Fugiant* pariter *effusi*, quos dicit Virgilius, *equi*, Æneid. V, 145. Plura in hanc rem Salamas Exercit. Plin. pag. 648 sqq. & D'Orvill. ad Charit. pag. 777 sq.

Vs. 77. *prorumque*) proprium huic rei vocabulum. Vide præter auctores modo laudatos Sidon Apoll Carm. XXIII, 351. & Savaronem ad loc. Vs. 80. *currus malignos*) i. e. dubiæ incertæque spei, periculorum plenos. Eodem fere sensu Rutilius, *sub tempestate maligna* Lib. I, 619. ubi vide Barth. eundemque ad Stat. II. Theb. vs. 498.

Vs. 83. *meta currere acuta*) est, eam pene tangere, & solo acumine circumflexionis cavere & evitare, ne rota ei illidatur; quare & extremum casum (sic libri nostri, non *calce*) esse & ex eo suspendi spem inquit.

Vs. 87. *Perque volabit equos ludens*) Hæc lectio, si quidem ad veterum Librorum normam exacta, & scriptione & punctuatione peccat. Legendum sic: *Per quos vadit equos* (:)  
i. e. *per quos desilit*. pro *ludens* Cod. Paris. *ludit*. Regiom. & ceteri, *ludet*.

Vs. 89. *Nunc ciet in longo &c.*) Non inscite conjecit Turnebus pag. 797:

Nunc *leget* in longa per cursus *pramia* circo.

Sed præstare nobis adhuc videtur inveterata Codicum priorum lectio:

Nunc *licet* in longo percussus, *pramia*, Circo  
Quicquid de tali studio formatur, habebit.

Maluit

Maluit Barth. *præcurfus*. rectius autem de eo qui arma tractat dixeris *percussus*. Sensus: *idus*, *vulneratus licet*, *tamen*, *si longum decurrerit Circum*, *id omne quicquid tati studio præmii loco propositum est*, *obtinebit*.

Vs. 91. *in urbe*) scil. *Ædis*. Virgil. *Æneid*. VI, 588. Frustra nobis hic offerunt Libri vetusti *orbe*: nisi quis accipiendum putaverit pro *orbe factiti*o magni referente speciem Olympi, cuius ille sonitus imitabatur, quod ait Virgil. l. c. vs. 586.

Vs. 93. *Admovisse*) Iidem illi *Amovisse Jovem terris* (delect hic distinctionis notam) *de fulmine fingit* (.) Vs. 95. *inmissos*) Ceteri omnes, *immensos ignes super* (:) Interpunctio Regiom. Vs. 96. *generatus possit haberi*) Sic omnino Cod. Paris. & editus Regiom. Aliter recentiores tres, *generatus quo sit habendus*. Vide pluribus ad totum h. l. Gronov. Observ. Lib. III. cap. XV. pag. 564 sqq.

Vs. 100. *cursor*) Cod. Lips. *cursu*. Paris. Regiom. Editique ceteri, *campus* scil. *caelestis ille* vs. præc. Ab hac lectione nos, ut discedamus, non movet auctoritas Cl. Barthii, qui substituit ex conjectura, *tempus*. Vide Advers. pag. 132. Vs. 102. *ortu*) Malim retinere *ortus Aries*, quod dudum invaluit. Vs. 105. *ne crede* &c.) Scripti pariter ac impressi, *nec pro neque vero*, quod cum sequentibus ita vult necti: *neque vero putes severos ac graves mores huic sideri esse asserendos*.

Vs. 106. *strictas in colla secures*) Cod. Paris. & Regiom. *structos nec crede Catones*, quæ lectio est ceterorum quoque veterum impressorum. *structos* capimus pro, *natos* & *formatos*. Cf. not. ad. Lib. I, 769.

Vs. 107. *Abreptumque patri Torquatum* &c.) Hujus lectionis vestigia non obscura tenet Cod. Lips. in his: *Abreptamque patri Torq.* Cod. Paris. Regiom. cum editis posteris: *Aut Brutum atque parem Tarquinum*, pro quo Gembl. recte, *Torquatum*. Confirmat hoc Barthius Adversar. pag. 132.

Vs. 110. *in cursus alacres* ) Codicum auctoritate legendum, *in luxus agiles*. Gemblac. *in lusus*. Malim dedisset *in lussas*, quod sequentia suadent, imo postulant.

Vs. 111. *Desudant* ) h. e. *hactenus sudant, laborant*.

Vs. 114. *Et minimum cecidisse malum est, sed &c.* ) Nolim hunc versum præproprio Bentleji iudicio proscriptum. Quippe totidem verbis in nostris libris legitur, & ad sententiæ complementum omnino pertinet. Sensus: *Et in maiore malo habetur criminis exercitio ab altero victum esse, quam criminis penam vel occumbendo dedisse*. His compagna quæ ad ista verba commentatus est Barth. Adv. pag. 159.

Vs. 223. *montemque sacrum* ) Membranæ a Barthio excussæ, cum Scriptis ac Editis nostris, *montesque sacrorum*. Bene. Nam *sacri montes* veluti proverbio indicant *secessus turbulentæ plebis*, non aliter atque mox *Gracchi* homines seditiosissimos. *rarosque Quirites* ) i. e. *electos*, quos noverunt ipsorum partibus studere. Vide Non. Marcell. in voce.

Vs. 124. *furtimque alimenta ministrant* ) Rectius habet inveterata Librorum omnium lectio, *curaque animi ministrant*, scilicet *iis, quibus prospiciendum, ne quid respublica detrimenti capiat*. Itaque suspicio seditionis oriundæ, & consilia quæ capienda sunt, ad illam amoliendam apta Nostro *alimenta cura* dicuntur.

Vs. 125. *Immundus* ) quasi vero præter istos seditiosos etiam pastoritiæ artis cultores hoc Sidere nascerentur. Somniavit hæc Firmicus Lib. VIII. cap. VI. At pessimæ sint, oportet, notæ, qui, quod notanter addit, *immundum* gregem agitant *per sordida rura*. Neque Noster quæstum unquam opilionibus sed navigatoribus tribuit. Itaque cum Codicibus omnino legendum *Immundus*que cuius ratio & sensus uberius reddetur nunc ad

Vs. 126. *Et fidum Laertiadae genere Lyboten.* ) Hoc quidem pacto Scaliger selocum hæctenus dapravatissimum certa facillique conjectura restaurasse, non sibi tantum ipsi, verum etiam Barchio Bentlejoque persuasit: nobis autem minime. Præterquam enim quod illud *Laertiadae* a vera, non ficta, Codicum lectione iusto longius recedit, sententiæ quoque structura Manilianæ rationi nequaquam est congrua.

Quid



Quid enim fido Eumæo cum illis hominibus turbulentis, seditiosis; aut cum pravis ejusmodi pastoribus, qui *immundus grex agitant per sordida rura*? Quis item genethliacæ artis Magister diversissimos mores uno eodemque astro progigni docuit? Accedit, quod duæ sententiæ sibi adversæ mediante vocula *Et* nectuntur, incommode prorsus. Videant Ergo Eruditi, quam commodiore emendandi ratione versum hiantem miserimeque omnium laborantem sanare queant. Frustra vero hic Regiomontani requisiveris operam, qui vel in suo Codice versum non legit, vel tam scabrum offendit atque corruptum, ut maluerit eum omittere, quam reddere non comptiorem. Et, si veteriores spectaveris libros, vix est, quod de ejus salute speres. In Cod. quidem Gemblacensi Fayus hæc legit, quæ Barthius quoque suo ex Ms. prodidit,

*Et fidunt veri dum genuere booten*

Eodem vero Scaliger usus faventiore, hanc ibi invenit lectionem, quæ est in Lipsiensi quoque,

*Et fidunt nerciada genuere sybooten*

Bentlejus tandem e Vossiano, *vernadu* prodit, cetera silentio texit, sprevit. Membranæ Paris. lacuna defectum vocis indicantes, hæc scripta ferunt

*Et fidunt genuere booten.*

Editorum veterum piget referre conjecturas. Aldus, Puknerus, Molinius, cum Romano, versum illum reddidere metro damnatum, vel sententiæ rationi adversum. Qualis est, quem Cl. Fayus ex Junii Bitur. manu reddit

*Et fidum in terris alium genuere booten.*

Ne vero nos ἀσύνετοι prorsus huc accessisse videamur, age, nostram quoque conjecturam proponamus, quæ tuo, B. L., æquiore judicio stabitque cadetve. Enimvero nobis facile persuademus, hunc versum, forte etiam præcedentem, e legitima Poëtæ familia non esse; sed vel e Firmici vel alterius cujusdam interpretis manu profectos. A qua opinione non dimovebimur, si quis fuerit Codex, præter eum quo usus Regiomontanus, cui versus ille non legatur, qui citra sententiæ detrimentum abesse omnino potest. Quod si vero quid Noster ex abundanti ingenio

H h 5

adje.

adjecit, ad hanc fere sententiam verba putamus esse colligenda:

Et *findunt*, quem *Nereides* genuere, booten.

Ita namque præter hoc *quem*, quod omnino supplendum, omnia veteri scripturæ quam proxime accedunt. Sensum quoque illa pandunt non minus aptum quam facilem, si antecedentia verba: *immundosque greges agitant per sordida rura acceperis de seditiosa plebis seductoribus*, de quibus ad continuandam allegoriam addit: Et *findunt* id est *dividunt*, *segregant booten* sive *armenti custodem*, qualis *Arcturus* ille, *booten*, inquam, quem *Nereides*, *Nymphæ Gratiis* similes, *genuere* vel *formavere*. id est, *ducem vel principem optimum*. Has autem *Nymphas* dictas esse *Hyadas*, de quibus modo agitur, diserte tradit Hesiodus, cujus verba ex ejusdem Astronomicis recitat Tzetzes ad *ἐργ. C.* pag. 92 &, satis tamen corrupte, Natal. Comes Mythol. Lib. IV. cap. VII. pag. 326.

——— *νύμφαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι*

*Φαισύλη, ἥδ' ἐ Κορωνίς* — — —

*Ἄς Ἑάδας καλέουσιν ἐπὶ χθονὶ φύλ' ἀνδρῶπων.*

De Hyadum etymo plura, Literatore non indigna, Gellius Lib. XIII. cap. IX. tot.

Vs. 131. *E gelido stellata polo*) Ita constanter Libri omnes. *stellata* i. e. *uicans*, *fulgens* in regione septentrionali, *qua dextera pars est*) scil. vultui ad septem triones converso. Vs. 133. *Nutrimenta*) Legè cum Vetustis, *Frumenta* nimirum *vite*, prima alimenta.

Vs. 136. *in strepitus*) Malim e Libris scriptis pariter ac impressis, *in trepidis*, quod recte Bentlejus reddit *periculosis*, ex Horat. III. Carm. II, 3. *levibus obnoxia causis*) id est, *vel levis quoque causa anxia*. Justa gradatio, a majoris momenti causis ad leviores.

Vs. 137. *His tamen ingenita est*) Suspectam immerito Scaliger reddidit priscam lectionem, a Bentlejo demum non Auctoris, sed suo ingenio aptatam:

*His etiam ingenium visendi ignota cupido,*

*inge-*

*ingenium* dicitur, *quidquid cuique rei est naturale & quasi ingenitum* Itaque sic reddes verba: *Ad horum quoque naturam pertinet cupido visendi ignota.* Nihil in his absurdi. Nec *etiam* aliquid monstri habere nobis saltem, ita videtur uti Barthio Animadv. pag. 159.

Vs. 138. *per montes quarunt*) Cod. Paris. & Regiom. *ignotam* hactenus optimamque lectionem servant his Auctoris ipsius verbis conceptam:

Ut nova *pernoctesque ruunt* arbuta capellæ

In Cod. Bononiensi eandem reperit Barth. nisi quod *per noctisque* legitur pro *pernoctes* i. e. *pernoctantes*. Quod additur, *que*, valet *etiam*. De notione vocis *ruunt* non erit nobis cum quoquam magnopere disceptandum. Falsi sunt omnes hactenus, quotquot eam acceperunt pro, *festinanter eunt; discurrunt, vagantur*. Inde absurda illa verborum collocatio. quam merito castigavit Bentlejus. Quin potius hoc *ruere* Accusativis, *arbuta nova* junctum agentis est, notatque *diruere*, quod revera capellæ faciunt cum pervadendo tum decerpando & commedendo virgulta. Cf. Servium ad illa Virgillii Georg. I, 105.

— *cumulosque ruit* male pinguis arenæ.

Vs. 141. *Sexta parte sui*) qui sunt gradus 5. Non autem *sexto gradu*, quem concepisse Firmicus videtur. Petav. Dissert. pag. 96. *certantes luce sorores*) Nil dari melius potuerit, consentientibus præsertim optimis Libris, Paris. Regiom. & quem Bentlejus allegat, Vossiano. Reliqui vitiose, *odores* Lips. *lucis ad horas* Ald. & Pukn. in quibus corrigendis egregiam operam luisse videtur Cl. Burmann. ad Flacc. Lib. III, 48. quod enim ille corrigit, *ad oras*, dudum dederat Molinius.

Vs. 143 *eduntur*) Libri omnes, *educunt*. cujus gratia Barthius tentavit *Bacchi Venerisque educunt sequaces suos*. Sed putamus impersonaliter positum hoc *educunt*, uti supra Lib. I, 631: Hos volucres *scere*, supple, *artis magistri*.

Vs.

Vs. 146. *sui cultus*) Hanc lectionem Codicis Gemblac. & fortasse Lipf. suam facere non dubitavit Lud. Carrio Ant. Lect. Lib. II. cap. IX pr. Barthii vero nostrique Libri, melior illa scriptorum & editorum pars, legunt *vultus*. Hoc magis placet ac alterum, in re praesenti. Cum enim *cultus* est ipsa cura vel studium quoddam in re vel persona colenda positum; otiosum profecto foret illud *cura*, quod additur huic *cultus*. Quæ autem Noster modo de corporis cultu, vel subsannando, tradit, ea quidem ad faciem vultumque referuntur. Quibus addere lubet Auson. Poppæ glossam, de notionis utriusque differentia, p. m. 141. qua oppido clare patebit, quam sit apposita *vultus cura* Poëtæ rationi. *Facies*, inquit Glossator, est naturalis oris species, quæ eadem semper manet: *Vultus* est habitus faciei adscititius, qui pro motu animi & voluntatis mutatur: ex quo longa aut lata facies, vultus lætus aut tristis dicitur. Cicero pro Cluent. *Recordamini faciem, atque illos ejus fœlos simulatorsque vultus*. Tacitus Lib. 13. *Non ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur*. Confer Nostrium infra vs. 483.

Vs. 147. *tortos in fluctum ponere crines*) Cod. Paris. & Regiom. *tortosque inflexum*. Paris. *in flexum*. Hoc Turnebo probatum, Adv. pag. 797. Vulgatam Scaligeri secutus est Salmas. Exerc. Plin. pag. 535. pr. & 637. qui secus ac ille explicat, *de crinibus in morem fluctuum undantium tortis & inflexis*, non autem de effusis & liberis, nullaque vitta ligatis, quorum habitus Græcis dicitur ἀρόχυμα.

Vs. 148. *Aut vinculis revocare comas*) Dicti Libri, quibus hic accedunt Lipf. Ald. Pruken. & Molin.

*Aut undis revocare* (,) & rursus &c.

*undis* scil. odoratis seu unguentis, de quibus Junius in Comment. de Coma Cap. VII.

Vs. 149. *caput emutare*) Dictum pro *immutare*. usus voce Quintil. Inst. Lib. VIII. cap. II. *Quidam, emutatis in perversum dictis, de figuris idem vitium consequuntur*. Non respexit forte hunc locum Barthius, qui illud *emutare* tanquam plebejum ac nimis vile verbum repudiat, suamque,

que, frustra tamen, nobis conjecturam commendat, *caput emptum*. Hæccine magis placeant?

Vs. 151. *Atque odiſſe virum*) Eos notat, quos *pœnitet eſſe viros*, qui proinde, ut ait Firmicus, *alienos ſe a vi- ris faciunt*. Plura Barth. l. c. pag. 1119.

Vs. 153. *Sed ſpeciem, fractique placent*) Plurimi noſtro- rum Librorum, *Sed ſpecies fictique plac.* Huc omnino perti- nent illa Senecæ verba, quibus effeminatos ſuorum civium mores germanum in modum perſtringit: *adhuc, quidquid eſt boni moris, extinguimus levitate & politura corporum: muliebres munditias antceſſimus* (leg. forte *arceſſimus*) *colores meretricios matronis quidem non induendos, viri ſumimus: tenero & molli grefſu ſuſpendimus gradus; non ambula- mus, ſed incedimus*. Nat. Quæſt. Lib. VII. cap. XXXI. fin.

Vs. 154. *caca*) Signantius *caco* pectore, quod Libri omnes ferunt. Vs. 155. *jaſtant*) Hoc Cod. Pariſ. in mar- gine, & Carrio A. L. II, 9. Scriptum eſt & vulgatum *Ve- teribus vitant*, pro quo malim, cum Turnebo, *velant*. Quamvis & alterum ferri poſſit, cum hac interpretatione: *Vitant morbum*, hoc eſt, *fugiant ne quis malum morbum dicere poſſit, dum pro re bona laudant, & virtutis illi no- men imponunt*. Notatu ſunt digna in hanc ſententiam ver- ba Senecæ Nat. Quæſt. L. I. c. XV. *Eſt aliqua etiam pro- ſtitutis modestia: & illa corpora, publico objecta ludibrio, aliquid quo infelix patientia lateat obtundunt: adeo quodam modo lupanar quoque verecundum eſt*.

Vs. 164. *Nunc exire levis niſſas, nunc mittere palmas*) Sic ait, quia cæſtus loris alligati palmis. Quod clarum facit Hieron. Mercurialis his Propertii verbis Lib. III:

Nunc ligat ad ceſtum gaudentia brachia loris.

Vide quæ porro ille in hanc rem ediſſerit in de Arte Gy- mnæſt. Lib. II, p. m. 152. ſq. *exit active*, & huic agoni fere proprium. Virgil. Æneid. V, 438. de Entello:

Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.

Vs. 166. *ſolle*) Libri noſtri, & quos recenſet Barth. Gembl. Ms. cum vulgata Bononiens, *ſaltu*, quod ut re- ſtitua-

stituiamus, sequentia monent. Vs. 169. *membra pilarum* ). Mavult Cl. Barthius pag. 162. *crate pilarum*. nullius Codicis fide vel auctoritate. Illi *certa* pilar. ferunt, uti Paris. Regiom. Ald. & Pruken. *cuncta* pil. Molin. qui etiam legit *turba*, ceteri *turbam*. Versum sic puto constituendum

Ille potens turbam per fundere certa pilarum

*Alius*, inquit, *poterit fundere per turbam pilas certas*, non vagas, sed certo tenore directas. *certa pilarum* Attica est elegantia dictum. Similiter Apulejus Metam. 1. Postquam *ardua montium*, & *lubrica vallium* & *roscida cespitum* & *glebosa camporum* emerſi. Sic Ephes. VI, 12. τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας sunt *malitia spirituales*.

Vs. 172. *Invigilant curis* &c.) *Constans est & proba Librorum veterum lectio*:

*Invigialat somnis: curas industria vincit.*

*Invigilat somni* dictum pro, *vigilat in somnis* scil. ipsius *industria*. quæ ne in somnis quidem cessat præstitutæ rei incumbere. Plane sic Statius *curam*, ait, *invigilare quiet*. Theb. VIII, 623. *curas industria vincit* ) Eadem omnium, quæ sollicitum athletam tenent curarum uti maxima est, ita effectû quoque potentissima.

Vs. 173. *Exercent* ) Qui modo dedere Libri *Invigilat*, iidem hoc loci legunt *exercet*, quod non mutandum.

Vs. 175. *Consurgunt jugula* ) i. e. *Orion*, qui tam Chaldæis quam Romanis solstitiali die oritur, quod tempus a cordatioribus Astronomis in prima Cancri portione ponitur. Conf. not. ad Lib. III, 625. Ponted. §. V. & Turneb. Advers. p. 797.

Vs. 176. *Absentibus* ) Libri scripti ac editi principes legunt *habitantibus* quod Nostro fere idem ac *latisantibus*, unde factum, ut quidam Viri docti hoc *latitabat* substituere vellent huic *habitabat* Lib. I, 75:

Tumque in desertis *habitabat* montibus aurum.

Vs. 177. ad 182. Hos versus curatius excusserunt Viri docti, Barth. pag. 206. Turneb. pag. 797. Gronov. Observ. pag. 292. sq. D'Orville ad Chariton. pag. 544. quos

quos, si tanti videbatur, evolve. Nobis vero tricus hisce immorari non licet, quibus difficiliora restant enodanda.

Vs. 185. *Et claudunt vastos formidine montes*) Cod. Lips. ab altera manu, *mortis*, quod nostri diserte ferunt. Neque ulli dubitamus, hæc ita Nostrum dedisse:

— *Et claudunt campos formidine mortis.*

Sensus: *Pedibus, retibus, canibus, velis etiam circumquaque distentis ita clausos teneant agros, ut quocumque se vertant, fera mortem incurrere sibi videantur.* Dicitur autem formido ab effectu, *contextus variarum plumarum, quod fera, praesertim cervi, terrentur & in retia adiguntur.* Virgil. III Georg. 373. Æneid. XII, 750. Confer. omnino Vlit. ad Gratii Cyneg. vs. 89.

Vs. 189. *sq. in pontum studium est cepisse natantum* *Diversas facies*) Hæc scriptione & interpunctione sententiam pervertunt. Libri veteres constanter, *in ponto.* Mox illud *natantum* minus aptum, quam *ferarum*, quod in Codd. visitur. A feris silvestribus ad marinas transit cum suis venatoribus. *Sunt, ait, qui student capere in ponto varias feras, cetos, thunnos & quæ sunt ejusmodi monstrorum, quæ dicit corpora* vs. 191. quorum plura esse putant, quam *ferarum terrestrium.* Cato in *Diris* vs. 55. *sq. coll. Arnoldi nota ad loc.*

*Nigro multa mari dicunt portenta natare,*  
*Monstra repentinis terrentia sæpe figuris.*

Vs. 182. *Horrendasque fretis--phocas*) Legere possis cum Molinio & Fayo

*Horrendumque feris in bella lacerare pontum*

Malim vero sequi vetustiores, qui habent *fretis*. quod non ineptum, si tertio casu accipias. Confer supra Lib. IV, 624 in nota.

Vs. 193. *Et colare*) Elegans metaphora a medicamentis aut aliis speciebus, quæ percolantur. Falsi recentiores, Ald. Pruken. Molin. qui dederunt *celare*. Sunt etiam *cola* in instrumento piscatorio. Auson. Epist. 21.

*Et jacula, & fundas, & vilica nomina lini,*  
*Colaue, & infutos terrenis vermibus hamos.*

Vs.

Vs. 194. *Ac per nulla sequi dubias vestigia pradae*) Sententiae ratio omnino postulat, ut cum Gronovio legamus *Nec per null. seq. dubitat.* Et hoc fatu dignum, illos qui hoc venandi studio tenentur ( vs. 189 ) non dubitare sequi pradae in ponto & vagis amnibus, ubi nulla sunt ferarum vestigia. vs. 197. *At Procyon oriens*) Conferendus hic Pontedera de Manil. Astronom. §. II.

Vs. 201. *per urbes*) i. e. *per genitale solum.* Ita fere Codd. Gemblac. & Lips. Minus proba ceterorum omnium lectio *per artes* puta *ἡγεμονίας.* Vlit. ad Gratium vs. 13. Vide & Gronov. Observ. pag. 295 sq. Vs. 203. *contextis modis*) Vlitius ad Gratii Cyneg. vs. 144. mavult, *corredis vel confectis*, quo sensu? videant alii.

Vs. 206. *Cum vero in vastos* ἔσχατα) De Canis ortu ad hæc Nostri verba differunt Petav. Dissert. Lib. II p. 103. & Ponted. §. V. *Pro surget*, Libri nostri *surgit.*

Vs. 907. *latratque canicula flammæ*) Summo est acumine dictum, æque ac illud Germanici de eodem Sirio vs. 342. *Ore vomit flammæ.* Potiores enim ille stellas ore fert. Vide Hygini Poët. Astronom. cap. 34.

Vs. 208. *Et rabit igne suo*) Adhuc perstat in ea sententia Manilius, ac si calor excessus non Soli magis ac Cani proprius esset. Hac enim ratione dixit, *suo*, eadem notione, qua paulo infra, vs. 211, *suis* Neptunus in undis. Quod addit *geminatque incendia Solis.* iisdem fere verbis docet Scholiastes Germanici, qui *Sirius*, inquit, *stella est in medio centro Cali*, ad quam cum Sol accesserit, duplicatur calor ipsius. ἔσχατα languore afficiuntur corpora humana. Contra vero Geminus apud Petav. Uranol. pag. 58. D. Confer Brodeum Miscell. Lib. VI. cap. 28. & notam ad Lib. I, 415.

Vs. 213. *peregrinos orbes animalia quærent*) i. e. *Alias regiones ardore Solis & caniculæ minus graviter affectas.* Ejusmodi *peregrinatio* ciconiæ cum sit fere propria & perpetua, perquam eleganter illa *volucris peregrina* salutatur Phædro I Fab. XXVI, 11.

Vs.



Vs. 217. *aque uno se accendunt lumine cuncta*) Hæc suo finxit ingenio Bentlejus, qui fere semper aliud dicere maluit, quam melius. Satis enim commoda, neque ipsi ignota, lectio Cod. Lips. & aliorum veterum Librorum

— *atque uno ceu sint in flumine cuncta.*

Quibus sane significatur, *omnia quasi liquefacta calore disfluere, ut cera aut metallum igni impositum.* Magis autem, uti videtur, apposite Cod. Paris. & Regiom. ferunt *fulmine*, quod valet igne ardentissimo. Dictum autem *fulmen*, auctore Festo, a *fluore flamma*, cui nihil convenientius, quam quod Noster modo dixerat, *tantus per sidera servor funditur.* & paulo infra: *Irarumque dabit fluctus.*

Vs. 224. *Corda micant*) id est, *sine ordine moventur*, quemadmodum aures equi, armorum quoquam sono perculsi, de quo Virgilius Georg. III, 83 sq.

— si qua sonum procul arma dedere,  
Stare loco nescit, *micat auribus*, & tremit artus.

Vs. 225. *Morsibus & crebris &c.*) Sic Cod. Gemblac. quem Scaliger secutus. Regiom. cum Cod. Paris. *Morsibus in crebris dentes* Cod. MS. *dentesque &c.* Quorum sensus hoc ordine videtur evolvendus: *Relinquit dentes in morsibus crebris & in voce.* Id est, *cum crebrius tum acrius mordet.* Est elegantissime dictum, quasi, *dentes animis imprimit loquendo.*

Vs. 226. *Ardescit vino vitium*) Vulgata Scaligeri hæc, *ard. vitio vit.* cum optimis, quos videre est, Libris convenit. *Vitium* alterum est *temulentia*, quæ si accedat *ira-cundia*, perinde ait esse, ac si *oleum camino addatur.* E sensu veritatis Ovidius Heroid. XVI, 229.

*Sape mero volui flammam compescere: at illa  
Crevit, & ebrietas ignis in igne fuit.*

Vs. 227. *in flammam*) Hujus lectionis auctor Cod. Vossianus. Ceteri omnes, cum Vulgatis, *in flamma.* Nec ita male. *Sævas enim iras nemo facile erit*, qui concipere sine flammis possit. *Bacchus in flamma* i. e. *vino inflammatus* sævas exsuscitat iras.

Vs. 228 sq. *timent Effunduntque*) Libri omnes, præter scriptum Lipsi., qui peccat in *ripasque*, pro quo Paris. omnino rectius, *rupeſue*, legunt *timet Effunditque* scil. ille, qui mero *incaluit*, *ſævaque* excanduit ira. *unguerſe leonis*) Cum iisdem legere tuto poſſis, *vaſtoſque* leones. Quod enim ſequitur Vs. 229 *ſpumantis apri dentes*) dictum videtur pro, *aprum ſpumantem*, uti robur ferri pro *ferrum*. Cf. adnot. ad Lib. II, 780. *aut cornua tauri*) Reponendum ex iisdem Libris, *aut arma ferarum*, id eſt, *aut ſeras alias armatas*.

Vs. 230. *Effunduntque*) Vide dicta ad vs. 228 sq. *effundetque* Molin. *conceſſo in robore*) i. e. quo ſævire licet. Ovid. ad Liv. vs. 305: Tu *conceſſus amor* — id eſt, *licitus*.

Vs. 234. *cum tollitur orbe Leonis*) Illud orbe contra omnium Librorum ſcripturam, neque adeo hujus loci eſt. Elegans & perſpicua locutio, *in ore*, id eſt, *cum oriente ore Leonis ultima pars canicula occidit*.

Vs. 235. *Crater auratis ſurgit calatus*) Codd, Paris & Lipsi. cum aliis, quos Barthius perlustravit, *Ceteraque*, deturpatum ex hoc *Craterque*, quod Regiom. vulgavit. *que* valet etiam. Pro *calatus*, Idem *ſtellatus*, uti Vulgatorum reliqui aſſentiente Cod. Paris. Illud aſtrotheſiæ non minus aptum quam alterum. *calatus* eſt *cavatus*. Vide Cardanum apud Brodæum Miſcell. Lib. VI. cap. 30.

Vs. 236 in Scriptis Editisque ſic legitur:

Inde trahit quicumque genus moresque *ſequentur*

*Inde*, ab aſtris, *trahit* ſcil. *Crater* omnes illos *quicumque ſequentur moresque genusque ejus*, nimirum Vs. 237. *Irriguos rivis campos &c.*) Libri vero conſtanter, *Irrig. ruris camp* Eadem dictum figura videtur, ac *aquora ponti*. Quin & *agros campi* conjungit Virgil. Georg. II, 274.

Vs. 240. *fidentem*) Malim cum Libris præſtantioribus, *fundentem* in brach. *ducit* pro, *ducet*. Vs. 241. *Teque tibi credit* :) Omiſſa diſtinctione lego apud Regiom. & Cod. Paris.

*Teque ſibi credit ſemper qui matre reſectis*  
*Adjungit calamis* — — —

Nihil

Nihili autem hic, inquit Barthius, *calami*, quibus ille substituit *culmis*, quos postulat Ceres, suo Libero jungenda. *Teque sibi credit semper*; quo notat eos qui sub Cratere nati sunt, *semper potare*. Acumen porro Poëtæ in eo est, quod dicit *a matre refectus*, quibus alludens ad fabulam Bacchi, qui Jovis femori insitus, maturitatis tempus explevit, hoc ipso *vitium inscriptionem* haud obscure tradit. *interferet*) Cod. Paris. & Regiom. cum Vulgatis reliquis, *interferit*, uti mox vs. 244. colit.

Vs. 240 seq. *nec parce vina recepta Hauriet e cratere* :) Illud *parce* Vulgatis omnibus infidet. Idem, ab altera tamen manu acceptum, refert Cod. Lips. Scriptum enim erat *parte*, pro quo Cod. Paris. *per te*. Quæ his nectuntur, *nec parce vina recepta Hauriet e Cratere*, Bentleji forte quam Auctoris genio respondent magis. Neque enim idem h. l. per *μίσω* dixisse censendus est, quod statim sequitur (vs. 246.) *mergetque in pocula mentem*. Quare videndum, qua ratione sanum elicias sensum ex scripta vulgataque Veteri lectione. Regiomontani quidem hæc est:

— *nec parce vina recepta*

*Hauriet (:) e miseris & frugibus ipse fovetur.*

Ceteri non variant, nisi in ordinanda distinctionis nota, quæ si huic *miseris* subjungatur, intelligas, necesse est, miseras has *vites*, quæ quoad externum habitum magna cum veritatis specie dici ita possunt. Altera, quæ est Codd. Paris. & Lips. lectio, si quidem curatius expensa, eodem videtur redire: — *nec per te vira recepta Hauriet &c.* Nimirum hæc dicit Auctor: *Nec solum vina tuo, Bacche, beneficio recepta potabit avidius & copiosius, sed & e frugibus miseris* id est *vilibus*, vel quæ *miseri* ab illo *habentur* & subinde destruuntur, ut capiat ex illis liquorem ad palatum ipsius compositum, & hoc quoque *fovetur* id est, *incalescet vel ad crapulam*, aliaque corporis incommoda atque morbos ex immoderata potatione obortos discutendum, mitigandumque, quasi *fomenti loco*, utetur. Suggestit hæc nobis Stukius, qui de ejusmodi vinis factitiis & medicatis omnino videndus in Antiq. Conviv. Lib. III. Cap. IX. Tom. I. Opp. p. m. 519 sq. & Cap. XI. p. 533. Quis vero putabit, post tot alios Auctores, a Stuckio ex-

citatos, Nostrium illud potionis genus omisisse, quod ad inebriandi, quam persequitur, rationem omnino pertinet? Ellipticam vero locutionem, *Nec* (solum) *bauriet* (sed) *est fovetur*, mox ipse plenius dedit his: *Nec solum cre- det, sequetur quoque &c.* Et illa quidem non Poëtis modo, sed etiam Oratoribus usitata. Cicero Epist. Lib. X. 1. Furnium nostrum tantum a te fieri, *nec miror, est gaudeo.* Est ubi in priore tantum membro particula supplenda venit, uti apud Livium Lib. XXVIII, 11 fin. Quum agmen jam grave præda esset, in saltu angusto, a Bruttiis jaculatoribusque Numidis turbati sunt, ita *ut non præda, sed armati quoque in periculo fuerint.* Excitatum video hunc locum a Dukero ad Thucyd. Lib. IV, §. 92. pag. 292. quem miror adhuc dubitare, an eadem ellipsis, vocis *μόνον*, ullius Græci Scriptoris testimonio confirmari possit. Præter enim ea quæ H. Steph. de Dialect. pag. 104. e Luciano, Thucydide & Xenophonte produxit, de quibus aliter sentire non nemo possit, suppetit nobis Arriani locus, extra omnem dubitationis aleam positus; de Exped. Alex. Lib. V. p. 370. ed. Blanc. vel p. 231. ed. Gronov. ubi Alexander ad ordinum duces his verbis: *Καὶ ἐπεὶ δ' ἂν ἐπεξέλθωμεν τὴν Ἀσίαν, τότε ἐκ (pro, ε' μόνον) ἐμπλή- σας μὰ Δία ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ ὑπερβαλὼν ὅσα ἑκάστος ἐλπί- ζει ἀγρὰ ἐσιδαι.* Eadem apud Sacros N. T. Scriptores, & multo frequentius, obtinet. Nos duo tantum exempla, ab aliis forte neglecta, h. l. adservabimus. Alterum legitur Eph. IV, 12 coll. Gal. V, 17. Alterum vero, Phil. II, 4. coll. 1 Cor. X, 24,

Vs. 247. *in annua vota*) Ita quidem in Cod. Gembl. scriptum esse Scaliger affirmat. Ex eodem vero Fayus hanc dedit, quæ communis omnium est, lectionem.

*Nec solum terræ spem credit (,) inania vota,*  
*Annonæ quoque vectigal &c.*

Nec videmus profecto, cur hæc, Barthii utor verbis, magno sit delirio habenda; præsertim cum sola distinctione dilucidior redditur sententia, quæ alioquin *spem & vota, ἰσοδυναμούντα* nempe, minus apte conjungit. *Inania autem vota*, iusta epicrisi, vocat ea, *quæ ventis creduntur*

¶ *undis*, Conf. Lib. I, 77. Nimirum *annona vestigal* seu *portorium* ex annona mercibusque navi deportandis perceptum.

Vs. 279. *nec deferet unda*) Et hic restituenda vetus lectio:

— *nec deferit undam.*

Id est, *Natus sub cratere nunquam fere a navigatione cessabit.* Vs. 250. *Tales effinget &c.*) Regiomontanus optime dedit

*Tales effinget mores crateris amator.*

Ad verbum conspirat Cod. Paris., nisi quod legit *effingit* pro . . *get*.

Vs. 251. *quæ cum tibi quinque feretur &c.*) Idem Cod. quæ cum *ter* quinq. *ferentur*. Regiom. *feretur*. Recentiores fere omnes, *ter* quinq. *feratur*. Putamus omnino Manilium *ter* quinque dedisse. Firmicus autem *quinta Virginis parte* Coronam oriri docet. Quæ quidem mutandi causa fuit Interpretibus ætatis nostræ. Scaliger quidem sic: *quæ quando quinque feretur*. Barth. Jam subit Erigone quantum per quinque feruntur Partib. erept. ponto. Pontedera § V. commodissima variatione tentavit: *quæ quum de quinque feretur* Partibus &c. Nobis autem maior est Poëtæ auctoritas, quam Interpretis. Sua illi opinio servanda, cujus non dubitamus gravissimos ei Auctores extitisse. Forsan Eudoxus ille, qui, quod ait Petronius, in cacumine excelssimi montis consenuit, ut astorum cælique motus deprehenderet. Vel Hipparchus, cui ad gradum 27 ortus Coronæ refertur. Vide apud Petav. pag. 229 fin. Aliis forte alia stetit sententia, & intemerata sterit hactenus. Æquos ergo nosmet interpretes præstemus Nostro, non rigidos correctores.

Vs. 258. ¶ *Tyrios imitata papavera fucos*) Repone ex Libris probatæ fidei,

— & *Tyrias imitata papavera lucet.*

Id est, *splendorem purpure Tyria*, quo ea *Solis radiis obiecta nitere solet*. Vide Vulfium ad Catull. Carm. 63, 49.

& D'Orvill. ad Charit. pag. 542. qui hujus lectionis præstantiam contra illos interpolandi conatus quam optime defendit.

Vs. 260. *Caruleumque oleis*) Rescribo, *Caruleum foliis*. Mox, *gramine* legendum, pro *palmitē*. Ita Libri sinceriores. Vs. 263 sq. *Effingetque suum fidus*) Lege cum iisdem Libris,

*Effingetque sinu* (,) *similesque in mutua pressos*  
Incoque (:) atque Arabum silvis *mulcebit* odores.

*Sinu* pro, *in sinu*. nisi scriptum erat *sinuum*, cujus ultimum elementum lineola transversa præcedenti illinitum, vel modulantis voce, vel scribentis negligentia periit. Adeoque diceret Auctor: *serta illa sinui aptabit*, *similesque in mutua pressos* i. e. *invicem*, uti Æneid. VII, 66. *pedibus per mutua nexis* &c. Sic quoque, *in alternum supra* Lib. III, 53. not. Sed erunt fortasse, quibus aliorum magis arrideant conjecturæ. Adeant hi, per me licet, Gervartium Elect. Lib. I. cap. 14. Barth. Advers. Lib. V. cap. 23. & Gronov. Lib. I. cap. XI.

Vs. 265. *Et Medos*) Planior erit sententia, si legas cum Cod. Paris. *Editisque Region. & ceteris, medicos flatu*, i. e. *halitus salutiferos*, uti rectissime Fayus.

Vs. 267. *placent*) Libri modo laudati constanter cum Scalig. *adsunt*. Cur hoc mutemus? *artisque decora*) Cod. Lips. *decori*, secundo casu *τῷ decorum*, omnino placet.

Vs. 271. *præ se vallantes corpus aristas*) Hæccine satis latine & eleganter? *præ se vallabit corpus*. Cur non dedit potius *circumvallabit*? Scilicet hoc, si metrum ferret, rei naturæ magis aptum. Sed mitte hanc & ceteras non Interpretum, sed Criticorum, conjecturas. In promptu est genuina Poëtæ scriptura, quam servant Cod. Paris. & Editi Region. Aldi, Pruckneri:

At cum per decimam confurgens horrida partem  
*Spica* (,) *feret præfens nascentis campus aristas*:

Molinus variat *feret præf. nascentes camp. arift.* Altera rectior omnino, sanoque sensui accommodatior. Eom hoc ordine

ordine putamus evolvendum: Cum *spica borrida* i. e. aspera, hispida *consurgens* scil. est, pro *consurgit*, per *decimam* partem Virginis, tum vero *campus præsens nascentis*, quasi *recens nascentis* vel *sub id tempus nascentis*, feret *aristas*. Redde summam: *Natus sub Spica frugifero usurus est campo*. Subsequitur asserti ratio Vs. 272: *Arborum enim ingenerat Spica studium* &c. Illud *consurgens* accepimus per defectionem verbi est, inductione exemplorum passim obviatorum. Vide modo Lib. IV, 451. & Phædr. V Fab. III, 12. In aliis hoc est additur. v. c. *tribuens est pro, tribuit* infra vs. 388. Vide plura apud Buchner. de comm. Rat. dic. p. 326. Præ primis vero A. Gellium Lib. V. cap. VIII. ubi: *Est*, inquit, & *erat* & *fuit* *plerumque ab-*  
*sunt*, cum elegancia, sine detrimento sententiæ.

Vs. 273. *Seminaque in fœnus sulcatis credere terris*) *Proprium est hoc fœnus in rebus e terra nascentibus*. Tibull. Eleg. VII, 3 sq:

*Spes alit agricolas. Spes fulcis credit aratis*

*Semina, quæ magno fœnore reddat ager.*

Ubi consule Interpretes. Hujus loci respectu malumus hoc *credere*, quod ex Gembl. dedit Scaliger, quam quod ferunt Vulgati vetustiores, *reddere*, Codex quoque Paris. omissa prima littera, *redere*. Quamvis & illud *reddere* salvo retineri sensu possit. *Semina enim e terra percepta colonus ipsi reddit in fœnus*.

Vs. 276. *metallum*) pro, *metalli fodina*, uti supra Lib. IV, 246. not. Ita vero vocat modo *granaria subterranea*, de quibus Varro in lib. de Re Rust. & Harduin. ad h. l.

Vs. 278. *Dives erat census* &c.) Nihil hic mutandum, ne dum versus, quod foli visum acutissimo Bentlejo, expungendus. Distingue sic:

*Dives erat census, faturatis gentibus, orbis.*

*Sensus semet ipse recludit: Se quisque, stomachum vel pa-*  
*ne curans, satis divitem astimavit.*

Vs. 281. *Subdere fracturo filici frumenta*) Ita Barthius olim correxit Advers. pag. 256. at sine Codicum auctoritate. Lipsiensis enim, legente Vierfchroto, habet *facturos*

*luci* & ab altera manu, *fulci*, quod vulgare non dubitavit Regiom. *fulcis* Cod. Paris. & Editi Ald. Pruckn. Molin. *fracturos* aptius omnino videtur, ac *factur*. Hoc autem tanto Librorum consensu firmatum, equidem mutare nolum. Quin accipiendum potius pro, *confecturos frumentum*, ope scilicet molarum, quarum Noster eam h. l. notat structuram, quæ Vitruvio *hydraularum* nomine describuntur Lib. X. cap. X. Ejus hæc maxime verba transcribemus, quæ & emendantis opem expetunt, & sententiam Nostri quam maxime illustrent. Ita vero ille: Eadem ratione etiam versantur *hydraula*, in quibus eadem sunt omnia, præterquam quod in uno capite *axis habent tympanum dentatum & inclusum*. Pro *hydraula* malim equidem *hydromyla*, auctore Turnebo Advers. Lib. 3. cap. 7. fin. Cetera in eo quod penes me est exemplo, manus docta e commentariis, sic opinor, Balh. Peruzzii, correxit, *tympanum dentatum habens axem inclusum. id autem*, sic pergit Vitruvius *ad perpendiculum collocatum in cultrum, versatur cum rota pariter*. Hinc etenim, ni fallor, intelligitur, Nostro *fulcum* dici, in re molitoria, *tympanum illud dentatum*, quod in *cultrum collocatum*, *cum rota versatur*. Hoc est quod ait Vs. 282. *superque ducere pendentes orbes*. Interpretationi nostræ cum primis favet Glossa Non. Marcelli: *Sulcus omne quicquid in longitudinem aculeatum est*, dici potest veterum auctoritate doctorum. Virgil. *Æneid. II, 475* *linguis micat ore trifidulis*.

Vs. 285. *habitur*) Quod erat vulgatum, *aptatur*, Cod. Paris. & Regiom. cum ceteris impressis, agnoscunt. Itaque retineri malim. Vs. 286. *& structo similis componitur ordo*) Cod. Paris. *instructus*. Regiom. *instructis*. Utrumque rectius edito Bentleji. Prævalet autem posterius, quod aptissimum hunc parit sensum: *Et quia spica aptatur*, i. e. *instruitur vel instructa est* (Virg. *Æn. III, 472.*) *frugibus vel granis per artem pro, artificiose dispositis*; sit inde ut ordo eorum componatur vel habeatur similis *instructis* scil. *ordinibus*, vel *agminibus bellicis*, ubi conferti viri hastis in altum porrectis incedunt. Bellissimam habes hic spicæ picturam. Cui plane congruit, quod Curtius de Macedonum agminibus: *Vir viro, armis arma conferta sunt*. Græcorum *τάξις* Nostro pariter ordo, *agmen ἡγεμόνες*

τῶν



τῶν τάξιων, *ordinum vel agminum duces*. Arrian. Exped. Alex. Lib. V. p. 366. ed. Blanc. *Instructi* Homero οἱ διασάρες, σφέας αὐτὸς ἀγούαρτες, Iliad. μ, 86.

Vs. 291. *At jam luxuria paret.* ) Cod. Paris. & Regiom. *Nunc jam luxuriæ pars* (:) & triclina &c. Sic quoque Editores ceteri, qui præterea hos quinque versus ipso eodemque loco, secus ac Scaligero visum, retinuerunt. Rectissime. Ratio nexus in spicæ falci maturæ colore, qui certe flavo similis auro. Totum hunc locum recitavit &, Scaligeri præsertim verbis, illustravit Gronov. ad Gell. Lib. XV. cap. VIII. pag. 676.

Vs. 292. *vescitur auro* ) Hæc religiosi videtur esse lectio Grammatistæ, qui æqua ferre mente non potuit *vescitur aurum*, quod ceteroquin juxta Cod. Paris. Vulgati Regiom. & ceteri omnes tenent. Observandum vero, τὸ *vesci* activam & passivam sustinere notionem. *Active* sumptum id est quod *edere*, & gaudet Accusativo. *Passive* dicitur pro *pasce*, jungiturque Ablativo, propter defectiōnem præpositionis *per*, *cum* vel *de*. Utriusque notionis exempla prostant apud Auctores probatissimos. *Passive* quidem apud Plinium H. N. Lib. 9. cap. 35. ubi: Parum est, inquit, nisi qui *vescitur periculis*, etiam vestiamur. Eadem est utriusque verbi constructio; itaque & significatus obtinet passivus τὸ *vescitur*, quem nisi admittas, insigni sermonem elegantia privabis. *Active* sumit Accus. apud Non. Marcell. in voce: Ne cum tyranno quisquam epulandi gratia accumbat mensam, aut *eandem vescatur dapem*. Adde Tacitum Agric. cap. 28. med. eo ad extremum inopiæ venere, ut *infirmissimos* suorum, mox forte ductos *vescerentur*.

Vs. 295. *glebas & mittere virgis* ) Gronovius Observ. L. 3. c. 18. excussis aliorum hac de re sententiis, putat, *glebas esse visci*, quibus arundo lita est, &, *glebas mittere*, viscatas virgas mittere, quas *vimina viscata* & *litas arundines* appellat Arbiter. His quod addam equidem non habeo, nisi forte locus huc quadret Gratii Cyneg. vs. 143  
— teretesque ferent ad sidera virgæ

*Stringe notas circum, & gemmanteis exige versus.*

Vs. 296. *Pendentemque suo volucrum deprendere caelo* )  
 Notat *aucupium sagittarum*. Cicero de Fin. Lib V. cap. XI.  
 de Philocteta: *cum cruciaretur non ferendis doloribus, pro-*  
*pagabat tamen vitam aucupio sagittarum.*

Configebat tardus celeres, stans volantes.

*Suo calo* Noster, ut sæpius supra, dicit pro *assueto*, *patrio*  
 quod de piscibus eleganter usurpavit infra vs. 394. *penden-*  
*tem est volantem* & quasi in aëre natantem, quod etiam  
 de pisce infra vs. 398.

Vs. 300. *arcu de classe fugavit* ) Lectio vetusta nobis  
 minime videtur absurda, *arcus* ἄρξ *tela* fugav. Quæ si,  
 propter vocem otiosam, ridenda, Bentleji iudicio foret,  
 eandem, necesse est, feras sententiam in illud Virgil.  
 Æn. XII, 815

Non ut *tela* tamen, non ut contenderet *arcum*.

Hac quidem ratione D'Orvill. ad Charit. pag. 388 sq. ve-  
 terem lectionem defendit. Addimus & hoc, quod *tela*,  
 ab arcu distincta, *quævis missilia* notant, in primis *jacula*.  
 quæ sola manu mittuntur. Talia illa ἐλάα, ἀ ἐρπον ἐν  
 χειρῶν Iliad. μ, 159.

Vs. 301. *Mittebat qui vos, ignes* ἔσc. ) Valde placet  
 Scaligero hæc, quæ sua est, loci conclamati restauratio.  
 Parum autem animadvertit Vir summus, admodum frigide  
 ad ipsos *ignes* sermonem converti. *Vos ignes*, qualis apo-  
 strophe! Proinde Barthius, Advers. p. 257, tentavit *frigios*,  
 D'Orvillius ad Charit. p. 389 *Pbrygios ignes* substituit &  
 totum versum uncis parentheseos includit. Verum & hanc  
 operam dedignatur Noster, cujus scripturam, tametsi non  
 nimis corruptam, servant Codd. MSS. & cum Region.  
 vulgati omnes: *Mittebatque suos ignes* &c. Unde certissi-  
 ma vel ultro se offert emendatio:

Mittebat *quæ* hos ignes in mille carinas.

*quæ*, *quibus* pro, *cum quibus* scil. *telis*. Vides adeo, quam  
 male rationi Manilianæ consulat, qui illa *tela* vs. præc.  
 cum hoc ipso commate cupit eliminata, Bentlejus. *Te-*  
*lorum* enim diserte facit mentionem Homerus Iliad Q, 727:

Αἶας

Αἶας δ' ἐκέτ' ἔμιανε, βιάζεται γὰρ Ἀλλήεσσιν.

*Hos ignes cum emphasi legendum, est enim dictum pro tot tantosque ignes in mille carinas, numerus definitus pro indefinito. Vide supra ad Lib. IV, 631.*

Vs. 302. *Hic sortem pharetra* ἔσθ. ) Regiom. & reliqui vetustiores Impressi, *Hic autem pharetram Trojæ bellumque* (Cod. Paris. *bellique*) gerebat. Vs. 303. *Major* ἔσθ *armatis* ἔσθ. ) Et hic versus, quemadmodum præcedens, de Philocteta intelligendus. Hic enim *gerebat pharetram Troja bellique* i. e. *belli Trojani*. Habuit enim sagittas Herculis, sine quibus Ilium expugnari non potuit. Ille vero Trojam petens, in itinere vulneratus substitit. Noster, *subsedit exul* scil. in insula Lemno. Unde vel *exul* i. e. *absens major erat armatis* Græcorum agminibus, quia sine illo nihil quicquam in expugnanda urbe potuerunt efficere.

Vs. 304. *ille pater*) Alcon Cretensis, de quo Servius ad Eclog. V, 11. & Pius Annot. Syllog. III. cap. XVII.

Vs. 218 sqq. *Non illo coram* ἔσθ. ) Cod. Paris. pariter ac Regiom. *Non ullo curam digito qua quiverit bastam*. Hæc nulli bono. Editi Ald. Pruckn. & Molin. *Non ullo curant digito quaque iverit basta*. Lege, cum Defensore Salmafii ad Jus Attic.

*Non ullos curant digitos, quaque iverit hasta.*

Non proscriptos, non addictos, nec pecuniæ publicæ condemnatos sub Hoedo nascituros ait Poëta; sed *cognitores* (vs. 321), qui adsunt reis, & causam eorum defendunt. Hi sunt, qui *nullum curant digitum Sectoris*. Nam digito sublato Sectors sive mancipes significabant se auctores esse emptionis, ut notat Festus. Nec curant illi *quacunque iverit basta* vel *auctio*, sive etiam *desuerit bonis Sector*, adeoque *noxius penam lucretur* i. e. *absolvatur*, aut (Libri meliores rectius ἔσθ) *patriam fraudavit debitor aris* scil. *publici*. Per hunc omnino intelligit reum de *residuis vel peculatu*, qui *patriam*, quod signate additum, pecunia publica fraudavit. Qui cum absolvitur, *penam lucretur*, & *debitor pecuniæ publicæ fraudatorque* nihilominus manet. Longe aliam hujus loci lectionem & interpretationem dedit

Barthius.

Barthius ad Gtatii Cyneg. vs. 12. Cui si quis accedere velit, equidem ei non succensebo.

Vs. 321. *Cognitor est urbis*) Legendum omnino cum Scriptis & Editis optimæ notæ, *verbis*. Neque tamen in sententiam concedimus Auctoris Observat. ad Jus Attic. qui interpungit, *Cognitor erit* (.) *Verbis nec non* &c.

Vs. 322. *ponitque forum*) id est. *abjicit curam fori, cognitura* &c. Regiom. *ponet* & for. Cod. Paris. *vulgatam tenet. suadente Lyæo*) Hæc nova locutio, eaque notæ minus probæ. Latine dicendum foret, *auctore Lyæo*. Vetus scriptura multo sonantius sic: *madetque* vel, ut Cod. Paris. *madet atque* Lyæo i. e. *vino*. recte.

Vs. 324. *nepa*) Libri optimæ notæ legunt *lyra*. Sic quoque Pontedera Epist. §. VI. quem operæ pretium est ad hunc locum conferre.

Vs 325. *post fata sonantis*) Cod. Paris. *pralata tonantis*. Regiom. & Editi ceteri, *prolata ton*. Optima quin & verissima hujus loci ellicitur interpretatio, si scripseris, uti Molinius recte, *Tonantis*, i. e. Jovis. Integrum locum sic habe:

Nunc surgente *Lyra* testudinis enatat undis  
Forma, per heredem tantum *prolata Tonantis*.

Ea, inquit, *oritur Lyra forma*, quæ *prolata* i. e. *inventata, prodita, producta* est *per tantum* i. e. *tam magnum Tonantis heredem*, qui est *Mercurius*, Jovis & Majæ Atlantis filius. De hujus Lyræ inventione & forma uberius Natalis Comes Mythol. Lib. 5. cap. 5. p. m. 438. pr.

Vs 326. *mentemque feris*) Restituo e Cod. Paris. & Editis vetustis, *sonitumque ferens*, ubi hoc *que* ad metrum, non ad sensum, supplendum facit.

Vs. 328. & *Parcis denique filum*) Cur non retineamus potius antiquam lectionem? & *morti denique finem*. Quod saltem in Eurydice factum, quam Orpheus, Plutone & Proserpina cantus suavitate placatis, secum ex inferis abduxit.

Vs. 329.

Vs. 329. *vocis dotes citbaraque sonantis* ) Cod. Paris. cum Gemblac. *horeaque sonantis*. Regiom. *belleque son*. Propius ad verum accedere nobis videntur Editi Ald. & Molin. *voces docte belleque son*. Vel etiam Pruckn. voc. *docta*, belleq. son. Qua quidem nos lectione contenti, recensendis doctorum Belgarum conjecturis, quæ in collectis eorum Observationibus ad h. l. passim leguntur, otii quippe parci, lubentes superfedemus.

Vs. 330. *Garrulaque in modulos* ) Regiom. & ceteri Impressi vetustiores juxta cum Cod. Paris. Garr. *qua mod*.

Vs. 333. *noctesque tenebit* ) pro, *detinebit*. Vide quæ Viri docti notarunt ad Ovid. Pont. IV, X, 67.

Vs. 334. *Quin etiam &c.* ) Hæc neque in Cod. Paris. neque in ullo Editorum adparent. Primus produxit Scaliger e Cod. Gembl. cui ut locum faciat, versu superiore, sua potissimum fide, mutavit *noctisque tenebris* (.) Nostri vero Libri rectius, sine interpunctione, — *noctesque tenebit*

*Carminē furtivo modulatus murmure vocem.*

Vs. 337 — 340 apud Pontederam §. VI. fin. ad Codicis præsertim Paris. & Regiomontani normam, rectius dispositi apta cum declaratione leguntur.

Vs. 356. *Et sibi non agros &c.* ) Longe rectior est vetus lectio, ideoque Scaligero, Barthio, Gronovio probata:

*Et sibi non agrum jamdudum credere corpus.*

Ubi τὸ *agrum*, ex Gronovii quidem sententia, ita accipiendum, quasi bis positum esset: *Et jamdudum credere corpus agrum, quod sibi non est agrum*. id est, *ignoras morbum suum, nec dum eum gemitur fatetur*. Barthius sic interpretatur: *Suæ cura credere corpus nondum affectum*. De mulis enim aut aliorum jumentorum corporibus loquitur, quæ sibi credit mulomedicus, cum non timet damnum cura facere, jam olim doctus morbos prævenire remediis. Utraque explicatio suo non caret fundamento. Illa vero plus speciei, hæc plus veri videtur habere,

Vs. 362

Vs. 362 & seq. Codicibus MSS. & Impressis loco plane non suo leguntur, scil. post vs. 373. *Tutelamve gerant*) Dicti libri, *Tutelamque gerent* pop. Vs. 363 *alieno limine claudant*) Idem, al. *limite claudent*. Vs. 369. *Alituum genus in studium*) Regiom. cum affeculis suis, *Alituumque* genus stud cens. q. voc. Illud *que* more, Nostro ceterisque Poëtis solemni, redundat.

Vs. 370. *Mille fluent artes*) Idem cum Cod. Paris. *fluent*. In fine *mundo valet calo*, quod habes supra vs. 296:

Pendentemque suo volucrem deprendere calo.

Ad instar hujus loci versus qui nunc sequitur formatus est in Cod. Gemblac. si modo bona fide Scaligero reddita sunt ejus excerpta, e quibus ille suam olim conceptam opinionem firmare sategit, legendo vs. 371

Et medios inter volucrem *pensare* meatus

Ita scriptum quoque fuit in Cod. Paris. sed *r* in rasura. Diserte vero MS. Lipsiensis & Editi vetustiores, quotquot vidimus, habent *pensare*, quod est frequentativum hujus *pendeo*, quod Noster versu modo nobis recitato, non absque insigni venustate, usurpavit pro *volare*. quapropter hoc *pensare*, ex Auctoris quidem sensu, est *ultra citroque volare facere*. quod tametsi hac notione minus usitatum, vix tamen commodiorem uti voce potuisset, ad designandum illud aucupii genus, ab altero venatorio proprie (vs. 296 not.) prorsus diversum. Neque enim uni sideri studia plane diversa tribuere Noster assolet; neque unum idemque studium duobus sideribus. Adeoque fas est credamus, loqui eum h. l. *de aucupio quod exercetur ope avis illicis*, vel, sic dictæ, *venatricis*. Nimirum per *medios meatus*, nobis quidem, intelliguntur *area aucupatoria*, duobus retibus interjacentes. αἱ τῶν δικτύων περιβολαί, *retium ambitus* dicuntur *Æliano* Lib. II. cap. XLII. *Histor. Animal.* quo agit *de Aquilis & accipitribus ad aucupandum habilibus*. Hoc igitur artis opus est, *mansuetare & volare facere avem illicem medios inter hos meatus*; aut, quod habet vs. 372, *sedentem certa ratione illicem clamare facere nitidis suis*. Hic omnino verus videtur esse nexus & sensus horum versuum, quorum posteriorem, certatim quasi, depravatum ivere Scaliger atque Bentlejus. Quod ut evidentius adpareat,

reat, sincerum in modum, age, repræsentemus Librorum nostrorum lectionem. Cod. Paris. Aut *nitidos clamore suis ratione sedentem*. Regiom. aut *nitidos clamare suis* rat. fed. Ald. Pruckn. Molin. At *nitidos clamare suis* rat. fed. Horum vestigiis insistentes certissima legimus emendatione

*Aut nitidis clamare suis, ratione sedentem,*

Ubi *nitidis suis* tertius casus est plur. num. qui verbo *clamare*, Terentii præsertim auctoritate, jungi rite potest. Et *clamare* pro *vocare*, quod hujus loci est, Martiali videtur usurpatum i Epigr. 50, 30:

Vocabitur venator & veniet tibi

*Conviva clamatus prope.*

Porro *nitidis suis* dixit pro, *pinguibus sui generis volucribus*; quales sibi expetit venator, non colore modo nitentes. Illud evincunt verba Phædri supra nobis recitata ad Lib. IV. 612. se *pinguem* & *nitidum* laudat Horat. i Epist. IV, 15. Quem vero in illis alliciendis usum præstet *avis venatrix*, diserte tradit Ælianus Hist. Anim. Lib. VIII. cap. XXIV, his verbis: τῷ μέλει τῶν ἄλλων ὀρνέων αἰρεῖ τὰ ἀπαλὰ προσπετόμενα τῇ τῆς εὐμυσίας δόλξει. *Cantus ac modulationis illecebris alias teneras volucres advolantes ad se allicit.* Quod subjicit Noster vs. 373, *Pascentemve super surgentia ducere lina*, in illam *avem venatricem*, pariter ac eas quas cantu allexit, aptissime quadrat. De illa enim Ælianus l. c. ὁρῶν τὰ προσιόντα ἐμπίπεται. Igitur dum illa saturatur *avibus se accedentibus*, venator, hæcenus quietus, *retia* ducit *lino* contexta, quæ surgebant in altum, perpendiculariter vel oblique. Conf. Bulengerus de *venatione Circi* Cap. IV.

Vs. 374 sqq. *Atque hæc in luxum*: ) Languet hic sermo. Falsa quoque sententia, si de ludicra illa venatione, verba, uti vult Bentlejus, intelligas. Quo lubentius sequor Veterum lectionem, sic constitutam:

*Atque hinc in luxum jam venter longius ibit,*  
*Quod modò militiæ Numidarum pascimur oris*  
*Phasidos (,) & damnis arcessitur inde macellum,*  
*Unde aurata novo convecta est æquore pellis.*

*Atque*

*Atque hinc Cod. Paris. & Regiom. hinc scil. ab auspicio illo domestico. Iidem, venter ibit. pro, ventri id est, pro vel a ventre ibit, quæ lectio est Aldi, Pruckn. & Molinii. Hi quoque legunt, Quod modò pæo, Quam mod. Illud rationem indicat, qua longius itur; hoc comparativum respicit, sensu minus apto. pascimur oris Phasidos, & damnis arcess. Sic ante Scaligerum legit, & rectius interpunxit Molinius. damnis arcessitur marcellum i. e. non aris solum ingenti dispendio, verum etiam navigatione periculorum plena. Luculentus in hanc tem locus est Petronii cap. 119. ubi totus in perstringendis suorum civium moribus, vs. 34 sqq. sic cecinit:*

— — inque Lucrinis

Eruta littoribus vendunt conchylia cœnas,

Ut renovent per damna famem, jam Phasidos unda

Orbata est avibus — — —

Et Plinius, Hist. Nat. Lib. XIX. Cap. IV, 2 *Ex borto, inquit, plebei macellum, quanto innocentiore victu! Mergi enim, credo, in profundo satius est, & ostrearum genera naufragio exquiri, aves ultra Phasidem amnem peti: & fabuloso quidem terrore tutas, immo sic pretiosiores, alias in Numidiam, atque Æthiopiæ sepulcra: aut pugnare cum feris, mandique capientem quod maudat alius. Heu prodigia ventris!* Confer Eundem Lib. XXVI. cap. VIII. pr. Senecam, cujus verba recitat Scaliger ad hunc Manil. loc. & Martialem Epigr. Lib. III, 58. vs. 15 sq.

Vs. 377. *novo remige*) Restituamus inveteratam lectionem, *novo aquare*, quam rite explicavit Bentlejus, *tum primum tentato*. Vierschrotus reddit per ultimo vel extremo, quo sensu hoc novus occurrit supra Lib. I, 533. Illum vero, qui nunc præ manibus est versum lepido epigrammate illustrat Martialis Lib. XIII, 72:

*Argiva primum sum transportata carina,*

*Ante mihi notum nil, nisi Phasis, erat.*

Pro *Argiva* legendum *Argoa*. Vide Gronov. Obs. pag. 290.

Vs. 379. *novaque in commercia ducet*) Ita Scaliger e Cod. Gemblac. Cui jungendi Codd. Lips. Paris. & Carrio Lect. Antiq. Lib. II, cap. XVIII. *Aves*, sic ille interpretatur, *docentur*



docentur habere commercia cum hominibus, quando loquelam humanam edocentur. Alteram lectionem, ipsi damnatam, nova qui comm. duc. vulgare non dubitarunt Regiom. & ceteri tres. Is qui ducet est oloris alumnus, quod se nescire Carrio, ludens forte, simulavit. Illum si pro mercatore avium capere velis, fac audacter; nec convitia cures stomachantis Critici. Sis potius auctoritate fretus Plinii, qui doctas ejusmodi aves Romæ emptas (quidni & venditas?) tradit Hist. Nat. Lib. X. cap. LI. ubi Clodii Æsopi, tragici histrionis, patinam describit in qua posuit aves cantu aliquo aut humano sermone vocales, HS. sex singulas coemptas.

Vs. 381 sq. *Ipse deum cycnus condit* (sc. ) Multum diuque se torserunt Viri docti, qui ad hunc locum, non ejus declarandi magis quam immutandi, vel, quod ajunt, emendandi consilio accesserunt. Difficillimum habuit toto Manilio Barthius, qui desperato quasi morbo desperata remedia tulit Advers. pag. 298. Non placet doctissimo Viro, neque nobis admodum probatur, illa lectio, *Ipse deum cycnus condit*, quam Scaliger affirmat esse Codicis Gemblac. Nulla ejus variatio in excerptis MS. Lips. & Carrio, quod vult loc. cit. videri, suopte ingenio eandem restituit, ipsius quasi Poëtæ scripturam. Quod tantum abest ut credamus, quantum Auctor ab illorum distat opinione, qui *Jovis cycno induti* fabulam hic iterum ab eo ludi putant. Hoc enim, quod tamen non dixerim dividæ, falsissimum. Laudat vero Poëta *cycni pietatem erga Apollinem*, cui ille sacer & carus, ob divinandi & modulandi artem, ab ipso deo, quod est in fabulis, acceptam. Id citra dubitationem colligimus ex hac, qua verior nulla dari possit, lectione, eademque Codicis Paris. & Palatini, quem recenset Barch. l. c. nec non Regiom. ceterorumque Editorum fide roborata, quam cum nostra interpunctione sic exhibemus tibi:

*Ipse deum cycnusque colit, vocemque sub illo,  
Non totus volucer, secumque immurmurat intus.*

*Et ipse, inquit, cycnus colit deum scil. suum Apollinem, vocemque sub illo, id est, illo moderante deo, secumque, quasi proprio conatu & exercitio, immurmurat intus, pro tacite modulatur. hunc autem cultum Apollini præstat*

K k

non

*non totus volucer*, i. e. *non integer*, *fibique relictus*, *supple*, *sed divino instinctu agitata*, *cantorumque sacra deo facientium modulatione incitatus*, *edoctus* Vel, *non totus volucer* est *non omnis cygnus*, *sed illi tantum*, *qui ad Apollinem colendum statuto tempore conveniunt* Hæc ex Hecateo Abderita refert Ælianus Hist. Anim. Lib. XI. cap. I, quo loco nostram non novam quidem, at sinceram antiquæ nec variatæ lectionis interpretationem evidentem in modum illustrat atque confirmat.

Vs. 384. *Et credere campo*) Cod. Paris. Regiom. reliquique omnes, & *reddere cacas*. Cod. Lips. & *reddere cacos*. vitiose. *Veneris aves, columba*. Servius & ceteri Maronis interpretes ad Æneid. VI, 193. *Redduntur caca*, non tam *oculos excludendo*, quod hujus loci non est, sed & eas *secludendo* ab a'teris: quo fit, ut saginationem illæ maturent. Itaque *caca* dici ea ratione possunt, qua Plinius Hist. Nat. Lib. IX. cap. XVI, *de piscibus* ait: Cum asperæ hiemes fuere, *multi caci* capiuntur. Itaque his mensibus *jaçant speluncis conditi* &c. Atque huic interpretationi cum primis favent, quæ Varro de Re Rustica præcepit Lib. III. cap. VII, 9. *Qui solent saginare pullos columbinos, quo plures oendant*, secludunt eos; *cum jam pluma sunt recti*. Ceterum illud saginandi artificium nonnisi in columbis exercetur. Quapropter rectius legeris cum libris nostris:

— *clausas qui culmine summo*

*Pascere aves gaudent* (: ) *Veneris* & *reddere cacas*:

Vs. 385. *sq. totamve per urbem Qui gestant caveis* &c.) Hunc locum verbis Divini Servatoris scite accomodat Pricæus ad Matth. X, 29. Vs. 397. *Quorum*) lege cum Libris nostris *Quarum*. Vs. 388. *tribuens est*) pro *tribuit*. Vide quæ ad vs. 270. dicta sunt. Vs. 390. *Cum ver*) Libri & Interpretes omnes, cum *venit*, quod valet *est*. uti recte exponit Fayus, probatque Ciceronis & Livii exemplis.

Vs. 395. *ferens*) scil. *se*, ibit. Eleganter addit *alienis finibus*, quia mare, non cælum, propria est piscium sedes. Nolim tamen vs. præc. hoc *patrio* permutare cum *proprio*, quod tentavit Grotius ad German. vs. 602.

Vs. 404. *rapidumque notari*) Post varias magnorum Virorum conjecturas, quibus hunc locum, ægerime, quod  
ip[s]is

ipsis videtur, affectum sanare voluerunt, sagaci tandem indagine Cl. d'Orvillii & Vierschroti factum est, ut ope Codicum Scriptorum, præcipue Lipsiensis, hæc e tenebris in lucem prodiret lectio

— *lapidumque nitori*

Vix quisquam est locuples &c.

Hæc Ille ad Chariton. pag. 543, sic interpretatur: Nemo adeo dives jam est, ut margaritas & gemmas possit emere. terra non habent tantum auri & argenti in suis visceribus, ut pretia gemmarum & baccarum, ex maris profundo protraharum, adæquent. Id esse ipsi videtur, quod dicit Auctor: *oneratur terra profundo*. His plane consona tradit Salmasius Exerc. Plin. pag. 825. Alter egregie heu quondam! doctus Vir in Noctib. Gothan. MSis multo rotundiorum tantoque probabiliorum concepit sensum hunc: *Concha cum unionibus æquivalent pretiosis lapillis*. Ut adeo sequentia, *Vix quisquam &c.* separatim accipienda sint & explicanda. Nobis adhuc potior prisca scriptura, quæ, si legas *rapidumque*, pro *rapid*, ut sæpe alibi, sensum fundit altero longe aptiorem. Nimirum, quo magis invaluerat Romæ fastus luxusque, eo vehementius in eorum Noster mores invehitur, qui forte nudi sapientia virtuteque destituti, unionibus ac gemmis, capiti & collo affixis, eminentem sibi conciliare dignitatem volunt. *Insania*, inquit, est *notari* scil. *fronte*, quod vel servis ignominiosum. Martialis III Epigr. XXI, 1.

Proscriptum famulus servavit fronte notatus.

Vel, *notari* valet *monstrari* scil. *digito*, quo acrius carpit fastuosos sui ævi homines, quibus *pulcrum est digito monstrari*, & dicier, *hic est*: Persius Sat. I, 28. Atque in hanc sententiam accepisse Nostri verba videmus Barthinum Advers. pag. 299. & ad Stat. Theb. VII, 720. Qui tamen non nihil inconstantia prodit Advers. pag. 321. & 1207.

Vs. 405. *Vix quisquam est locuples* ) scil. *more majorum*, vel, *dives antiquo censu*, quod dixit Horat. II Satyr. III, 169. scil. *fundis, agris, gregibus, armentis, arbutis, vicinis*, ex quibus antiqui divitias suas æstimabant. Nam ab hoc locus fit *locuples*, i. e. *agri plenus* quod

K k 2

proprio

proprio & nativo sensu hoc loci, sane quam apprime, venit. *oneratur terra profundo*) Seorsim ac simpliciter & hæc tibi sententia capienda. *Tanta, inquit, est copia exuviarum maris, ut ipsi terra oneri sint.* Hypetbolica locutio, ad perstringendam morum perversitatem, insigni cum acumine prolata. Itaque non est quod legamus *ni* ornatur terr. sicuti plus una vice tentavit Barthius. neque in ejus concedere possumus sententiam, ac si diceret Auctor: *terrestre animal intimatur maris divitiis.* quæ quidem Christiano interpreti magis ac gentili Poëtæ conveniunt.

Vs. 412. *tacita latantia fraude*) *Regiom. & Impressi ceteri, tacitaque licentia* fr. Scaliger mutavit *latitantia*, deleta enclitica, *que*, quam nullus MStorum agnoscit Gembl. & Lips. *tacita latentia*, contra metri rationem. Cod. Paris. & Palat. *tac. licentia*, pro quo Barthius vult *liquentia*, addita hac paraphrasi: *Quæ evanescent alioqui & instar undæ sublabuntur.* Sed hæc contra usum forensem vocis *liquet*. Quapropter, nisi retinere malis veterem vulgatam, ea quidem lege, ut illud *que* ex usu fere quotidiano non sensui, sed metro tribuatur; equidem legendum suadeo, *tacita luctantia fraude*, quod censeo deliberandum.

Vs. 420. *citis perlabitur aquora pinnis*) Delphinus enim *quomvis plena*, i. e. plenissima vento *vela praterit.* Auctor Plinius Hist. Nat. Lib. IX. cap. VIII. in cujus limine hæc: *Velocissimum omnium animalium, non solum mariorum, est Delphinus: ocyor volucre, acrior telo.*

Vs. 421. *Et sinibus gyros glomerat*) Vetus scripta & vulgata est lectio: *Et senibus vires sumit.* Scaliger mutavit *sinibus*, cui Barthius, Advers. pag. 321, hanc quam in altero plane desideras, explicationem addit: *sinibus vires recipere elegantissime dictum, ut videmus in serpentibus aliisque talibus, qui colligunt in nodum corpus, & inde in tractum prorumpunt.* Nobis autem id potius fieri videtur, cum *delphinus undis evolans & aërem in arcus formam transiens aquis se rursus immittit.* Itaque alteram delphini dotem Auctor commendat, *saltum* puta, quem tribuit quoque suis. Confer vs. 439. Unde puto illum dedisse

dedisse, *Et saliens vires fumit &c.* Nonnus certe, Scaligero quoque excitatus, Dionys. Lib. III, 26. delphinum dicit *αλκυονίς*. Cui fidem facit Plinius l. m. c. ubi ait: *Nam cum fame conciti (delphini) fugientem in vada ima persecuti piscem, diutius spiritum continuere, ut arcu emissi ad respirandum emicant: tantaque vi exiliunt, ut plerumque vela navium transvolent* Nolim ergo assentiri Cl. Burmanno, qui, nescio qua fide, hunc saltum esse dicit *delphini lascivientis*, ad Ovid Fastor. I, 457.

Vs. 421. *fluctumque figurat*) scil. *sibi* Quod si nolis; legere me prorsus consentiente, possis *flexumque* figur. i. e. *arcum* describit. Sic etiam supra ad vs. 147. pro *fluctum* ope Cod. Paris. restituimus *flexum*.

Vs. 425 *furtivus remus in ipso*) Consentit in hac lectione Cod. Paris. Magis placet vulgata Regiom. *furtivo remigis usu*. Vs. 426. *passuque natabit*) Libri, quot evolimus universi, *passimque* natab Retinendum ergo. Sumsit Noster hoc *passim* eo sensu, quo semel apud Virgil. Æneid. III, 510.

— *passimque* in littore sicco  
Corpora curamus — — —

Ubi Servius exponit *passim*, i. e. *prout quis voluit*.

Vs. 430. *Pendebitque super*) Sublata distinctione, Regiom. & cusi reliqui, assentiente Cod. Paris. sic:

*Pendebitque super totum sine remige pontum* (.)

*Pendebit* quasi piscis, quem eodem sermonis schemate, supra vs. 398, dixit *pendentem* in æquore cæco.

Vs. 436. sq. *Par ex diverso studium* &c.) Cod. Paris. & Editorum optimi sic legunt

*Pars ex diverso studet,*

*Pars* scil. hominum sub delphino natorum *ex diverso studet* in terra nempe. Locutus modo de iis, qui saliendo, ambulando, recumbendo, mergendo & in mari se erigendo mira patrant, nunc illos laudare instituit, qui

K k 3

ter.

terrestribus aut aëriis ambulationibus, saltibusque se exercent: *Diversa*, ait, *aliorum studia*, tamen cognata & *utrumque genus* hominum vel studiorum sociatur in unum scil. natandi vel saltandi. atque utrumque genus *surgit* vel *ortum trahit uno semine* scil. *delphini*, licet sit *digestum* i. e. in plura distributum studia, eaque, saltem ratione loci diversa.

Vs. 441. *Huc jacet*) Libri nostri, *Nunc jac.* Vs. 442. *Membrane*) *idem*, *que. per flammæ orbesque* dictum pro, *orbes flagrant.* Sunt autem, interprete Barthio, flammæ in orbem dispositæ, per quas saltu transibant isti præstigiatores.

Vs. 443. *Molliter ut liquidis*) Cod. Paris. & Impressi tres, *Tollitur* (,) & liq. Regiom. *Toll. ut liq.*

Vs. 444. *Delphinumque suo motu*) Prisca lectio fert, *suos motus.* & hoc *suos* quidem eleganter, quia nati delphino præside ab ipso isthæc naturaliter agebant. *per inane*) vel, *inanem aërem*, quod expressit Sidon. Apollinaris Carm. IX, III. Confer Nostr. Lib. I, 153, & IV, 591. De delphini per aëra natatu supra dictum.

Vs. 450. *facit ora severa*) Libri nostri, *fac. ora manere.* id est, *facit ora constantiam præ se ferentia*, *componit mentes cum gravitate vultus & frontis*, quod est in vers. seq. qui iisdem Libris præstantioribus sic legitur:

Frontisque ac vultus componit pondere mentes.

Vs. 452. *Pascentur curis*) id est *delectabuntur.* Claudianus in Stilich. Lib. II, 14.

—— ut pœnis hominum vel sanguine pasci  
Turpe ferumque putes ——

Pro quo calvus ad muscam apud Phædr. V Fab. III, 9.

Quæ delectaris bibere humanum sanguinem.

Vs. 453. *antiqui verba Catonis*) Ad differentiam recentioris dixit. Et sane Cato major plura præcepit, ut *verba* merito illi dederit. Poterit etiam antiqui vocabulo notare *intelligentem*, *probum*, *honestum*, *vitiorum censorem*, *virtutis sectatorem* individuum. Quæ quidem antiquitatis vocæ

voce comprehendit Petronius, qui germanum in modum  
*At nos, inquit, vino scortisque demersi, ne paratas quidem artes audemus cognoscere, sed accusatores antiquitatis, vitia tantum docemus & discimus.*

Vs. 455. *Componet* ) Malo cum Libris vetustioribus, *Component*, uti revolvent, laudabunt. Vs. 456. *Et dominum* ) Sic pædagogi pueris dicti. Ephebus ille apud Petron. cap. 86 fin. Rogo, inquit, domine, ubi est asturco? Alterum, quod sequitur, dominus, signat filium familias, qui pariter D. Paulo Gal. IV, 1. *κύριος πάντων ὢν*.

• *prætexta* Gembl. Paris. & Lips. *prætexta* lege, quasi *prætextata*, *fiſta*, cum nulla extet propriis verbis concepta. *imaginem juris* vocat versu seq. *prætextæ lege* dictum erit pro *jure atatis*. Minus autem recte hæc, dominus sequatur dominum, interpretantur Gronovius ac Bentlejus, de *sequela ordinis vel comitatu*; quasi pædagogus comitaretur, tanquam pedissequus, herilem filium. Tanto minus pro dignitate illius tutoris Sed *sequi* est h. l. *obsequi*. adeo ut dominus, filius familias, *sequatur dominum*, pro, *obsequatur Curatori*.

Vs. 458. *Quodque agit* ) scil. *pædagogus*. Regiom & ceteri Vulgati, *agat*. minus bene. *id credat*, ) tolle distinctionem, quæ vel magnum impedivit Scaligerum, ut sensum ne assequeretur. Itaque versum putavit transponendum. Pessimo id, nobis videtur, esse factum consilio. Planus erit ac facilis quin & commodissimus hujus versiculi sensus, si hoc eum ordine eolveris: *Et stupefactus ephebus, sic dictus, quia rationis usu frui nec ei licet, credat imagine juris secum agi, vel de ipso statui, id quod agat vel in ipsum statuat quis? pædagogus*. His compara Gronovii expositionem, Bentlejo quoque probatam & recitatam ex Lib. II. Observ. cap. VI. p. m. 300.

Vs. 459. sqq. Ad fidem Codd. & sententiæ rationem hi versus ita sunt legendi & interpungendi

Cujus erit, quamquam in chartis, stilus ipse cruentus,  
 Nec minus & scelerum facie rerumque tumultu,  
 Gaudebunt atri luctum memorare sepulcri &c.

In secundo versu *Nec pro non min.* *Et* scel. particula hic abundat. *scelerum facies* est figura rem ipsam spirans, proxima veritati. Contrarium est *species*, quod nimirum parum aut nihil veritatis habet. *verumque* i. e. *quam* rer. tum. *Gaudebunt memorare*, quæ omnino jungenda, posita sunt pro, *Libenter Et quasi cum voluptate memorabunt* vel in scena tragica agent atri *luctum sepulcri*, i. e. *Antigona fabulam*. Hæc antiqua lectio, quam retinendam puto propter constantem Librorum fidem; vulgatam Bentleji non penitus improbamus, ob sententiæ acumen cum venustate conjunctum. Pari sermonis elegantia Lucretius, quem longe ante nos adiit Vir ille *ἄπιστος ἄλσος*, Lib. V, 991. in eadem fabula:

Viva videns vivo sepeliri viscera busto.

Novit etiam hunc versum & ad Sidon. Apoll. recitavit Savaro Carm. IX. pag. 120. neque tamen id sibi datum putavit, ut Nostri locum ad illius normam efformaret.

Vs. 462. *solemque reversum Et cæcum sine luce diem*) Confer prologum Libri III, 18 ex quo hæc cum sequentibus repetita. Altero versu pro *luce* Libri veteres, *sole*. Sic etiam Savaro l. c. pag. 121. *luce* præfert Markland. ad Statium pag. 156.

Vs. 465. *Quin Et*) Idem Libri, *Quarere* scil. ex persona Jasonis, interfectos a Medea natos quærentis & desiderantis.

Vs. 467. *junctosque in curribus angues*) Recta & constans Veterum lectio hæc est:

—— *vestrosque ex ignibus annos.*

Anni *vestri*, quasi *provestri*, *Ælonis ex ignibus* facti sunt juveniles: vel, uti supra Lib. III, 11, *reduces*. Vs. 468. *rerum species*) Vide adnot. ad vs. 459 sqq. in *carmina*, Confer iterum Markl. l. c. p. 291.

Vs. 469. *Cepheus*) Bentlejanum est, pro *gestus*, quod veteres ac recentiores Libri timentur omnes. Et Scaliger recte hoc retinuit, Barthio quoque ac Marklando probatum. *Gestus* autem V. D. sunt *scita simulationes*, quas actibus oppon;



opponi putat Adv. pag. 1074. Cl. Fayus *pantomimos* hic in scenam producit, qui personas omnes per singulorum actuum simulationes imitari studebant, in quos Augustus severe animadverrit. Sueton. August. cap. 45. Sed de his Noster infra vs. 479. intelligendus, ubi diserte *tacitum* memorat *gestum*. Nobis h. l. *Id gestus* usu antiquo accipiendum videtur pro eo quod *geritur*. Auctor Festus in voce. Hoc vero *rerum speciebus* opponitur aptissime. Conf. adnot. ad vs. 459 sqq. & Nostrium paulo infra vs. 484 sq. *referetur in actis* (sic Libri nostri) dictum pro, *representabitur, exhibebitur in Theatro*. Conf. infra vs. 479.

Vs. 475. *Doctior in urbe sua*) Membranæ & Editiones veteres, *Doctior orbe suo*. recte. *Orbis* pro insigni *multitudine* apud Ovid. Arte Am. Lib. I, 174:

— atque ingens orbis in urbe fuit.

Menander itaque *doctior orbe suo* i. e. *maxima multitudine hominum* qui spectatum convenerant, vel quos ipsius ætas tulit. Cujus rei testes sunt Græci pariter ac Latini Scriptores, e quibus Plutarchum atque Senecam producit Barthius Advers. pag. 324. ubi Nostrium conjicit scripsisse, *Doctior orbe solum*. quod equidem adoptare nolim.

Vs. 476. *Qui vita ostendit vitam*) Ambiguum reddit sensum illud *vita*, quod dubitamus, secundo ne an tertio casu sit accipiendum. Ergo satius erit antiquam retinere lectionem, *Qui vitâ ost. vit.* *Vitâ ostendit vitam* id est. *hominum mores ad vitum expressit*, ore, scriptis, actu. Quod quidem in summis ejus laudibus posuit Quintil. Instit. Lib. X. cap. 1, his propemodum verbis: *omnem vita imaginem expressit: tanta in eo inveniendi copia, & eloquendi facultas: ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus*. Et Aristophanes Grammaticus, Scaligero citatus, *Menandrum & Vitam* componens, dubitare videtur, *utrum Menander vitam imitatus sit magis, an vita Menandrum.*

*chartisque sacravit*) Ita Scaliger ex conjectura, pro *carusque sacr.* in qua lectione Codd. Gembl. & Lips. conspirant. Cod. vero Paris. Regiom. & ceteri, *kursuque sacr.* Hanc ut reducamus, inprimis suadet hoc *sacravit*, quod quidem majus quid significat, ac *mandare*. Ecquid hoo,

K k 5

*charta*

*charta mandavit*, ad laudes Menandri? Notanter autem pluralitatis numero Noster dixit *cursusque*, ut non *vita* tantum, sed *et ingenii cursum*, quod ait Cicero in Bruto, intelligere simul possis.

Vs. 479. *tacito gestu*) Sic diserte Cod. Paris. Exposuimus sensum supra ad vs. 469. *affectibus*) Præter eos, quos Barthius excussit, Libros, nostri quoque scripti & vulgati legunt *affutibus*. Quid sit *affutibus ora referre*, Vir ille doctus Adv. pag. 324. exponit his: *similem vultui vocem dare, ut quod dicat ita animi habere ipso vultu doceat*.

Vs. 481. *reddet in uno*) Ita Scaliger, approbante Gemblac. cui Lipsiens. accedit. At Cod. Paris. & Regiom. *in unam* scilicet *personam*, id est *in semetipsum*, qui omnibus exprimendis se parem præstat. Conf. Vulpium ad Catullum p. g. 496.

Vs. 482. *scenisque togatas*) Sic omnino Cod. MS. Paris. & Editi omnes, præter Regiom. qui vulgavit *scenasque togatas*. Codex vero Lipsiens. magis ad sensum legit

Aut magnus heroas aget scenisque togatus

Quæ vel sua sponte redeunt in hanc sententiam: Actor ille *magnus scenisque togatus aget* seu *representabit heroas* Videndum, an non dederit Auctor

Aut *magnos* heroas aget: *scenisque togatus*

Omnis fortunæ vultum &c.

Ita enim aptissimus verbis & sensus constat & nexus.

Vs. 483. *Omnis fortuna vultum*) Hæc Scaliger ex Gemblac. cui Lips. consentit. Codex vero Paris. & Editi veteres universi, *Omnes vultus*. De hujus notione supra. Confer etiam vs. 513. Firmant hanc lectionem Savaro ad Sidon. Apoll. pag. 191. pr. & Barth. Advers. pag. 324. fin.

Vs. 493. *Cumque hominum dederit strages, dabit ille ferarum*) Pro *Cumque* Libri omnes, *Cuique* hom. *dederit* &c. legendum utique cum Barth. l. c. *deerint*, in hunc sensum: *qui non poterit hominum cæde, ferina grassabitur*. Conf. Markl. ad Stat. pag. 313.

Vs.

Vs. 494. Sic legitur soli Cod. Lipf.

*Nec pace ac bello civem discernit ab hoste*

Id est, *Semper ipsi bellum erit contra omnes*. Majus huic inest acumen sententiæ, ac alteri. Quod si illam Auctor voluisset, dedisset certe, *nec civem discern*.

Vs. 495. sq. *qua fert cunque voluntas*) Ita Scaliger ex suo Codice, suæque conjectura. Regiom. juxta cum Cod. Paris. & *fert quacunque voluntas vel voluptas*, quod habet dictus MS. in textu, alterum in margine, pro varia lectione. Et *quacunque voluntas fert, Præcipitant vires*, uti certissime habet Cod. Lipf. *vires præcipitant* i. e. *ad peragendum violento impetu incitatur*.

Vs. 496 *Laus est contendere cuncta*) In nostris pariter ac Barthii libris legitur *concedere*, quæ judicante V. D. verissima est scriptura, sed nemini intellecta. Nam *concedere* pro *cedere* positum. Itaque *cuncta* ipsi *cedere* pro laude habet Aquilæ imitator. Poteris etiam retinere suo sensu *concedere*, scil. *in ipsius voluntatem vel voluptatem*.

Vs. 499 *decorare*) Libri omnes *ornare*. quod ne metrum offendant, cum Cod. Paris. sic lege

Et patriam poterit magnis *ornare* triumphis.

Vs. 507. *curaque*) Hoc a Scaligero est profectum. Cui applaudit, uti solet, illi addictissimus Barthius, Advers. pag. 325. Pudendam hic dicit esse lectionem in omnibus libris *carnique*, pro quo Marklandus, si recte memini ad Statium, *carnisque* hoc sensu: Artifices possunt *materia* i. e. metallis, lapidi, ligno, unde statuas faciunt, *acquirere*, addere, parare, conciliare *dotem carnis*, ut quasi vivere videantur statux, & non materia inanimata, sed *caro ipsa humani corporis esse credatur*. Hæc autem quo longius sunt petita, eo quoque magis a vero aberrant. Neque enim h. l. de statuariis, nec de alia materia, quam de *auro* loquitur. Hanc quidem materiam, non per se, sed hominum æstimatione caram, artifex ille fabricando reddet cariorem, dum ex tenui parvaque particula opus faciet cui *acquiret dotem*, quam materia in se ipsa, scil. nondum elaborata & affabre facta, non habet.

Confer

Confer Plinii locum infra nobis recitandum ad vs. 524. Hunc sensum prodit lectio, ceteris omnibus præstantior, Regio-  
montani

— *tenuique* acquirere dotem Materiz

Vs. 508. *lapidumque vivos miscere colores*) Ex collatione versuum 511 & 518 liquide patet, *lapides* & præsentē in loco, *gemmarum* sustinere notionem, quibus auro vel argento inlitis, artifex *tenuem* vel *exilem* illam *materiam* multo reddit cariorem.

Vs. 510 Hujus loco in Cod. Paris. & optimo Regio-  
montani libro, uti apud ceteros Editores legitur vs. 513.  
*certantia culmina*) Libri modo laudati *lumina*. quod non mutandum. Vs. 511 *Gemmarumque jubar*) MS. Paris. *iula*, vel *iuli*, quod Scaliger, Barthius Fayus juxta cum Ald. Pruckn. Molin. ex suis vel aliorum libris vulgarunt. Per gemmas *Juli* Interpres ille Paris. intelligit *gemmas daëlyliothecas*, quas *Julius Caesar in ade Veneris Genetricis consecrav*it, teste Plinio Lib. 37. cap. 1.

Vs. 514. sq. non scriptione, sed interpungendi ratione sunt deformati. Distingue sic:

Et quod erat regnum, pelagus, fuit una malorum  
Non extincta lues, semperque recentia flammis.

Ordo & sensus: *Et pelagus, quod erat regnum i. e. regio quasi, dominatui subjecta, fuit una non extincta lues malorum, & hæc mala semper recentia sunt flammis.* Hæc uberius exponit Plinius H. N. Lib. 37 cap. 1 fin. & sq. qui omnino videndus.

Vs. 518. sq. *Perque caput ducti lapides &c.*) i. e. *gemma, margarita*. Plinius H. N. Lib. 9. cap. 35, *Parum scilicet*, inquit, *fuerat in gulas condi maria, nisi manibus, auribus, capite totoque corpore a feminis juxta virisque gestarentur*, Lege eundem Lib. 33. cap. 1, & Schedium de diis Germanor. p. m. 282.

Vs. 520. sq. *Quid potius matrona velit &c.*) In vulgata horum versuum lectione mire consentiunt Libri scripti  
cufique

cusque omnes. Ad eruendum ejus sensum nulla, ne apicis quidem mutatione opus. *Matrona* Nostro dicitur ipsa *Cassiope*, non alia quævis mater familias. *Ille facit creatos*, qui suo sunt sub sidere nati, auri fabros, bractearios, eam præcipue ob causam, quod non aliud est opus, quod in suos usus possit convertere. Hic verus est & genuinus verborum sensus, isque non nobis solum, verum Barthio quoque, Fayo Bentejoque probatus. Quo magis miramur, hos sequi duces noluisse Cl. Justi, qui in specimine *Observ. Critic.* nuper admodum Viennæ edito, pag. 46 seqq. infausto propemodum mutandi consilio seductus, tentavit *Quin* pro *Quid*, illudque sumsit pro *Quid* ni vero i. e. *Quid causæ est?* quasi de neglecta librorum educatione conquereretur Poëta. Quod quidem ab ejus mente abest longissime. Nostro autem voto longe satius fecisset Vir ille in re critica non admodum certe novitius, si verum 514 suæ restituisset integritati veritæque, quem ex Fayo mendosa correctione produxit, *Observ.* pag. 49, ita constitutum:

Et quod erat *Regum decus* &c.

Siccine vero nobis nullo Codicum antiquorum præsidio munitis, & vel solis ingenii viribus aut conjecturæ rationibus argumentisque fretis, observationes concinnare criticas licet, & lectionem omnium maxime sanam, integram, sinceram constantique librorum, veterum pariter & recentiorum, fide & auctoritate firmatam sollicitare, tentare, & ventilandæ novæ, nonnunquam ineptæ & insulsæ opinionis gratia, illam immutando commaculare? Licet ne? Quin potius ad resistendum nos movent Viri docti, qui sæpe fluctus in simpulo excitantes, lectionem, ipsis aut minus facile aut plane non intellectam, illico clamant depravatam, interpolatam, barbaram & nihil quicquam sani spirantem. Adeoque non negligendi interpretes, qui veram, vel vero simillimam exquirunt lectionem, eam, que ex ipsis sinceriorum Codicum fontibus, adhibita antiquitatis & priscae latinitatis luce, erutam tenent, probant, probatamque non suo, sed Auctoris intellectui accommodantes, ea quæ probum virum decet dexteritate, fide verique conscientia illustant. Quocirca nostro omnium primo diffidendum ingenio, nova tantum, etiam si meliora, nobis suggerer

suggerenti. *Neque enim oportet nos eadem ratione grassari in veterum Auctorum monumentis, quemadmodum præceptores solent in illis, quæ discipuli eorum composuerunt: quæ ab illis mutantur, corriguntur atque etiam delentur pro libera eorum voluntate atque imperio. Quam ridicula enim est hæc collectio: potuit Auctor melius loqui hac ratione, ideoque etiam ita locutus est? Nam licet quis probaverit, multo accuratius atque elegantius potuisse scribi ab aliquo, quam scriptum offendit, evincet quidem male scripsisse Auctorem; at nemini persuadebit, eum hoc non scripsisse, ob hoc solum, quod imperite aut male scriptum sit. Hæc non minus vere quam cordate Cl. Bestius in de Ratione interpretandi Leges Cap. I p. m. 6.*

Vs. 524. *Naturam eruere omnem*) Proprium æque huic rei vocabulum *eruere*, ac *effodere*. Noster iterum vs. 534. Plin. Lib. XXXIII. § II. *Eruiitur aurum, & chryfocolla juxta, ut pretiosior videatur, non natura. Effodere*, alterum vocabulum, ibidem paucis interjectis occurrit. Illud *omnem* a Scaligero est, nulli librorum, adtestante Barthio, notum. Suspiciatur itaque sic esse scribendum

*Naturam eruere orbemque intervertere præda.*

Nobis intemperate magis placet antiqua lectio:

*Naturam eruere, orbemque invertere prædæ Imperat &c.*

*Præda* pro *in prædam* Sic supra vs. 374. *ventri est in ventrem q. d. pro ventre*. Quod si metri causa lectio tibi est molesta, repetas quæso, quæ diximus supra ad II, 253. Ibi enim, rei magis naturæ quam metro intentus Auctor posteriorem vocis *contra* corripuit. Nunc vicissim ultimam hujus *eruere* non modo non elisam cupit, sed & eandem productam. Quam quidem veniam si Nostro negaveris, tanto te habebit illiberaliorem quanto facilius eris Horatio excusando, qui τὸ ε finale vocis *me*, subsequente licet alia vocali, modulando tamen fervavit & præter ejus naturam corripuit. Versus est I Satyr. IX, 38

Si *me* amas, inquit, paulum hic ades. Inteream si  
Aut valeo stare &c.

Ecquis est tam austerus rigidusque grammaticus, qui non æquo

æquo ferre animo possit illud Virgilii polysyndeton & hypermetron Æneid. V, 753—flammisque ambesa reponunt

Robora navigiis ; aptant remosque rudentesque.

Vs. 528. *stillantia littora* ) Melius omnino, quam *stelt.* quod dedit Scaliger, recepit Salmasius Exercit. Plin. pag. 760. Uterque sine ulla, ne dum apta, interpretatione. De auri & argenti colore, quem hic ostendit Salmasius Noster mox, & multo quidem disertius, vs. 533 *stillantia littora* juxta cum Barhii Libris, nostri firmiter legunt. Sunt autem ipsa, proprie dicta, *maris littora*, quæ aquam marinam ea lambentem, leniter & guttatim quasi, remittunt. An per cribrum colaverint arenam quod ait Barth. Advers. pag. 325 fin., equidem vehementer dubito. Quin potius usum esse puto aurilegulum arcula oblonga, navicula concava in modum structa, sed altero extremo clausa, qua contentam arenam ab auro fecernit alia atque alia aqua superfusa, quæ cum ab arcula delabatur, ille novo quasi ponto littora perfundit.

Vs. 529. *Magnaue ramentis* &c.) Cod. Paris. cum Lips. ac Editis vetustis *Parvaque fragmentis*. Possis tamen retinere *ramentis*, quod Scaliger affirmat esse in Cod. Gemb'ac. *Parva momenta sunt parvi motus*, quibus certe opus in hoc negotio.

Vs. 530. *Protulit* ) Hoc Scaliger ex MS. Gemblac. dedit, Regiom. cum ceteris Editoribus, *Pertulit*, quod primaria notione sonat, *deportavit*. Nimirum e ponto in littus. Enallage est perfecti temporis pro præsentis. Cod. Paris. *Partulit*, quod legendum forte *Parturit*. nec hoc ineptum, si ad habitum & laborem, vel ad animum referas aurilegi, qui licet doloribus vacuus, eo tamen desiderio tenetur auri percipiendi, quo puerpera, videndi infantis sui. Itaque nil attinet legere cum Salmasio l. c.

Pro tali ut reberat censu spumantia in aurum

Quæ quidem, speciosa magis quam probabilis, lectio sententiam ab Auctoris mente longius deflectit. *Gemmas enim & lapides pretiosos*, quales etiam *uniones e terra & mari* Noster colligi tradit supra IV, 390. sqq. *census spumantis* ) scil. *ponti*. Cujus *census* sunt præter pumicem & *combas balusæ*

*baluca* seu χρυσάμμος, & lapilli quos etiam in usum convertit. Qui aurilegus ut aurum legeret, proprium hoc vocabulum, pro colligeret, secerneret Vs. 531. Et cuperet prensare pro cupidius prensaret (rectius forte legeris cupiens) perlucens lapillos i. e. elucens inter arenam, vel qui pellucidi (calpendo reddi possint, Vs. 531. Vorticibus mediis) Hæc deleta præcedente distinctione, statim nectenda Vortices autem non sunt maris, quos ille nequit perspicere, sed qui ab ipso in alio quam quod supra depinximus, rotundo puta, vase lavatorio facti sunt motu aquæ circulari. His itaque vorticibus immittet oculos avaros i. e. habendi cupidos. immittet rectius est in Cod. Lips. quam emittet, quod habent Libri nostri. Verticib. in illis omnibus vitiosum. prensare est in Cod. Paris. & Edd. Vett. præter Regiom. qui habet pensare, quod hujus quidem loci non est, tanquam derivatum a pendo: ceu Scaligero visum.

Vs. 533. Et coquet argenti glebas) Alia rei metallurgicæ species, ab altera diversa, licet ab eodem forte aurilego exercita. glebæ quæ in metallis fodiuntur alia atque alia metalla habent commixta, quæ coquendo separantur.

venamque latentem) Continens pro contento, argentum scil. in vena latens. Eruet non jam e terræ visceribus, sed e sordibus & scoria eliciet. Sed maluit Noster proprio uti vocabulo, uti supra vs. 524. coll. not Nullum ergo hic ὄρεον πρότερον, saltem nobis haud ita manifestum, quam visum est Salmasio l. c. pag. 761.

Vs. 534. ὅς filicem) Intelligit adamantem, gemmas, marmora & hujuscemodi lapides pretiosos, qui filicem & duritie vel superant, vel certe æquant. vivo saliente i. e. ope molæ acuminariæ, vel in cote aquario, cui aqua desuper infilit, liquabit i. e. limo purgabit, scalper, fricabit, poliet pro lapidis natura & artificii ratione. Marmora quoque salientis in fissuras aquæ beneficio secantur facilius. Horum autem Auctor locupletissimus Plinius, non uno in loco. Vide quæ ad præsens institutum maxime faciunt, Lib. 36 & 37 passim.

Vs. 535. Aut) Libri nostri, Et. per utrumque) scil. metallum, auri & argenti. Salmasius longe aliter l. c. Cui dubito



dubito, num quis alius accedere velit, nisi eodem novatu-  
riendi pruritu laborans. Cujus enim usus hoc quod ten-  
tat, *perutrimque*? Aut *per utrumque*? quod ille reddit,  
*ex utroque latere*. *Qua*, inquit, *nummi designatio est*.  
Ergo mercator ille *nummularius*, qui *aurum argento mutat*  
ἔσ' *argentum auro*, ἔσ' *utrumque area moneta*. Hæc propius  
spectant Vs. 536, quem Regiom. & ceteri Editores non  
novitii vulgarunt sic:

*Alter & alterius semper mutabit in usus.*

Codices MSS. tenent, *alterum*. Lipsi. *ad* usus. Hoc vero  
*mutabit* de emptione vel mutatione, si ita dicere fas est,  
quæ sit *area moneta*, vel nummo signato, explicari nequit.  
*Alter* mercator *alterius* mercem, aurum vel argentum,  
lapides quoque pellucidos, dando & vicissim accipiendo,  
*mutabit*, convertet, *semper in usus* suos & aliorum.

Vs. 541. *totis cum finibus*) Barthii & nostri lib. i *viribus*,  
quod auctoritate Cod. MS. Gemblac. mutavit Scaliger.  
ἴδ' *cum παρῆλκε*, unde erroris suspicio nata postmo-  
dum. Non enim Adverbium est, sed Conjunctio.

Vs. 542. *Maturusia tellus*) Priscam lectionem, *tim.*  
*naufragia* tell. vario modo mutarunt Interpretes, metro  
magis ac sententiæ consulentes. Anne vero Auctori Poëtæ,  
illi legum grammaticalium non imitatori sed exemplari,  
liberum non fuit secundam vocis syllabam facere com-  
munem? præsertim cum plurima sint derivata, quæ a  
primitivorum quantitate desciscunt. Vide Becmann. de  
origine Ling. Lat. Noster quidem supra Lib IV, 126  
eandem corripuit. Nunc producta usus est, quod non  
alia vox aptior ipsi succurrit tum ad vim sententiæ acuen-  
dam, tum ad sonitum terræ hiscentis imitandum. *terra*  
*mari adjacens timuit naufragia*. Conf. adnot. ad Lib. IV,  
625. & Nostrium infra vs. 586.

Vs. 543. *merces*) Barthio notat *pœnam*. Non placet. Aliam,  
quæ hujus omnino loci est, notionem accepimus a Var-  
rone de L. L. *Merces* dicitur a *merendo* ἔσ' *are*. hinc  
*occlusura*, quas solvebant hi, qui *ratibus transibant*. Conf.  
Vs. 549.

Vs. 545. *Hic Hymeneus erat* ) Id est *hæc erat nuptiarum pompa*, desponsatæ scilicet ! *solataque publica damna* &c. ) Cod. Paris. & Regiom. ceterique Editi Veteres :

— *solaque in publica damna*

*Pro natis lacrymans ornatur victima pœna*

*solaque pœna*, Ablativus causæ pro *soliis pœna causa*, propter concitatam a Cassiope Nereidum iram, quibus illa filiam forma gloriabatur esse superiorem: Confer Hygini Poët. Astron. cap. X. qui ex Eurip. & Sophocle asserit, Cassiopem id de semetipsa fuisse gloriatam. Quod si esset; quid ejus culpæ in filia? in *publica damna*, quod expetita licet mille procis haud tamen ulli nupta, nec adeo liberos prognatura foret. Quapropter ipsa Andromeda pro *natis lacrymans* i. e. *vicem natorum*, quos ex illa sperabant omnes.

Vs. 547. *Induiturque sinus* ) Elliptica locutio, Græcorum imitatione per defectionem præpositionis καί. Vide Lamb. Bos pag. 334. seq. ed. Leifner. *non hæc ad vota* ) quæ dicuntur *nuptiæ*. Conf. adnot. ad IV, 527. Libri nostri, in vot. par.

Vs. 552. *Et cruce virginea* ) Hæc *crux* pro *suspensione in loco declivi* & præcipiti. Vide Cruceum ad Stat. IV. Silv. III, 28. Vs. 554. *decent* ) Melius libri vetusti, *docent*. Cod. Paris. a secunda manu superne *dec*. Regiom. hæc uncis parentheseos includit. recte. Vs. 555. *custos ipsa figura* ) Nimium se indulgentem præbet Bentlejus, qui dare potuit *ipsa*, quod modo præcessit. Cod. Paris. & impressi omnes tenent *sola*, quod sonantius.

Vs. 564. *roravit & undas* ) Hanc esse scripturam omnium librorum affirmat Barthius. Vere. At *non esse genuinam*, ait, quod horum sensum non percipit, *rorare undas*. Li- cebit ipsius magni Viri verbis dicere: *Nihil hic difficultatis, modo sciamus, poëticas locutiones poëticis sensibus legendas*. Est autem *roravit undas* dictum pro, *collacrymans, undis marinis lacrymas suas, quasi rorantes guttas immiscuit*.

Vs.

Vs. 570. *facies quem*) Rescribe ex veteribus libris fac. *quam* Vs. 580. *longo agmine*) Repete, si velis, notata ad Lib. II, 5. Vs. 581. *undas*) Lege *undā*, quod huic *eminet* constructione convenit magis, & Regiomontano, tametsi foli, vulgatum. Vs. 582. *Scandentis*) Idem 'cum Cod. Paris. & reliquis universis, *Scind.* Mox iidem libri, *movet* pro *vomit*.

Vs. 584. *surgunt*) Significantius est in libris nostris, *turgent. immensis torquibus* dictum pro, *tortis fluctibus* in torquium morem. Paulo infra vs. 796, *leges tortis orbibus*, eodem sensu. Vs. 588. *quam fugit*) Cod. Paris. *ut fug.* Regiom. *ut surgit*.

Vs. 592. *plausis hic subvolat alis*) Cur non potius *hinc*? At bene Cod. Paris. Regiom. & ceteri vetusti, *sed pennis subvolat alte*, Quæ quidem non nisi novaturienti displicere possunt. Quemadmodum & vs. 593, *sic fertur*, ex eodem pruritu ortum. Cod. Paris. enim diserte & recte legit, *jaculatur*. Vide omnino d'Orvill. ad Charit. pag. 591.

Vs. 595. *versamque a gurgite frontem*) Repone lectionem a Bentlejo injuste repudiatam

*Illa subit contra affurgens converſaque frontem*  
Emicat ————

Hæc totidem litteris in Cod. Paris. MS. & Edit. Vet. leguntur. Iidem mox Vs. 598,

*Sed quantum illa subit semper jaculata profundo*  
*In tantum revolat, latumque per æthera ludit*  
*Perſeus & Ceti &c.*

Cur novam præferamus antiquæ, causa non est. Hanc etenim libri nostri firmiter tenent.

Vs. 609. *remeavit*) Magis convenit, ideoque placet, hoc *renavit*, quod omnium itidem librorum consensu firmatum.

Vs. 612. *in marmore*) i. e. *in æquore*. Dudum notarunt Viri docti ad Petron. cap. 89. vs. 34. Pro *perfundit*, Cod. Paris. & Regiom. *perfud.* Vs. 613. *provocat*) Cum iisdem legere possis, *percol.*

Vs. 615. *nupturam dote mariti*) *Dos mariti* h. i. est *vita*, quam non habebat, nisi eam dotis loco a marito accepisset, adeoque ne nubere quidem potuisset. In eandem sententiam Barthius quoque verba convertit. Putamus illa sic esse reddenda: *nupturam non alterius magis quam ipsius mariti, Persei puta, gratia i. e. redhostimenti loco se illi nupturam. Sic dos pro gratia vel redhostimento apud Ovidium, in eadem fabula, Lib. V Metam. 15, ubi Cepheus ad Phineum, cui desponsata prius Andromeda, cum is hastam in Perseum vellet emitte,*

—meritis ne *bac gratia* tantis

Redditur? *bac vitam servatæ dote* rependis?

Vs. 616. *Hic dedit Andromeda cælum*) Recte libri omnes, *Hic* scil. *Perseus dedit*, i. e. sua virtute. Ita Nostro conveniunt Hygini verba Poët. Astron. cap. XI. de Andromeda: *Hac dicitur Minerva beneficio inter astra collocata, propter Persei virtutem. Quapropter accedere non possumus Barthio conanti corrigere, Hinc adit Andromedæ cæl. stellisque sacravit*, scil. *eam*. Alioquin minus apte sibi junguntur hæc: *Et Perseus sacravit Andromedæ stellis. Quin hoc sacravit* reposcit suo jure *stellas*, quod ei servant Cod. Paris. & cum Regiom. reliqui vetusti Editores. Quare deleta post hoc *sacravit* distinctione (,) sequentia quo arctius eo quoque commodius illis jungentur in hunc modum:

*Hic dedit Andromedæ cælum; stellisque sacravit (ei) Mercedem tanti belli &c.*

Vs. 617. *Mercedem tanti belli*) Pro *in mercedem* i. e. *premium* iusto titulo tributum. Conf. Lib. I, 377. Sumitur et in malam partem pro *pæna*, uti apud Petron. cap. 119. vs. 50.

— quare tam perdita Roma  
Ipsa sui *merces* erat *sine vindice præda*.

Ubi non est quod acutissimus Barthius ex allatis Nostri verbis doceat, eandem utroque loco vocis esse notionem. Alterum enim, *præda*, quid sit *merces* Petronio, satis lucide declarat. In cujus expositionis fidem vocare non dubi-

dubitamus Phædrum a doctis Petronii Interpretibus, non suo certe merito, neglectum I Fab. XVII, ubi ovis injuste damnata lupi testimonio, hunc postmodum in fovea jacentem conspiciens

*Hac, inquit, merces fraudis a Superis datur.*

*quo concidit ipsa*) Malim cum nostris, iisque melioribus, libris, *quod condidit ipse* i. e. quod ipse Perseus composuit, finivit satis feliciter. bellum scilicet *Andromedæ cum bellua marina.*

Vs. 618. *pelagusque levavit*) i. e. Et liberavit pelagus monstro non levioze quam erat illud Gorgonis. Vide sis quæ annotavimus supra ad Lib. IV, 684.

Vs. 625. *vendentis*) Cod. Paris. & Editi vetusti, *ducentis mortem pro, ad mortem.* Vs. 626. *Accensosque rogos* &c.) Ita legi Bentlejus affirmat in libris omnibus. Erroris veniam a nobis facile impetrabit Vir doctus, qui Codicem Paris. oculis non usurpavit. Hic enim diserte legit

*Accensisque rogis & stricta sæpe securi*

Nec aliter Regiomontano vulgatum, ceterisque non finitris Interpretibus. Unde vero hi Ablativi, frustra, ait Criticus ille, *te quasitum* Ne te fallat ratio, dicam ipsius Auctoris verbis, hoc potissimum ordine concinnandis: *Et imago carnificis ducentis ad mortem veniet in vel cum Accensisque rogis* i. e. non solum accens. rog. & pro sed etiam *stricta sæpe securi.* Ita, ut video, plana sunt omnia, sibi que cohærent aptissime.

Vs. 629. in Cod. MSto Paris. & Editis vetustis, rectius omnino, post vs. 630. legitur. *Vinctorum Dominus* &c.) Notat custodem carceris, qui servat i. e. asservat interdum pænis vel ad pænas innoxia corpora i. e. corpora hominum innoxiorum vel, homines innocentes.

Vs. 632. *Signabit terræ limen, fulgebit* & orbi) Cur duo verba, cum unum sufficiat? Concinnius hæc legit Cod. Paris. & verius:

*Signatum terræ lumen fulgebit & orbi*

L 13

Procul

Procul hinc faciat incisum. *Signatum lumen dicit Equum*, vel propter figuram, quæ tantum dimidia. vel propter clarissimam in umbilico stellam, quæ Andromedæ caput vocatur, cui omnino convenit hoc *fulgebit*. Noster supra Lib. I, 356 de hoc *Equo*

——pectus *fulgenti fidere clarus*

Et finitur in Andromeda ——

Ubi confer, si vacat, notata nostra. Illud itaque *signatum fidus Equi*, Noster ait, *fulgebit terra* & orbi. Dicta sunt per *τὸ διαδυσκόν*, pro *terrarum orbi*.

Vs. 636. *Hic glomerabit equo gyros*) Virgil. Georg. III. 117:

——atque *equitem* docuere sub armis

*Insultare solo, & gressus glomerare superbos.*

Hoc *glomerare* Servius ad *Æneid.* IV, 155 exponit per, *glomeratim ire*. quod Nostri quoque verbis accomodandum.

Vs. 638 sqq. Ex nostris Codicibus, quo facilius & vel ultro sensus eorum adpareat, ita sunt constituendi:

*Nunc* (Cod. Par. melius, *Hunc*) *studio fraudare fidem*  
*poterisque videre*

*Mentiri passus, & campo tollere cursum* (Cod. Par. *cursum*)

*Videbis*, inquit, *Hunc* i. e. *alium*, eo quod præcessit alter *Hic* (vs. 636.) *studio fraudare* vel *fallere fidem*, i. e. *sponsionem*, non illam ab ipso, sed a spectattoribus mutuo datam receptamve. *Videbis eundem mentiri*, i. e. *simulare*, *passus præstanti velocitate campo tollere cursum* i. e. *campo quasi evolare*.

Vs. 640 sqq. Sana primi versus lectio, quam iisdem verbis tenet Cod. Paris. Illud *Quamvis*, sequente, verso abhinc tertio, *etiam*, valet *Præterea* vel *Præterquam* quod. uti hoc *quamquam* in pari constructione supra Lib. IV, 702. sq. quod e loco Taciti evictum dedimus in adnot. ad loc. cit. Signat Noster *bemerodromum*, qui *præterea quod altius revolaverit* tanquam *nunciatus* ab extremo orbe, (hanc distiq.

distinctionem post hoc *Nuncius* scite ponit Molin. ) *vel bis* ( sic Cod. Paris. & Editi præstantiores ) penetraverit orbem extremum, ( & hoc incisum a Molinio est ) *ille etiam sanabit* &c.

Vs. 646. *ignota facies sub origine constat* ) Nusquam librorum leguntur hæc , *ignota facies*. Regiomontanus sic dedit versum

*En gonasi idolon juvenis sub origine constans*

*Dextra per extremos &c.*

Ceteri Editores, exemplar forte Bononienſe ſecuti, eandem cum Barhio lectionem tenent :

*Et coma signicula vivens sub origine constat* (.)

Posteriora quidem verba *viv. sub orig. const.* Codici quoque Paris. diſerte leguntur. ſuper hoc *vivens* ſcriptum ab alia manu, vel *oonat*. Priora vero correctoris manu adhuc deſiderant: *Et vide igcula*. Ad verſum in margine hoc ſignum (†) poſitum, ſcriptionis corrigendæ monimentum. Videtur id negotii datum nobis, ut poſt tot alios hunc quoque locum, ſane quam ægerrimum, neque doctorum Interpretum conjecturis adhuc ſanatum, noſtro, ſi quod eſt, ingenio ſublevemus. Faciamus periculum. Cogitantibus autem, Noſtrum mores artesque conjungere, in unum *Engonasi* ſidus minus apte quadrantes, præſertim quod ratio excogitari nulla poteſt, qua fiat, ut ab illo Schœnobatæ & Oreibatæ naſcantur: In mentem venit, ingenioſiſſimum Poëtam pro inſtituti ſui & Altrotheſias ratione ( Cf. ſupra adnot. ad vs. 29 ) duo ſidera conjunxiſſe; nimirum *Geniculatum* & *Lyram*, quæ uti vicinitate illi conjuncta, ita chordarum intuitu & Auctoris ejus *Oeagri* vel *Orphei*, poſteriori apotelesmati locum fecit aptiſſimum. Clarius hoc pateſcet ex ipſa Codicis Paris lectione, illa exſcriptorum negligentia miſere corrupta, ſed certiſſima, quod videtur, emendatione ſic reſtituenda:

*Et Fidis in genua Oeagri sub origine constat*

Et omnibus Veterum libris inhæret. retinendum ergo. Connectit enim hæc quæ deinceps dicturus est (forte parenthesi includenda) cum illis:

Nixa genu species ♂ Grajo nomine dicta

Quorum ultima sic concipienda: Grajo quoque nomine sic dicta. Hæc intelligenti sufficiunt Lectori, cujus peritiæ ne diffidere Noster videatur, illud *Engonasi* per totum, qua hætenus, carmen omisit. Cur ergo nunc, in fine demum, id ei dabimus, nbi ne vola quidem aut vestigium ejus in libris vetustis? Sed pergamus in tentaminis nostri ratione reddenda. *Fidis* primo casu hæc terminatione semper & ubique effertur Columellæ. vide Lib. XI cap. II passim. *Astrum illud quod Græcis λύρα* Varro de Re Rust. Lib. II. cap. V. *Oeagri i. e. quæ usus Oeager Orpheus.* Vide supra vs. 324 sqq. coll. adnot. ad loc. constat in genua sub origine scil. ἡ ἐν γόνασι i. e. subsequitur illum orientem, ut quæ posita est inter genus & manum sinistram illius Engonasi, qui exeritur ante pedibus, quam reliquis membris. Auctor & interpret Hyginus Poët. Astronom. Cap. V, de Lyra. Itaque multo uberiorem eandemque acuminatiorem habemus sententiam Auctoris, alteri certe ἦν Engonasi multa cum inani verborum profusione describenti, quod Nostri non est, tanto longius anteferendam.

Vs. 648. *Hinc* ) scil. ab *Engonasi*, quem putamus ipsum Orpheæ Nostro vel Ixionem fuisse. De illo videndus Hygin. Poët. Astron. cap. VI. p. m. 371. pr. De hoc Fulgentius Myth. Lib. II. cap. XVII. in epilogo: Ergo ostendere hic voluerunt, quod omnes qui per arma regnum affectant, subito erectiones, subito elisiones (i. e. dejectiones) sustineant, sicut rota, quæ stabile non habet aliquando cacumen.

Vs. 649. *Grassatorque venit* ) Uti quoque Ixion ille, qui regnum affectans, Centauros i. e. centum armatos, primus omnium conquistavit. Sed parvo tempore celere regnum adeptus, dehinc regna expulsus est: Verbe sunt Fulgentii l. m. c.

Vs.



Vs. 651 sq. *vincetque periclo Ingenium.* ) Libri omnes, *vincetque. recte. periclo (.)* Sic non incommode interpunxit Regiom. *Ingenium* cum cet. referre omnino poteris ad hoc *ponet*, quod habes vs. 653.

Certa per extentos *ponet* vestigia funes;

quæ quidem verissima est, Regiomontani quoque, lectio, *Funambulæ* notat, ex Lyræ chordis obductæ figuratione coll. adnot. ad vs. 646. Unde Gallis ille, quod mirum Fayon non subvenisse, *danseur de corde*, dicitur. nimirum a *chorda*, qua id genus homines *anea*, quale *ferreum filum*, utuntur.

Vs. 654 sq. *At* ) Melius *Et*, quod est in vetustis. *vestigia perdet*. lidem omnes, *fastigia pendet*. Hoc futuri temporis est à *pendo* quod valet *pondero*, libro. Porro pro, *Pene sua*, & *pendens*) restituendum ex scriptis editisque libris, *Apennina petens* (,) scil. *fastigia*, quæ proprie dicuntur *montium cacumina*. uti supra de *Æthna*. Regiomontanus suum, hoc quidem loco vitiosum, Codicem secutus, vulgavit *Apennina potens torulum*, quæ nullius sane sunt pretii. Recte omnino, *populum suspendet*. scil. *stupefactum*, non *porulum*, quod nihili est in Cod. Paris. nec *poculum*, quod nobis quidem longe ineptius videtur. Barthio tamen hoc probatur Advers. pag. 377. Inde vero hanc Nostri colligimus esse sententiam: *Funambulus ille celsissima petens vel montis Apennini cacumina, aut pontones saltem pensiles tam alte extruens, ut ipsum æquare videantur Apenninum, suo fastigia haltere librabit, spectantemque populum tenebit stupore vel admiratione sui suspensum ab ipso* ) pro a se ipso, in quem utpote omnium ora atque oculi sunt conversi.

Vs. 660. *Pontum vinclis arctare furentem* ) Scribendum omnino *artare*, uti Scaliger & ipse Bentlejus in notatis ad h. l. Marckland. ad Stat. pag. 235. Vide etiam Castal. ad Rutil. pag. 84. Sic *arta domus* Apollinar. Carm. VII, 54. pag. 273. ed. Colv. Libri vero nostri prisce & moderni sic legunt

— & pontum vinclis armare sequentem

Quæ quidem lectio, si rite explicetur, alteri præstat longissime. Gronovius quidem ad Plaut. *Perf.* I, 2, 22. reddit: *retibus induclis iusestum pontum reddere piscibus*. Hoc autem nihil est certe aliud, quam quod Noster modo dixerat, *extentis laqueare retibus profundum*, quod est *mare*. Alii *pontum* faciunt *obsequentem*. Quos merito ridet Bentlejus. Scaliger mavult *sequentes* scilicet *pisces*, qui *vinclis* i. e. *retibus* ducuntur. Et hæc ab Auctoris mente sunt aliena. Scribendum vero *Pontum*, ut intelligatur piscium genus maximorum, quod *Pontum* proprio nomine sic dictum τὴν Ποσειδών, Ælian. *Hist. Anim.* Lib. XV. cap. VI. *sequitur*, i. e. quærit, intrat, ibique degere amat. Auctor Plinius H. N. Lib. 9. cap. 15. sect. 19. Piscium genus omne præcipua celeritate adolescit, maxime in *Ponto*. Causa, multitudo amnium dulces inferentium aquas. Amiam vocant, cujus incrementum singulis diebus intelligitur. Cum thynnus hæc & pelamydes in *Pontum* ad dulciora pabula intrant gregatim cum suis quæque ducibus. Neque tamen in *Ponto* tantum capiuntur thynni, sed in Sicilia etiam, imo & alibi quoque piscatores eorum constat. Ælian. l. m. c. Poteris etiam accipere *piscem prægrandem*, quales Ceti, Thynni, Delphini, *sequentem* i. e. *secantem pontum*. Nam a *seco* fit *sequor*, eodem sensu. Vide adnot. ad Lib. II, 881, & ibi Perott. quemadmodum vicissim *seco* pro *sequor* Nostro usurpatum Lib. cit. vs. 132. ex MS. certa *secanda* via est. Hos autem pisces Noster dicit *vinclis armari*, quasi *indui* & *includi*. Quod luculentius tradit Ælianus *Hist. Anim.* Lib. XIII. cap. XVI. ubi memorat, Celtas & Massilienses atque omnes Ligures *maximis & firmissimis bamis ex ferro confectis* thynnos comprehendere solere. Quæ si adhuc, quod tamen dubito, minus placent, age sis *pontum sequentem* intellige ipsum *piscatorem cetarium*, qui variis ad capiendum instrumentis instructus *pontum sequitur*. Hæc instrumenta suo Ælianus ore vocat ὄπλα, unde perquam apte Noster *armare*. Vide illum *Hist. Anim.* Lib. XV. cap. V. ubi de thynnorum piscatione plura lectu admodum jucunda.

Vs. 661. *pbocas*) vitulos marinos, quos sic vocari scribit Plin. H. N. Lib. 9. cap. 7. fin.

Vs.

Vs. 664 sq. *luculantur rumpere nodos &c.*) Thynnus reti comprehensus auxilio quasi venire solent gladius piscis & delphini, qui illorum irretito gregi ad se exuendum ex laqueis facultatem dant; delphinus etiam ad moliendas retibus insidias acerrimus, dentibus ea conficere novit. Vide rursus Ælian. Hist. Anim. Lib. XV. cap. VI. fin.

Vs. 666 sq. Ex Libris vetustis, cum interpunctione Molinii, ita restituendi sunt:

— permixtus sanguine pontus (dele hic distinct.)  
Totus (,) cum toto jacuerunt littore prædæ (.)

Vs. 668. *cadis cades*) Inepte, pro *cadi cades*, quod referunt libri prisca Nec hoc satis recte. Legendum puto *ceti cades*. Pro *fit*, Cod. Paris *sic*, scil. *fit*. Vs. 671, *cruoris*) Hoc Regiom. & alii. Cod. Paris in margine pro var. lect. Idem vero *coloris* in textu. Utrumque suis nititur rationibus.

Vs. 677. *turbaque*) Libri omnes, præter Cod. MS. Lips. *terraque*, cui mox sequens *hæret* magis convenit.

Vs. 680. Præeuntem Barthium cum suis libris, nos sequimur cum nostris, hac lectione

Humoresque *volet socia* per *mutua dote*.

De garo hæc ex variorum piscium mixtione vino temperata, ille V. D. capienda arbitrat. *Humoresque volet* scil. *Bacchi*. Vide Barth. Adv. pag. 377.

Vs. 681. *liquidam tabem resoluta medullam*) Eorundem librorum auctoritate legendum, *liquidam tabem*, resolut. *medullas*. Vs. 682. *salinas*) Vide Rutil. I, 475. & ad eum Barth. pag. 278.

Vs. 682. & *ponti*) Desunt hæc in Cod. Paris. *virus*) Idem & cum Regiom. Editi plures, *vires*. Sed alterum rectius. Cf. vs. 690.

Vs. 684. *diffundunt*) an *describunt*? vel, quod Barthio visum, *distinguunt*. vulgatam Libri tuentur. Vs. 685. *Adpelluntque*) Hi omnes, *ad bellumque*. scil. quum *fluctus* cohibentur in fovea, Solis ardore exsiccandi, ut nil nisi *sal remaneat*. Vs. 686. *auras*) Nostri, *undas*,

Vs.

Vs. 687. *posito*) Vet. lect *portus*, aqua marina. Vs. 688. *mensis* V. l. *mersisque*) Vs. 688. *seposita* Molin. *posita* post hoc *Canities* (,) cum scriptis ac vulgatis vetustioribus legit, & *nota* maris (,) (pumæq. rig.

Vs. 691. *Quo perit usus*) Antiqua lectio, *Quodque erat usus*. In fine, *amaro est marino*. Rutil. I, 251. Castal. ad h. l. pag. 60.

Vs. 695. *Nunquam tincta vadis*) i. e. *occidere nescia*. Vide supra. Regiom. *cincta*, eodem sensu. Vs. 696. *Ac pro Aus* Cod. Paris. Regiom. ceterique omnes. Vs. 697. *vet* Cod. Paris. & Regiom. *tum* Ald. Pruckn. Molin.

Vs. 700. *ferent placidasque regent commercia gentes*) Cod. Paris. *feret* (: ) Sic ceteri omnes. *placidusve teget oomm gentis* Molin. *placidus terget*. Regiom. *placidus peraget commercia gentis* Dicuntur autem h. l. *gentes* omnia animantium ferarum, quas modo nominavit, genera. Alibi Nostro *populi*, Lucretio *secula* audiunt. Barth. ad Stat. Theb. V, 231. Cui non video cur admodum displiceat Vs. 705, *perversaque munia*, pro quo ille l. c. tentat, *præceptaque*. Dicit enim Noster *perversa*, quod, uti rectissime Scaliger, *ea munera hominum potius quam bestiarum propria*.

Vs. 704. in omnibus libris, qui sanum Auctoris sensum referunt, sequenti postponitur. Pro *monebit*, iidem illi, *movebit*. Vs. 706. *scandentem pondere funes*) De perversa hac versuum & lectionis immutatione vide iudicium d'Orvillii ad Charit. pag. 638 cui plane merito subscribimus. Libri nostri, *cedentem pond. cunctis*. scil. *monentibus*. Magis vero placet *punctis*, minutis nimirum punctationibus.

Vs. 707. *tigrim rabie solvet*) Cod. Paris. & Regiom. *solvit*. minus bene, propter hoc *domabit*, quod statim sequitur. Ad sententiam vide adnot. ad Lib. IV, 235.

Vs. 710. *Tertia pleiadas &c.*) Hæc tametsi uno se protelo excipiunt in libris scriptis pariter ac vulgatis vetustioribus, nulloque prorsus hiatu distincta, videtur tamen nonnihil excidisse, quod a *tertia forma* i. e. tertiæ magnitudinis stella, quarum una est Pleiadibus, seu duplex in unam juncta, tractationem novam exorditur. Pro *dotavit* in libris nostris est *dotabit*.  
Vs.

Vs. 711. *Cæruleum*) Libri omnes legunt *Femineum*.  
 Vs. 712. *Invenitque*) *Invenietque*. Vs. 714. *Deltotonque*  
*tribus facitus*) Conf. adnot. ad Lib. I, 359.

Vs. 715. *Æ flexos* *Æc.*) Regiom. *Æ flexos pisces per lubrica*  
*terga* Molin. & *flex. artus* per lubr. terg. Vs. 716. *omni*)  
 in nostris est *omne*.

Vs. 717. *summamque gradus disjungit utramque*) Cod.  
 Paris. *summamq. grad. qui jung. angue*. Molin. *summaq.*  
*gr. q. jung. angui*. Regiom. hanc non variat, nisi in  
 fine, *ante*. quod nolim. *internoscitur*, inquit Noster, *e*  
*summa* *Æ numero generis*, quod datur *serpenti*.

Vs. 718. Libris nostris sic legitur:

*Maxima per minimos censu concluditur uno.*

*Maxima*, supple *forma* seu *magnitudo*, vs. 710. *per*  
*minimos* scil. *gradus* i. e. *formas ac magnitudines minimas*,  
 quod sextæ magnitudinis genus est. *censu uno*, nimirum  
*sexto*. Gemblac. *imo*, quod valet *ultimo*.

Vs. 721. *currus*) Cod. Paris. Regiom. & ceteri impressi  
*curfus*. Vs. 722. lege ex iisdem libris sic:

*Cumque vaga est illa, Æ terris sua lumina condit*  
*vaga* dicitur *Luna*, *cum longius discedit*, scil. sub Hori-  
 zontem. Confer nbtata ad Lib. I, 87. *condit* est *abscondit*.

Vs. 726. *Conserta*) Cod. Paris. *conserta*. Vs. 727. *Cernere* :)  
 sic interpungit Regiom. Idem cum Cod. Paris. *feminibus* pro  
*lumin.* item *desit* pro *densis* Cod. Paris. qui etiam vers. 728  
 sequenti postponit. *Stipatum stellis mundum*) sic Veteres:

*Nec spatium stellis mundo, nec cedere summâ ( al.*  
*summam )*

*Floribus* &c. scil. *campi*, non *stellulis*, ceu metapho-  
 rice dictum putat Cl. Fayus.

Vs. 729. *curvum per littus*) recte. non, *cumulum*, quod  
 dedit, nescio cur, Regiom. *curvum* fere perpetuum littor. s  
 epitheton. Lucanus: Et ripas Atyri, quas *littore curvo* &c.  
 Vide Serv. ad Virgil. & Gevart. ad Statium pag 84.  
 Alterum

Alterum epitheton est hoc *prorum*, quod Nostro non minus familiare. Cod. Paris. aut siccæ *currunt* per lictus arenæ. Vs. 731. *delapsu*) Idem Cod. *decussa*.

Vs. 733. *describitur*) pro, *distribuitur*. Confer annotata ad Lib IV, 701. Mox, Vs. 733. *per ingentes urbes*) Rectius omnino Libri nostri, *per ingentem urbem* quod non nisi de Roma valet, ceu patet ex recensione ordinum, quam statim subiungit.

Vs. 734. *Præcipuumque*) Cod. Lipf. *Principiumque* i. e. *principatum*, quod fufius declaravit & probatiffimorum Auctorum exemplis firmavit harum rerum folertiffimus indagator, Vierschrotus, in Noctib. Gothanis, hætenus ineditis, Lib. I. cap. III. *Ordinum* Romani Status *trigam* totidem verbis complectitur Sidon. Apollin. in Paneg. Majoran. vs. 287.

*Ordo omnis regnum dederat, plebs, curia, miles*  
Et collega simul — — —

Confer huc Viros doctos a Barthio allegatos ad Statium IV Silvar. I, 25. *retinent* idem ac *tenent*. Vs. 735. *equiti*) Cod. Paris. *equitum* fcil. *ordinem*.

Versum 737 sq. mire deformavit Bentlejus, ut Nostrium vitiatum, si videtur, sermonis culpa liberaret. Enimvero hanc optimi Poëtæ manum referunt Codex Paris. Edictique vetusti:

Sic etiam magno quædam *respondere* mundo  
Hæc natura facit, quæ cælo condidit orbem.

*Respondere* hem! tertiæ Conjugationis. Hoc subtilis ille Criticus omnem barbariem *exsuperare* clamat. Et sane frustra est Scaliger, qui istud probare conatur exemplis e Martiali & Valer. Flacco conquisitis. Igitur aliam, ut laboranti loco succurreret, viam ingressus est Cl. Vierschrotus, qui vocem divisit, legens *res pondere*. Cui favere videtur Cod. Gemblac. si quidem vera est lectio, quam, tacente nimirum Scaligero, solus indicat Bentlejus, *res pendere*. Sed hæc parum aut nihil ad sensum. Multo nobis videtur  
facilius

facilius ferenda Poëtæ castissimi scriptura, quam vel licentiosa Criticorum temeritas, vel Correctorum audacia. Quid? quod illi Linguæ Latinæ conditores ante sua scripta vulgarunt, quam concinnatæ fuerunt illæ Grammaticorum regulæ, ad quarum normam exigenda non esse Poëtarum carmina, dudum est quod docuit. exemplisque divini Maronis ad oculum probavit Brodæus Miscell. Lib. 4. cap. 27. Quod de nostro quoque loco, rectissime omnino, statuit Barthius Advers. pag. 1102. Confer, si placet, notata ad Manil. Lib. V, 524. & 542. Nobis magis placet *resplendere*, quod vel e vetusto Cod. vel e conjectura dedit Reinesius. Et illud correptam admittit penultimam. Cujus quidem rei causam dum mecum studiosius inquirō, subvenit forte fortuna commodissima, Nostroque dignissima, observatio Senecæ, qui Nat. Quæst. Lib. 2. cap. 56, *Etiannum*, ait, *illo verbo (fulgere) utebantur antiqui, correpto, quo nos producta una syllaba utimur. Dicimus enim ut splendēre, sic fulgēre. At illis ad significandum hanc e nubibus subitæ lucis eruptionem (de fulgure loquitur) mos erat media syllaba correpta, ut dicerent fūlgere. Quid ergo vetat, quominus credamus & pro certo affirmemus, Nostrium ad instār antiquorum non magis ingenio poëtico quam mente philosophica, eaque vel homine Christiano dignissima, scripsisse resplendere, ad significandum actus celeritatem, qua quidem natura, qua Nostro deus hos stellarum ordines in calo resplendere fecit.*

## T A N T U M.



## I N D E X



# I N D E X

## R E R U M

### I N M A N I L I O

### M E M O R A B I L I U M.

- A.*
- Abiguritorum* genitura. IV, 536.
- Actiacum bellum.* I, 912. V, 52
- Acutorum* & *solertium* genitura. IV, 241
- Aegyptii inventores Astronomiae.* I, 45
- ... minus colarati Indis. IV, 727
- Aegyptus* subjecta Arieti. IV, 752
- Æmia gens.* I, 794
- Æneas.* IV, 24
- Ærarii custodum* genitura. V, 359
- Ærariorum* & *Ferrariorum* genitura. IV, 250
- Æthiopia Cancro* subjecta. IV, 758
- Æthiopes.* IV, 723
- Africa.* IV, 659
- ... *Scorpio* subjecta. IV, 779
- Agilium* genitura. IV, 242 V, 61. 110
- Agricultorum* genitura. IV, 140. 525. V, 272
- Agrippa.* I, 796
- Amatorum* genitura. V, 156
- Ambitiosorum* genitura. V, 155
- Amicitiae rara exempla,* II, 582
- Andromeda.* I, 357. V, 538
- ... *quales generat.* V, 620
- Anguis.* I, 313
- Annonæ redemptorum* genitura. V, 248
- Antichithones.* I, 239
- Antistitum* genitura. IV, 547. V, 344
- Aquario quæ regiones* subjectæ. IV, 797
- ... *quales generat.* IV, 259. 572
- Aquila.*



# I N D E X.

- Aquila.* I, 350  
 - - *quales generat.* V, 491  
*Aquilices sub quo signo eduntur.* IV, 261  
*Ara sidus.* I, 428  
 - - *quales generat.* V, 344  
*Arabia Tauro subjecta.* IV, 754  
*Arabicus sinus.* IV, 658  
*Arctophylax.* I, 323  
*Arcturus.* I, 325  
 - - *quales generat.* V, 358  
*Argentifabrorum genitura.* IV, 249  
*Argo.* I, 419  
 - - *quales generat.* V, 40  
*Arietis qua regiones subjecta.* IV, 744  
 - - *quales generat.* IV, 124. 506  
*Arma venatoria parantium genitura.* V, 199  
*Armenia Leoni subjecta.* IV, 761  
*Armorum studiosi sub quo signo.* IV, 227  
*Artium origo.* I, 85  
*Asia.* IV, 672  
 - - *Tauro subjecta.* IV, 753  
*Astrologia auctores primi.* I, 30  
*Astrologi & Mathematici sub quo signo.* IV, 158  
*Atalanta.* V, 180  
*Athla XII.* III, 96  
*Aucupum genitura.* V, 368  
*Augustus.* I, 798  
*Augusti genitura.* II, 509. IV, 553  
*Aurificum genitura.* IV, 249. V, 506  
*Aurifossorum genitura.* V, 523.  
*Aurilegulorum genitura.* V, 527  
*Axis Mundi.* I, 286
- B.
- Babylonia piscibus subjecta.* IV, 800  
*Bellerophontis genitura.* V, 97  
*Bellicosorum genitura.* IV, 220  
*Bestiariorum genitura.* IV, 178. 224  
*Bithynia leoni subjecta.* IV, 761  
*Boötes.* I, 323  
*Brutus.* I, 783
- C.
- Cacorum genitura.* IV, 534  
*Cesar divus.* I, 797  
*Cesaris interitus.* IV, 57  
*Calulatorum genitura.* IV, 206  
*Camillus.* I, 782  
*Cancro regiones subjecta.* IV, 758  
 - - *quales generat.* IV, 165. 531  
*Canicula.* I, 403. V, 207  
~~K~~ - - *qua-*

M m

# I N D E X

- - quales generat.	V, 220	Cetus.	I, 440
Canum studiosi sub quo signo eduntur.	V, 200	- - quales generat.	V, 658
Cannensis clades.	IV, 37.	Cetariorum genitura.	V, 658
	567. 661	Chaldaei inventores astronomia.	I, 43
• Canopus.	I. 216	Chronocratoria XII signorum.	III, 567
Cantorum genitura.	V, 329	Chronocratoria dodecatopi.	III, 581
Capella.	I, 373	Cicero.	I, 792
- - quales generat.	V, 135	Cilicia aquario subjecta.	IV, 799
Cappadocia leoni subjecta.	IV, 761	Cinadorum genitura.	V, 146
Caprariorum genitura.	V, 115	Cinna.	IV, 45
Capricorno regiones subjecta.	IV, 795	Circulus equinoctialis.	I, 573
- - quales generat.	IV, 243.	Circulus antarcticus.	I, 587
	569	Circulus arcticus.	I, 564
Cardines geniturarum.	II, 789	Claudia gens.	I, 793
Cardinum intervalla.	II, 842	Clælia.	I, 778. IV, 33
Cardinum vires.	II, 808	Cocles.	I, 779. IV, 32
Caria Virgini subjecta.	IV, 768	Cognitorum genitura.	V, 321
Carnificum genitura.	V, 625	Coluri.	I, 601
Carrucariorum genitura.	V, 350	Cometa.	I, 811
Carthago.	IV, 659	- - qualia significant.	I, 872
- - Scorpioni subjecta.	IV, 778	Corona.	I, 326
Caspium mare.	IV, 650	- - quales generat.	V, 256
Cassiopeia.	I, 361	Corpulentorum genitura.	IV, 150
- - quales generat.	V, 506	Corvinus.	I, 780
Cato.	I, 795	Corvus.	I, 424
Centaurus.	I, 425	Cossus.	I, 786
- - quales generat.	V, 350	Crater.	I, 425
Cepheus.	I, 361	- - quales generat.	V, 236
- - quales generat.	V, 449	Creta sagittario subjecta.	IV, 789
	455	Cræsus.	IV, 64
		Curiatii & Horatii fratres.	IV, 34
		Curii.	

# I N D E X.

- Eurii.* I, 785. IV, 148  
*Cursorum genitura.* V, 638  
*Cygnus.* I, 344  
 - - *quales generat.* V, 367  
*Cynosura.* I, 306  
 - - *quales generat.* V, 699

## D.

- Damonium.* II, 938  
*Damonie in XII domibus.* II, 897  
*Dea in XII domibus.* V, 916  
*Decania.* IV, 298  
*Decii.* I, 787  
*Delatorum genitura.* IV, 577  
*Delphinus.* I, 353  
 - - *quales generat.* V, 418  
*Deltoton.* I, 360  
*Deluvium Dencalionis.* IV, 831  
*Deorum tutela in signis.* II, 433  
*Desultorum genitura.* V, 85  
*Deus in XII domibus.* V, 909  
*Deus mundum regit.* I, 247  
*Dicacium genitura.* V, 145  
*Dies noctesque sub aequatore aequales.* III, 304  
*Dies quo magis ab aequatore recedas magis variant.* III, 323  
 - - *sub polis sunt sex mensium.* III, 356  
*Ditis janna.* II, 951  
*Dodecæteris genethliaca.* III, 547

- Dodecatemorion.* II, 693  
*Dodecatemorion in Dodecatemoriis.* II, 740  
*Doridos regio Virgini subiecta.* IV, 767

## E.

- Ecliptica signa.* IV, 818  
*Eclipsibus probatur terra rotunditas.* I, 221  
*Eclipsis Luna quomodo & quando fit.* IV, 843. 851  
*Edacium genitura.* IV, 538  
*Elementorum dispositio.* I, 149  
*Eloquentium & Facundorum genitura.* IV, 194  
*Engonasis.* I, 322  
 - - *quales generat.* V, 648  
*Equariorum genitura.* IV, 232  
*Equus sidus.* I, 355  
 - - *quales generat.* V, 635  
*Erigone.* II, 32  
 - - *quales generat.* IV, 189. 543  
*Eumai subulci genitura.* V, 126  
*Europa.* IV, 682  
*Euriporum deductores sub quo signo.* IV, 261  
*Euxinus Geminis subiectus.* IV, 755  
*Exlegum genitura.* V, 495

## F.

- Fabius cunctator.* I, 788. IV, 39

39  
*Fabri-*

Mm 2

# I N D E X

- - quales generat.	V, 220	Cetus.	I, 440
Canum studiosi sub quo signo eduntur.	V, 200	- - quales generat.	V, 658
Cannensis clades.	IV, 37.	Cetariorum genitura.	V, 658
	567. 661	Chaldaei inventores astronomia.	I, 43
• Canopus.	I. 216	Chronocratoria XII signorum.	III, 567
Cantorum genitura.	V, 329	Chronocratoria dodecatopi.	III, 581
Capella.	I, 373	Cicero.	I, 792
- - quales generat.	V, 135	Cilicia aquario subjecta.	IV, 799
Cappadocia leoni subjecta.	IV, 761	Cinadorum genitura.	V, 146
Caprariorum genitura.	V, 115	Cinna.	IV, 45
Capricorno regiones subjecta.	IV, 795	Circulus aequinoctialis.	I, 573
- - quales generat.	IV, 243.	Circulus antarcticus.	I, 587
	569	Circulus arcticus.	I, 564
Cardines geniturarum.	II, 789	Claudia gens.	I, 793
Cardinum intervalla.	II, 842	Clælia.	I, 778. IV, 33
Cardinum vires.	II, 808	Cocles.	I, 779. IV, 32
Caria Virgini subjecta.	IV, 768	Cognitorum genitura.	V, 321
Carnificum genitura.	V, 625	Coluri.	I, 601
Carrucariorum genitura.	V, 350	Cometa.	I, 811
Carthago.	IV, 659	- - qualia significant.	I, 872
- - Scorpioni subjecta.	IV, 778	Corona.	I, 326
Caspium mare.	IV, 650	- - quales generat.	V, 256
Cassiopeia.	I, 361	Corpulentorum genitura.	IV, 150
- - quales generat.	V, 506	Corvinus.	I, 780
Cato.	I, 795	Corvus.	I, 424
Centaurus.	I, 425	Cossus.	I, 786
- - quales generat.	V, 350	Crater.	I, 425
Cepheus.	I, 361	- - quales generat.	V, 236
- - quales generat.	V, 449	Cretasagittario subjecta.	IV, 789
	255	Croesus.	IV, 64
		Curiatii & Horatii fratres.	IV, 34
		Curii.	

# I N D E X

- Eurii.* I, 785. IV, 148  
*Cursorum genitura.* V, 638  
*Cygnus.* I, 344  
*- - quales generat.* V, 367  
*Cynofura.* I, 306  
*- - quales generat.* V, 699

## D.

- Demonium.* II, 938  
*Demonie in XII domibus.* II, 897  
*Dea in XII domibus.* V, 916  
*Decania.* IV, 298  
*Decii.* I, 787  
*Delatorum genitura.* IV, 577  
*Delphinus.* I, 353  
*- - quales generat.* V, 418  
*Deltoton.* I, 360  
*Deluvium Dencalionis.* IV, 831  
*Deorum tutela in signis.* II, 433  
*Desultorum genitura.* V, 85  
*Deus in XII domibus.* V, 909  
*Deus mundum regit.* I, 247  
*Dicacium genitura.* V, 145  
*Dies noctesque sub aequatore aequales.* III, 304  
*Dies quo magis ab aequatore recedas magis variant.* III, 323  
*- - sub polis sunt sex mensium.* III, 356  
*Ditis janna.* II, 951  
*Dodecaëteris genethliaca.* III, 547

## E.

- Ecliptica signa.* IV, 818  
*Eclipsibus probatur terra rotunditas.* I, 221  
*Eclipsis Luna quomodo & quando fit.* IV, 843. 851  
*Edacium genitura.* IV, 538  
*Elementorum dispositio.* I, 149  
*Eloquentium & Facundorum genitura.* IV, 194  
*Engonafis.* I, 322  
*- - quales generat.* V, 648  
*Equariorum genitura.* IV, 232  
*Equus sidus.* I, 355  
*- - quales generat.* V, 635  
*Erigone.* II, 32  
*- - quales generat.* IV, 189.

- Eumai subulci genitura.* V, 126  
*Europa.* IV, 682  
*Euriporum deductores sub quo signo.* IV, 261  
*Euxinus Geminis subjectus.* IV, 755  
*Exlegum genitura.* V, 495

## F.

- Fabius cunctator.* I, 788. IV, 39



Fabri

Mm 2

# I N D E X

- Fabricius.* I, 785  
*Fata regunt orbem.* IV, 14  
*Fides fidus quales generat.* V, 410  
*Flatuariorum genitura.* IV, 250  
*Florum cultorum genitura.* V, 256  
*Fœneratorum genitura.* IV, 173  
*Fors Fortuna in XII domibus.* II, 887  
*Fortuna in XII domibus.* II, 927  
*Fortuna sedis indaganda methodus.* III, 176  
*Fugacium genitura.* V, 648  
*Funambulorum genitura.* V, 653
- G.
- Galaxia, sive via lactea.* I, 682  
*Gallia.* IV, 693. 716  
*- - Capricorno subjecta.* IV, 793  
*Garrulorum genitura.* IV, 575  
*Garum.* V, 671  
*Gemellorum & Gemellipararum genitura.* IV, 585  
*Geminis qua regiones subjecta.* IV, 755  
*- - quales generant.* IV, 152. 527  
*Germania.* IV, 692. 715
- - Capricorno subjecta.* IV, 794  
*Glabratorum & Pumicatorum genitura.* IV, 150  
*Gladiatorum genitura.* IV, 225  
*Gracchi.* V, 122  
*Gracia.* I, 519. IV, 720  
*Graci palastra dediti.* IV, 721  
*Grassatorum genitura.* V, 649
- H.
- Hannibal.* IV, 568  
*Helice.* I, 303  
*Hellepontus Arieti subjectus.* IV, 746  
*Heniochus.* I, 368  
*- - quales generat.* V, 71  
*Hesiodus.* II, 12  
*Hesperos.* I, 178  
*Hispania Capricorno subjecta.* IV, 793  
*Hædus quales generat.* V, 314  
*Hædi.* I, 372  
*- - quales generant.* V, 109  
*Homerus.* II, 1  
*Horatii trigemini.* I, 776  
*Horizon.* I, 646  
*Horoscopus quomodo indagandus.* III, 203. 483  
*Hortulanorum & Olitorum genitura.* V, 256  
*Hyades quales generant.* V, 119  
*Hydra*

# I N D E X.

<i>Hydra fidus.</i>	I, 422	<i>Legislatorum genitura.</i>	IV, 545
I.		<i>Leoni qua regiones subiecta.</i>	IV, 759
<i>Jaculatorum genitura.</i>	V, 294	- - <i>quales generat.</i>	IV, 178.
<i>Ignis semina ubique.</i>	I, 850		536
<i>India Geminis subiecta.</i>	IV, 757	<i>Lepus fidus.</i>	I, 419
<i>Indorum color.</i>	IV, 724	- - <i>quales generat.</i>	V, 160
<i>Inquietorum genitura.</i>	IV, 578	<i>Liberalium hominum genitura.</i>	IV, 271
<i>Insidiatorum genitura.</i>	IV, 648	<i>Libidinosorum genitura.</i>	IV, 578
<i>Insula maris mediterranei.</i>	IV, 631	<i>Libra qua regiones subiecta.</i>	IV, 773
<i>Ionia Virgini subiecta.</i>	IV, 767	- - <i>quales generat.</i>	IV, 205.
<i>Iracundorum genitura.</i>	IV, 187. V, 221		548
<i>Italia libra subiecta.</i>	IV, 773	<i>Livius collega Neronis.</i>	I, 789
<i>Fugula fidus quales generat.</i>	V, 176	<i>Lucifer Hesperos idem.</i>	I, 177
<i>Julia gens.</i>	I, 797	<i>Luna deliquiis probatur terra rotunditas.</i>	I, 221.
<i>Junius Brutus.</i>	I, 783	- - <i>revocatur crepitum aëris.</i>	I, 227
<i>Furisperitorum genitura.</i>	IV, 209	<i>Lycurgus.</i>	I, 771
		<i>Lyra fidus.</i>	I, 331
		- - <i>quales generat.</i>	V, 329

## L.

## M.

<i>Lacteus circulus.</i>	I, 682	<i>Macedonia Leoni subiecta.</i>	IV, 762
- - <i>Heroum sedes post mortem.</i>	I, 756	<i>Mancipes carcerum sub quo signo.</i>	V, 621
<i>Lanariorum genitura.</i>	IV, 130	<i>Manfuetariorum genitura.</i>	IV, 235. V, 699
<i>Lastivorum genitura.</i>	V, 109	<i>Marcellus.</i>	I, 786
	321	Mar-	

M m 3

# I N D E X.

- Margaritariorum genitura.* V, 404  
*Marii fortuna varia.* IV, 46  
*Marforum & Psyllorum genitura.* V, 391  
*Mauri a colore oris dicti.* IV, 730  
*Meleager.* V, 176  
*Menander, Poëta comicus.* V, 475  
*Mensorum genitura.* IV, 205  
*Mercatorum genitura.* IV, 167  
*Mercurius inventor Astronomia.* I, 30  
*Meridianus.* I, 631  
*Messeniacum bellum.* III, 14  
*Metallariorum genitura.* IV, 246  
*Metelli.* I, 794. IV, 68  
*Mimorum genitura.* V, 479  
*Mollium & effeminatorum genitura.* V, 146  
*Mulionum genitura.* V, 350  
*Mons sacer.* V, 123  
*Mulomedicorum genitura.* V, 353. 643  
*Mundi origo.* I, 149  
*- - varia de ea opiniones.* I, 122  
*Mundus divino numine vertitur.* I, 491. II, 67  
*Musica vis.* V, 326  
*Muscorum genitura.* IV, 153. 529. V, 329  

N.

*Natatorum genitura.* V, 422  
*Naviculariorum genitura.* IV, 274. 570. V, 41  
*Naumachorum genitura.* IV, 288  
*Nero collega Livii.* I, 789  
*Notariorum genitura.* IV, 197  
*Notia sidera.* I, 453  

O.

*Olor sidus.* I, 344. V, 367  
*Ophiuchus.* I, 338  
*- - quales generat.* V, 390  
*Orion.* I, 394  
*- - quales generat.* V, 61  
*Orpheus.* I, 332. V, 326  

P.

*Padagogorum genitura.* V, 455  
*Palamedes invenit numeros.* IV, 206  
*Papirius.* I, 784  
*Pella Alexandri Magni patria.* I, 768  
*Pensatorum genitura.* IV, 205  
*Perigrinantium genitura.* IV, 513. V, 137  
*Per-*



# I N D E X.

<i>Perseus liberat Andromedam.</i>	V, 567	<i>Procyon.</i>	I, 419
<i>Perficum mare.</i>	IV, 652	<i>- - quales generat.</i>	V, 200
<i>Perfis subjecta Arieti.</i>	IV, 750	<i>Prodigorum genitura.</i>	IV, 271
<i>Pestis Attica.</i>	I, 882	<i>Prophetarum genitura.</i>	V, 347
<i>Petauristarum genitura.</i>	V, 439	<i>Propontis Arieti subjecta.</i>	IV, 749
<i>Phaëtonis incendium.</i>	I, 733	<i>Pudibundorum genitura.</i>	IV, 200
	IV, 834	<i>Pugilum genitura.</i>	V, 167
<i>Philippei campi.</i>	I, 907	<i>Punicatorum genitura.</i>	V, 150
<i>Philocteta genitura.</i>	V, 299	<i>Punica bella.</i>	V, 51
<i>Phrygia leoni subjecta.</i>	IV, 759	<i>Pyrrhus.</i>	I, 784
<i>Piscatorum genitura.</i>	IV, 285		
	V, 189. 297. 398		
<i>Piludiorum genitura.</i>	V, 168		
<i>Piscibus qua regiones sub-</i>			
<i>jecta.</i>	IV, 800		
<i>- - quales generant.</i>	IV, 273. 574		
<i>Piscis Notius.</i>	I, 445		
<i>- - quales generat.</i>	V, 396		
<i>Pistorum genitura.</i>	IV, 251		
	V, 283		
<i>Plato.</i>	I, 772		
<i>Pleiades, quales generant.</i>	V, 143		
<i>Pompeji, Cn. triumphus &amp; interitus.</i>	I, 791. IV, 50		
<i>Pompejus, Sex.</i>	I, 918		
<i>Porta laboris in XII domibus.</i>	II, 870		
<i>Predatorum genitura.</i>	IV, 509		
<i>Priami interitus.</i>	IV, 64		

## Q.

<i>Quadrigariorum genitura.</i>	IV, 231. V, 73
<i>Quaestorum capitalium genitura.</i>	IV, 550. V, 410
<i>Quirinus.</i>	I, 799

## R.

<i>Rapacium genitura.</i>	V, 492
<i>Rhodos secessus Tiberii.</i>	IV, 764
<i>Rhodos Virgini subjecta.</i>	IV, 763
<i>Roma sub Libra condita.</i>	IV, 773
<i>Romanorum temperatura.</i>	IV, 718

S. Sa-

Mm 4

# I N D E X.

S.

<i>Sagariorum genitura.</i>	IV,	<i>Scythia tauro subjecta.</i>	IV,
	252		753
<i>Sagitta sidus.</i>	I, 349	<i>Sectorum genitura.</i>	V, 319
- - quales generat.	V, 294	<i>Seditioforum genitura.</i>	V,
<i>Sagittario qua regiones sub-</i>			122
<i>jecta.</i>	IV, 787	<i>Sedulorum genitura.</i>	V,
- - quales generat.	IV, 230.		634
	561	<i>Seplasiariorum genitura.</i>	V,
<i>Sagittariorum genitura.</i>	V,		263
	295	<i>Serranus.</i>	IV, 148
<i>Salacium genitura.</i>	IV, 290.	<i>Servius jurisconsultus.</i>	IV,
	V, 143		263
<i>Salinatorum genitura.</i>	V,	<i>Severorum genitura.</i>	V,
	682		450
<i>Salis conficiendi modus.</i>	V,	<i>Sicilia libra subjecta.</i>	IV,
	684		783
<i>Salmonci genitura.</i>	V, 91	<i>Signa antarctica.</i>	I, 454
<i>Salsamentorum genitura.</i>	V,	<i>Signa asyndeta.</i>	II, 391
	672	<i>Signa Australia.</i>	I, 394
<i>Saltatorum &amp; scenicorum ge-</i>		<i>Signa biformia.</i>	II, 170
<i>nitura.</i>	V, 323	<i>Signa communia.</i>	II, 230
<i>Salutatorum genitura.</i>	V,	<i>Signa contraria.</i>	II, 402
	66	<i>Signa currentia.</i>	II, 245
<i>Sanctorum genitura.</i>	IV,	<i>Signa debilia.</i>	II, 256
	572	<i>Signa dextra.</i>	II, 293
<i>Sardinia scorpio subjecta.</i>	IV,	<i>Signa duplicia.</i>	II, 175
	782	<i>Signa ecliptica.</i>	IV, 818
<i>Satellitum genitura.</i>	V, 502	<i>Signa fecunda.</i>	II, 236
<i>Scavola.</i>	IV, 31	<i>Signa ferina.</i>	II, 156
<i>Scipiones.</i>	I, 790	<i>Signa fessa.</i>	II, 249
<i>Scorpioni qua regiones subje-</i>		<i>Signa gemina &amp; paria.</i>	II,
<i>cta.</i>	IV, 778		159
- - quales generat.	IV, 220.	<i>Signa hexagona.</i>	II, 361.
	554		375
		<i>Signa humana.</i>	II, 155
		<i>Signa masculina, feminina.</i>	II, 151
			Signa

# I N D E X.

<i>Signa nocturna, diurna.</i>	II, 203	<i>Spica fidus quales generat.</i>	V, 271
<i>Signa perversa.</i>	II, 197	<i>Stadiasmi anaphorici metho-</i>	III, 418
<i>Signa recta aut stantia.</i>	II, 247	<i>Stadiasmi anaphorici exem-</i>	III, 275
<i>Signa Septentrionalia.</i>	I, 301	<i>Stadiodromorum genitura.</i>	V, 162. 638
<i>Signa sterilia.</i>	II, 238	<i>Stella septem errantes.</i>	I, 803
<i>Signa terrestria, aquatica.</i>	II, 223	<i>Stellarum &amp; solis forma ro-</i>	I, 208
<i>Signa tetragona.</i>	II, 290	<i>tunda.</i>	I, 208
<i>Signa trigona.</i>	II, 276	<i>Stellarum magnitudo.</i>	V, 710
<i>Signa tropica.</i>	II, 265	<i>Stratorum genitura.</i>	V, 352
<i>Signa XII Zodiaci.</i>	I, 263	<i>Subulcorum genitura.</i>	V, 125
<i>Signorum XII Apotelesmata.</i>	IV, 122	<i>Syri crisp.</i>	IV, 722
<i>Signorum orientium apoteles-</i>	IV, 504	<i>Syria arietis subjecta.</i>	IV, 750
<i>mata.</i>	IV, 504		
<i>Signorum Chronocratoria.</i>	III, 564	T.	
<i>Signorum consensus in visu</i>	II, 466	<i>Taciturnorum genitura.</i>	IV, 150
<i>&amp; auditu.</i>	II, 466	<i>Tarquinius Priscus.</i>	IV, 66
<i>Signorum obliquitas.</i>	III, 225	<i>Tauro qua regiones subjecta.</i>	IV, 753
<i>Signorum triplicitates con-</i>	II, 520	<i>- - quales generat.</i>	IV, 140.
<i>traria.</i>	II, 520		519
<i>Signorum tutela in membris</i>	II, 453	<i>Temporum tutela.</i>	III, 510
<i>humanis.</i>	II, 453	<i>Temulentorum genitura.</i>	V, 143. 226. 246. 322
	IV, 704	<i>Terra stabilis in medio mun-</i>	I, 168. 202
<i>Signorum partes noxia.</i>	IV, 444	<i>di.</i>	I, 168. 202
<i>Simplicium ingeniorum geni-</i>	IV, 188	<i>Terra divisio.</i>	IV, 588
<i>tura.</i>	IV, 188		
<i>Socrates.</i>	I, 772	I	Terra
<i>Solertium genitura.</i>	V, 61.		
	314		
<i>Solon.</i>	I, 771		
<i>Sors Fortuna.</i>	III, 96		

M m 5

10

Digitized by Google







3505

March 1. 99

10000








UNIVERSITY OF MICHIGAN



3 9015 05504 9061

MICHIGAN



A 472101

DUPL



